





1024 (1-4)



*San Juan de los Rios
prestad at el grado de
capitán de la Real Armada
de España*





E V S T R A T I I
E P I S C O P I N I C A E N I
C O M M E N T A R I A I N S E C V N D V M
L I B R V M P O S T E R I O R V M R E S O L V T I V O R V M
A R I S T O T E L I S .

I N N O M I N A T I I T E M A V T H O R I S
E X P O S I T I O N E S C O M P E N D I A R I A E I N E V N D E M .

Andrea Gratiolo Tusculano ex Benaco interprete.



*Ne quis hunc vsquam alius suæ ditionis locorum impune, librum, imprimat,
alibi ne impressum vendat, Et Pontificis Maximi, & Veneti
Senatus illustrissimi decreto cautum est.*

Venetis Apud Hieronymum Scotum.

1 5 4 2

EVS TRATI
EPISCOPALIS
COMMENTARIA IN SECVNDVM
LIBRVM POSTERIORVM RESQVIVORVM
ARISTOTELIS

IN NOMINATI ITEM AVTHORIS
EXPOSITIONES COMPENDIARIE IN EIVSDEM.
Antree Gualtero Tyscalano ex Duce inteprete



Ex qui sunt ystian alius loci distat...
alibi in noproffia vada...
sancum illud hunc dicitur...

Venerabilis Patris Archiepiscopi...

1742

AMPLISSIMO IOANNI BAPTISTÆ CAMPEGIO

MAIORICÆ EPISCOPO ANDREAS GRATIOLVS. S.



Vi libros è græco in latinum conuertunt y fere triplici ratione ad eam operam
 aggredi solent, aut enim amicorum rogatu, aut cupiditate laudis hunc laborem sus-
 ciipiunt, præclarum sanè vtrunq;. Nam qui amicorum precibus obsequitur, in ea
 re præsertim, quæ per gratam, multis utilitatem allatura sit, is et multa humanita-
 te commodus esse, et otio literarum recte uti iudicandus est. Qui uero laudis stimulis ad scriben-
 dum excitatur, verisimile est illius animum ad virtutem quoq;, nimirum a qua laus illa proficisci-
 tur, esse vehementer accensum. Tertia est exercitationis ratio, nõ illa quidem ita illustris, vt quæ
 iuniorum hominum sit, sed non obscura tamen, nec illiberalis, quam quidem ego in his libris sco-
 cutus sum. Nam cum superiori anno in eius doctrinæ meditatione versarer, quæ est ὁ ἑρπὺς ἀνα-
 λυτικῶν, in hæc ipsa commentaria incidi, quæ cum attentius legissem, et digna mihi uisa essent,
 in quibus aliquod studium ponerem, cæpi quæ quotidie legebam græce ea latine reddere, et quem-
 admodum nonnullis interdum vsu venire solet, vt cum animi causa in aliquam ambulationem exer-
 ant, si forte illustrem latæq; viam inuenerint, aut in prata lectissimis floribus enitentia inciderint
 earum rerum amœnitate allecti longius progrediantur, quam erat illis propositum, sic ego in hæc
 præclara auctoris huius scripta ingressus, illius prudentia sensuumq; reconditorum subtilitate
 captus, eo prouectus sum, quo principio minime me peruenturum putaram, itaq; cum opus conse-
 cisssem, existimabam in domestica potius umbra custodiendum esse, quam in lucem proferendum.
 Etenim si quis est, qui huius rei pondus quantum sit secum ipse cogitatione perpendat, quiq; gra-
 uiorum hominum iudicia pertimescat, is profecto ego sum, tantumq; abest vt hoc ipso in genere
 quicquam mihi sumam, vt etiam multa derogem, fatearq; permultos esse, qui vt ætate, sic etiã vsu,
 et tractatione literarum superiores hoc munus, et fidentius suscipere, et melius sustinere, atq; or-
 natius exequi potuissent. Quod si qui docti uiri (hos enim semper mihi obseruandos esse duxi) me
 forte tacita existimatione repræhendent, quod in lucem protulerim, illis ita respondebo, studium
 hac in re fuisse meum, iudicium, aliorum. Nam cum duo præceptores mei, quibus familiarissime
 auctor, hoc opus meum forte legissent, uno consensu approbauere, amboq; mihi uehementer au-
 thores fuerunt, ut ederem. Mouit metalium uirorum iudicium, quod et prudentissimum et
 maxime syncerum semper fuit, Mouit item auctoritas, magna quidem apud me, sicuti esse
 debet, et in primis grauis. Siquidem Remigius, alter ex his de quibus loquor, uir est omnium
 concessu in dialecticis summus, Alter autem, id est, Lazarus Bonamicus in omni recto studio et
 expolito genere literarum facile princeps. Quãquam autem hæc, ut dixi, exercitatio quædam fuit,
 et ea quidem non multi otij, tamen, quod ad rem ipsam attinet, dedi operam, ut diligentiam meam
 et curam nemo desiderare possit, De uerborum ornatu non ita laboraui, nec placuit filum ora-
 tionis meæ ad eorum acerrimam normam dirigere, qui in singulis pene literis considerandis ita
 sunt occupati, ut quadam quasi religione uerborum obstricti esse uideantur, liberior esse uolui, ac
 cum me totum mente in aliquã sententiam transferendã conyiebam, quoniã uerba quæ facile seque-
 bantur, erant usitata et trita philosophis, præterea ad id, quod agebam ualde accommodata, is sum
 usus. Te uero Campegi Clarissime primo mea sponte, deinde Odi admonitu uiri in omni genere
 laudis excellentissimi, te in quã ex omnibus elegi, cui hos Eustraty et innominati auctoris libros di-
 carem, non quidem, quod pleriq; in consimili re facere consueuerunt, ut contra obtrektorum mor-
 sus illis præsidium peterem, (nam huiusmodi homines, quoniam animi quodã morbo student alio-
 rum famam lædere, et ipsi per inertiam uiuunt, semper existimaui a bonis uiris negligi oportere)

Eustra. in post. anal.

A y



sed ut tuo nomine insigniti honoratiores prodirent. Etenim in te generis nobilitas, isq; dignitatis
 splendor elucet, ut uel obscurissimis rebus lumen atq; ornamentum afferre possis. Occurrit hoc
 loco mihi patris præstantissimorum fratrum, Aui, Maiorumq; tuorum gratissima recordatio, qui
 uiri plane diuini æterna in laude positi sunt, uerum eorum commemoratione, quæ per se celebra-
 tissima est supersedebo. illorum egregia commendatione non equidem negem multum etiam auge-
 ri atq; adiuuari tuam, sed tamen eiusmodi tua uirtus est, ut non ita tibi multum sit ex eorum lau-
 dibus accersendum Nullū enim (dicam audacter quod mihi uerissime uideor posse dicere) nullum
 inquam est uel excelsi animi, uel præstantis ingenij decus, quod in te non insit. neq; profecto mirū
 id cuiquam uideri debet quando ab isto tuo optimorum studiorum, et bene atq; honeste uiuendū
 curriculo, quod à prima ætate ingressus es, nullus unquam labor, non voluptas, non occupatio-
 nes, non ulla deniq; ambitionis ratio, quæ multos de recta uia transuersos agit, deflectere potue-
 runt. in quo sane cursu maxima cum grauitate, et constantia eos tibi honores iam peperisti, qui et
 uerissimi sunt, et nullo vnquam tempore obsolescent. Hæc quidem urbs in primis florentissima,
 in qua nunc es, uestigijs tuis nobilitata se se altius extollere uidetur; ubi ita uiuis ut singularem
 humanitatem tuam cognoscant omnes, liberalitatem diligant, et domesticum splendorem, atq; am-
 plitudinem admirentur. Sed ne longior sim ad Eustratium redeo, ille episcopus Nicænus fuit, Tu
 Maioricensis, ille Græcus tu non solus græcis, sed etiam latinis literis eruditissimus, ille philoso-
 phus ualde nobilis, Tu in philosophia ita uersaris ut excellas. Eum igitur libet animo accipe. Me
 uero, qualiscunq; sum, uel ob hoc ipsum, quod de homine ordinis tui studui, quantū in me fuit bene
 mereri beneuolentia tua atq; humanitate complectere; Maxime enim de eo me bene meritum esse
 arbitror, quod eius nomen et monumenta cum nominis tui laude coniunxerim. Meam autem hac
 in re operam cupio equidem tibi non displicere. Quod si eam non ex omni parte probabis, proba-
 re certe debebis, quatenus ex ea cognoscas meam erga te obseruantiam et uoluntatem. Vale.

EVSTRATII EPISCOPI NICAE NI COMMENTARIA

PRÆCLARISSIMA IN SECVNDVM POSTERIORVM ANALYTICORVM

ARISTOTELIS ANDREA GRATIOLO INTERPRETE.



INTENTIONEM secundi libri posteriorū resolutiuorū, Aristote. de definitione esse Alexan. dixit: Cum enim inquit duo sint modi speculationis cum ratione, & discursu, Alter quidem per definitionem. Alter vero per demonstrationem, cum ab initio de scientia dicere proposuisset, & prius demonstrationem tradidisset, & quid sit, & quomodo fiat, nunc docet etiam de definitionibus. Alii quoque nonnulli ex junioribus expositoribus de mediū astructione dixerunt in hoc loco Aristotelis propositum esse. Sed hæc videntur titulo non conuenientia. Si enim ista ipsius foret intentio, oportebat, non resolutiuam hoc opus, sed definitiuam inscribi, uel de definitione, aut aliquo alio modo, ut esset ipsi intentioni, & inscriptio consona. Verum nunc scientiæ ipsæ inuicem contradiuidentur, Dico autem resolutiuam, & definitiuam, & diuersæ inter se speciei sunt. In alterius uero traditione alteram inscribere, uideretur fortasse irrationale. Neque hoc autem rationi consentaneum est, quod quoniam non simpliciter de definitione tradit, sed quatenus ad demonstrationem attinet, hanc ob causam resolutiuam, & hunc librum inscripserit. Nam primum quidem qui hæc dicit non demonstrat inde, ratione, quomodo tantum hic de definitione tradatur, quantum spectet ad demonstrationem: neque enim hoc ex hoc ostenditur, neque uero, quod tantum hic tradatur: Deinde neque oportebat resolutiuam inscribere de definitione traditionem, quoniam ex indigentia resolutiuæ fit uerum ex ipso potius proposito, par erat librum nominare, Quoniam & multos tractatus inuenimus in diuersos relatos, tanquam illos adiuuantes, sed non ex illis nominatos, in quos conferunt. At ex propositis ipsorum secundum seipsos, ut plurimum enim inscriptiones operum propositam intentionem paucis denuntiant. Quid igitur dicemus? an quod, quoniam de demonstratione, & scientia demonstratiua in posterioribus resolutiuis propositum erat, in primo quidem libro esse demonstrationem, & quid esset demonstratio tradidit: præterea, & per quamnam fiat, & quid ab aliis differat syllogismis, & quod in aliis quidem syllogismis mediū conclusionis causa est, non etiam rei. In demonstratiua autem syllogismo, oportet medium, & rei esse causam, & non tantum conclusionis. Oportebat autem ex necessitate, & de medio docere, & cognoscere quale istud esse debeat, & quomodo rei causa sit: hac de causa in præsentis libro propriam doctrinam de medio facit, Ostendens statim in principio libri, quod necessarium est de medio in demonstratione dicere: Sermo enim de quatuor quæstis, quem, librum incipiens quæprimam facit, nihil aliud est, quam approbatio, quod necesse sit de medio quærere, & scrutari, quomodo cum scientia & istud in demonstratione accipiatur: Cum. n. quatuor uniuersalia sint quæsitæ, in unoquoque eorum, ut ipse ostendit, de medio est quæstio. Et quoniam ita necessarium est medium, ut in omni quæsitio huius sit quæstio, oportebat de ipso non accessorie dicere, sed proprium tractatum constituere. Tradit igitur de definitione, sed per accidens, neque enim quatenus definitio, sed quatenus medium demonstrationis, Nam de definitione quidem quatenus definitio, in septimo tractatu metaphysices docet: Hoc autem in loco non quatenus est definitio, sed quatenus est causa, & medium in demonstratione, Quemadmodum, & de reliquis causis, efficiente dico, materiali, & finali: de his enim non simpliciter, sed quatenus mediæ in demonstratione accipiuntur, in hoc loco differit. Quoniam igitur de medio in resolutiuo syllogismo hic traditur, pars autem, & ipsa doctrina resolutiuæ est, iccirco & consequenter resolutiuam inscripta sunt. Hinc autem perspicuum est, & quod dicitur ab Alexandro tantum docere de definitione, quantum attinet ad demonstrationem: Cum. n. ut de medio in demonstratione accepto per se hic differatur, proprie ab ipso traditur, & quatenus ad ipsam spectat: Atque si modum, siue & modos astructionis huius tradit hanc ob rem hoc facit, ut habeamus medium demonstratiuum, scientificè inuentum, & minime dubium. Quoniam autem hoc à ueteribus expositoribus relictum est, cuiusnam gratia resolutiuam demonstratiuam appellata sit, par est, & de hoc addere: in prioribus enim resolutiuis ab expositoribus posita assignatio illis quidem fortas

Prooemium

Confutatio
opinionis
AlexandriæDeo nro
ni uinculo
di iudicij
cristi

Quid resolu/
tio.

Quid resolu/
tio.

De qua causa
Aristoteles in
presenti lib.
differat.

se conuenit, demonstratiua uero nequaquam, Neq; enim demonstratiua scientia imperfectior est ea, quæ reducit unumquæque syllogismorum in figuras, ut ex illa, & ipsa appelletur. Si quidem & finis demonstratio est omnium traditionum de syllogismis, quæ sunt ante ipsam. Atq; hoc ipse Aristoteles testatur ex primo ipso principio, communiter considerationem dicēs circa demonstrationem uersari & scientiæ esse considerationem demonstratiua. Quod igitur dicimus? cum sit nomen resolutionis, in ascendētib; uidetur posita esse à principiatis in principia ut & ipsum nomen significat. Resolutio enim est in superiora, & priora solutio eorum, quæ secunda sunt, & ex ipsis perficiuntur, & forsitan metaphoricæ sumptum est à peregrinantibus, & domū suam reuertentibus: Qui. n. ex patria peregrinatus sit, postea rediens unde egressus fuerit, resoluere dicitur. Quemadmodum autem definitio, & demonstratio, necnon diuisio multipliciter dicuntur, sic sanè, & resolutio. Nam resolutio quidē est, à compositis uia in simplicia, ex quibus composita sunt, ut ex coordinatis principiis, idem autem est dicere elementis. Est uero syllogismorum resolutio in figuras, ueluti in principia quædam, siue regulas artificiales, & scientificas, atq; altera rursus sicuti in elementa propositiones, uel terminos, ex quibus primum composita sunt, Est resolutio, & à particularioribus ascensus in uniuersaliora, ut à singularibus in specialissima, & ab his in genera, quæ sunt supra ipsa. Qua usus est Aristoteles in proposito libro, per ipsam inuenire definitiones dirigens, ut ratio, quæ communiter in his, quæ eiusdem speciei sunt, singularibus inuenitur, definitio sit speciei, necnon & ratio, quæ in speciebus eiusdem generis inuenitur, definitio existat generis, quam & diuisiua superimponit, quòd facilius, quam illa, & tutius definitiones uenari possit: Est & cognitio alicuius resolutio in principia, & causas, unde esse habet, & cognosci, secundum quem sanè modum, & demonstratio resolutoria appellatur. Quoniam enim ut plurimum ex resolutione à nobis principia ipsius inueniuntur, ascendētib; à nobis prioribus, ad naturæ priora. hoc est à causatis ad causas, iccirco ipsa resolutoria nominatur, & qui est secundum ipsam syllogismus, resolutorius. Quod. n. luna ex obiectu terræ deficiat, ex posterioribus ad priora ascendentes, cognoscimus, & tunc demonstrationem componimus. Nam quod quidem deficiat, sensu cognoscitur, huius autem causam posterius inueniēs discursus scientiam de hoc constituit. Luna deficit, quod deficit obstruitur, Luna igitur obstruitur, hoc est resolutio ex causatis procedens ad causas, postea demonstratio est ex causis, ad causa descendens, Luna obstruitur, quod obstruitur deficit, Luna igitur deficit: Rursus terra concutitur, dum ipsa concutitur spiritus, qui in concauitatibus, & cauernis eius, secluditur, in terra igitur spiritus secluditur, hoc est resolutio, deinde demonstratio in terra spiritus secluditur, dū spiritus secluditur, concussio fit, in terra igitur concussio fit aut igitur hanc ob causam resolutoria demonstratiua appellatur, aut quoniam dominium omne in demonstratione medium habet, istud autem ratio est, & ipsum quid est esse rei, hoc uero ex resolutione inuenitur, ut ipse tradit. quo circa resolutoria demonstratiua appellata est, propterea quòd ex resolutione prima proueniat, & constituatur, neq; enim demonstratio est, nisi definitio: non autem esset definitio, nisi fuerit resolutio, Quemadmodum Aristoteles inquit, non igitur demonstratio est, nisi resolutio. Diceret autem aliquis nec secus, ueluti priora quidem resolutiua, propter primam causam ita appellata sunt, tanquam perfectior sit ab ipsa, speculatio, in figuras syllogismorum resolutione. Liber quoq; qui est ante hunc, propter secundam, ut ex resolutione principiorum inuentorum demonstrationis, sicut dictum est. propositus uero liber sic inscriptus fuit, Quoniam de medio quidem docet demonstrationis, quod ipsius quid est esse ratio est, ista autem per ascensum à contentis, ad continentia inuenitur: Quemadmodum sit procedens Aristotelis dicit. sic quidem est modus resolutionis, & hoc modo unicuiq; horum librorum propria causa inscriptionis assignatur. sed fortasse, & ex ipsa inscriptione ostenditur, quod non concilietur cum contentantibus generare definitiones ex diuisionibus, sicut procedebant Platonici, tanquam certior esset, & perfectior resolutione ad generandum media demonstrationum. Quatuor autem existentibus causis apud Aristotelem de formali plurimus sermo ab ipso hoc in loco habetur, propterea quòd hæc in demōstrationibus medium ut plurimum accipitur. Materialis enim peior est causarum, atq; ex ipsa cognitio obtusior, iuxta comitantem habens huiusmodi causæ caliginem, & incertitudinem. Efficiens uero, & finalis, uel ambo exemptæ sunt ab eo cuius sunt causæ, uel si quando horum altera habetur, eadem specie est, hæc autem est finis. forma uero sola, semper propria, & perfectiua est substantiæ rei. & cognitionem ipsius purā præbens, quamobrem plures demonstrationes hanc medium accipiunt. Quatuor autem cum sint methodi secundum genus

per quas omnis doctrina, & disciplina fit sciētifica, definitiua, & demonstratiua, diuisiua, & resolutiua, iniuste quidem superfluum uideretur in dicendo de demonstratione, & definitione, dicere in uniuersum de ipsis quatuor quid sint, & propter quid, & quod opus sit unęcuiq; & quomodo inuicem se habeant. Ceterū methodi sunt mentales, per quas mens humana propria comprehendit quę sita, inuentę sunt autem ut sint uię in animo hominis, ad rerum latentium inuentionem, & opus quidem definitiua, est propriam substantiam propositi significare. Demonstratiua uero accidentia, quę per se sint ostendere, per medias causas propriis subiectis inherētia. Diuisiua autem genera specierum, siue subalternarum, siue specialissimarum accipere, & diuidere ipsa specificis differentiis, nihil in medio transgrediens. Resolutiua uero ex indiuiduis, & singularibus, ascendere ad specialissima, & à specialissimis ad subalterna, & in uniuersum, à posterioribus, & subiectis, ad priora, & prædicata. Cum enim multa sint significata diuisionis, & resolutionis, ipsa sola proprie sunt, quę dicta fuere, utpote quę ad ipsas definitiones conferant, & demonstrationes: quas Aristoteles in proposito libro complectitur ad definitionum inuentionem, utraq; quidem dicens prodesse ipsi resolutionem autem diuisioni præponens, hæc quidem uniuscuiusq; horum quatuor opera sunt. Reliquum autem esset, & quomodo inuicem se habeant dicere, habent enim ambiguitatem, utrum authores sint, & causę definitionis, & demonstrationis reliquę. Cum per ipsas uideamus inuentas esse definitiones, an hoc quidem minime, sed ut ministrę illis ipsę subiacent, quasi seruientes ipsis, & scientifica oratione ex illis adiectam rebus præhonorantes specificationem. Siquidem enim ut causę ipsę antecederent illas, perfectę utiq; essent per seipsas, & non ad illas relatę. Nūc autem ad illas ipsas intuens est uideri, Quemadmodum si diceret aliquis secatiuam, & metallicam, ad aurificam, & fabrilem, accurate fabricatas materias ipsis perficientes. Genera enim materię sunt definitionum, quę sanē indistincta existentia, accipiens diuisio distinguit differentiis, & idonea ad definitionum formationem facit, postea uero talia facta, definitiua suscipiens, & conuenientem ipsis ordinem appositionis, & compositionem, definitiones conficit, similiter resolutiua ascendit quidem ab indiuiduis ad specialissima, & ab his ad genera, quę sunt supra ea, & adinuenit semper ea, quę subiectis ipsis communia sunt, atq; hæc adiungit ipsi definitiua, hæc autem accipiens, & componens conuenienter, hæc quidem particularibus communia definitiones specierum facit, generum uero rursus definitiones facit ea, quę speciebus communia sunt. Quod si quis auferat à diuisiua & resolutiua respicere ad definitiones, & ad has conferre, imperfectę erunt, & aut non omnino, aut parum utiles. ipsę quidem hoc modo se habent. sed definitiua secundum seipsam perfecta est, substantias rerum tradens, Constituit autem & demonstratiuam, medium, & causam ipsi præbens, extra quam demonstrationem fieri impossibile est, dominium igitur omne definitiua, ratio tradit, post uero ipsam demonstrationem fieri, tanquam ex ipsa procedentem, reliquas autem ministras horum iudicat, & seruitrices quidem, definitiua præsertim, per mediam uero ipsam, & demonstratiua. Definitiua autem demonstratiuam antegreditur, siquidem hæc substantias rerū, hæc uero ea, quę sequuntur ipsas, assignat, Quemadmodum igitur substantia ad ea, quę sequuntur se habet, sic definitiua ad demonstratiuam. Nec uero superfluum arbitror, & de numero harum animo intendere, Quare quatuor sint, & non plures, neq; pauciores, communes doctrinę, & disciplinę uig, aut enim substantias scientialiter scire inquirimus, aut eisdem sequentia, ad substantias quidem igitur definitiua utimur, ex significatiuis uero rationibus ipsius quid est esse, in notitiam sequentium uenientes, demonstratiuam in talium probationē accipimus. Quoniam autem opus est materia in definitiua, ad effectuum perfectionem, subministrant ipsi & diuisio, & resolutio, Cum. n. definitiones, aut eorum, quę specialissima sunt, aut subalterna, sint, aut à superioribus, aut ab inferioribus, has ueniamur, uidelicet aut à prioribus, aut à posterioribus, à prioribus quidem igitur uenationem ambientes definitionum, diuisione utimur, à posterioribus autem resolutione, ut sint præeuntes quidē scientię definitiua, & demonstratiua, per easdem uero, diuisiua, & resolutiua. Vbi autem liber utilis sit, neq; hoc obscurum est, his, qui primi utilitatem cognouerunt. Si enim scientia animę rationalis perfectiua est, deducens ipsam in propriū ipsius actum. Scientia autem syllogismus est, qui per medium, rei causam, haud tantum conclusionis, medium uero non expeditum habemus, ex necessitate indigebat methodo ad ipsius medii inuentionem. hanc igitur tradens hoc in loco, perfectum penitus, & non indigentem de demonstratione, & scientia demonstratiua sermonem constituit, uel maxime uero ex occasione ita relinquebat

tur, nisi hoc in loco ea, quæ assignata fuerunt, ponerentur, Quod autem legitimus sit, & quæcunq; alia eorum, quæ consueuerunt quæri, prætermittitur, superfluum enim est inquirere.

Textus. I.

T. C. I.

Com. I.

Quæ sita sunt æqualia numero his, quæcunq; scimus.



AVSAM assumptionis hoc in loco, necnon doctrinæ quæditorū, iam quidem præsumentes, assignauimus ut nobis uisum est propriam quam maximè, & propositis congruam, uolentem enim post certam demonstratiuæ scientiæ traditionem, docere de medio, oportebat necessariam constituere scientifica speculatione de hoc inquisitione. Hoc autem uel maxime ostenditur, si in unoquoq; apparuerint quæ sita de medio esse questionem, ita uero necessaria est uniuersalis de ipsis quæ sitis traditio. Quoniam autem, & alia quædā ab antiquioribus, expositoribus traditur, oportet neq; illam prætermittere. Nam quanto plures causæ afferuntur, tanto magis etiam instituta de quæ sitis oratio necessaria uidetur, diligentiorumq; sententia maxime confirmatur cum causam assignamus, quo igitur plures cause redduntur, eo in animis ad scientiam promptitudo augetur.

QVÆSITA SVNT ÆQUALIA NUMERO HIS, QVÆCVNQVE SCIMVS.

Cum de definitione proposuisset dicere indefinite, neq; enim potissimum de ipsa, sed propter demonstrationem, ut dictum est prius. Quoniam definitio est in eo, quod quid est, ipsum uero quid est queritur. uniuersaliter, inquit quot sint quæ sita, & quænam eorum differentia inuicem, ut ex hac, & quæditorum numerus perspicuus fiat, atq; hoc quidem consequenter cum superioribus, Nihil uero minus, & propter demonstrationem de quæ sitis sermo necessarius est, si quidem unum ex ipsis est, & ipsum propter quid est, quod à demonstrantibus quæritur, & assignatur. nunquid autem utilitatem demonstratiuæ methodi attollens, de quæ sitis sermonem mouit? ostendet enim procedens quod nullū ex his hanc diffugit scientiam, ut & omnis scientia in ipsam referatur, si enim quæ sitis numero æqualia sunt, quæ in scientia fiunt, & unicuiq; quæditorum idem est subiecto, quod ex quæ stione per ipsum inuenitur, & si ratione differat. Omnia autem quæ sita sub demonstrationem reducuntur, ut procedente sermone apparebit, sub ipsam igitur, & ea, quæ in scientia fiunt, Quare & omnis scientia. Æqualia igitur inquit numero sunt quæ sita his, quæ in scientiam proficiscuntur, Quærimus enim ut inueniamus, idem autem est dicere, ut cognoscamus. Quod igitur ut quæ situm ab initio propositum est, hoc postremo inuentum cognoscitur, & habetur quæ stionibus, ut sit idem subiecto quæ situm, quod prius, & posterius cognoscitur, ratione autem differat solum, ut quæ situm, & cognitum, quemadmodū & problema & conclusio: Atqui sicut in quæ sitis secundum sensum non ex necessitate in ipsa inuentione quæ situm sit, sic neq; in his, quæ secundum discursum: Neq; n. quærens thesaurum inuenire, ex necessitate inuenit thesaurum, neq; quærens seruum fugitiuum ex necessitate inuenit fugientem: ac rursus qui quærit cognoscere aliquid, ex necessitate inuenit id, quod quæritur nam quadratura circuli quæ sita est quidem à multis, nunquā autem inuenta. Quare adæquare non est necesse quæ sitis secundum rationem, ea, quæ scimus: Aut non ita neq; Aristo. æqualia dicit esse numero quæ sitis ea, quæ scimus, ut singulum metientia mutuo adæquentur quæcunq; quærimus, & quæcunq; scimus, sed quoniam quot secundum genus sunt, quæ in quæ stionem afferuntur, tot etiam sunt, quæ in scientia fiunt: Et quoniam quatuor uniuersalia hæc sunt, & illa: Quærentes enim de aliquo, aut an sit illud quærimus, aut quid sit, aut an in sit ipsi aliquid, aut propter quid in sit ipsi aliquid. Quod autem tot sint, & neq; plura, neq; pauciora, manifestum ponit ex diuisione, quænam sint hæc, quæ posuit prius. facit uero expositionem à compositis incipiens, & ascendens ad simplicia, Quemadmodum mos est ipsi facere, à nobis prioribus incipiens semper, & notioribus, & ad naturæ priora ascendens, & notiora: naturæ. n. priora sunt simpliciora, nobis autem compositiora: sunt autem simplicia quidem an sit, & quid sit, ut an sit mens, an sit deus, & quid sit mens, & quid sit deus. Composita autem an in sit hoc huic, & propter quid in sit hoc huic, ut an Luna deficiat, & an terra centri rationem obtineat ad uniuersum, & propter quid terra centri rationem obtineat ad uniuersum: Et eodem modo quidē, ut dictum est, Duo sunt simplicia problemata, & duo composita. Hic autem quod sit aliud alio, & propter quid sit aliud alio, ipsius esse aliquid, & quid sit proponit. Diuisio autem, ex qua numerus problematum inuenitur procedit hoc modo, aut enim esse aliquid quærimus, aut causam essendi aliquid, Et horum utrunq; duplex est, aut enim simplex est, aut compositum, nam aut aliquam

aliquam rem quærimus secundum seipsam, an sit, uidelicet an in entibus sit, ut ippocentaurum, aut Deum, aut esse ipsum accipientes, Quærimus an sit ipsi aliquid alterum, Quemadmodum accipientes animam esse, quærimus an sit immortalis, hoc est, an sit ipsi immortalitas, aut terram accipientes esse, Quærimus an centri rationem obtineat ad uniuersum: Atq; hæc quidem duo sunt ipsius esse, Simplex, & compositum, Altera autem duo causam quærentia, aut essendi aliquid simpliciter, aut ipsi aliquid essendi, Quorum hoc quidem quid est, nominatur definitionem petens, Quæ quædam causa est essendi rem, forma. n. definitio est, forma uero causa est, & est hoc simplex problema: Hoc autem propter quid uocatur, & compositum est, causam. n. quærit essendi aliud alio, cuius assignatio secundum distinctionem scientiæ procedens, demonstratio est, itaq; fiunt quatuor problemata. Rursusq; altero modo, Omnis quæstio, aut de simplici aliquo est, aut de composito aliquo, Simplex autem est, quod sub una prædicatione significatur, ueluti mēs, Deus. Compositum uero, quod sub pluribus, ut Luna deficit, iustum natura est. Quando igitur simplex quæramus, aut esse ipsius quærimus, aut quid est esse ipsius, ut an sit mens, aut quid sit mens. Quando autem compositum, uel an insit ipsi aliquid, uel propter quid insit ipsi aliquid, ut an terra sit iuxta centrū totius, uel an luna deficiat. uel propter quid luna deficiat. primū quidē igit an sit, Arist. nominauit, ipsum. n. quærit esse re simpliciter, Secundū autē quid sit, definitionē. n. petit ipsius esse cōcessa re, Quæ in eo, quod quid est assignatur. Tertiū autē, quod, id est an sit ipsi aliqd simpliciter extra causam. Quartū uero propter quid, causam. n. scrutat ipsius esse huic illud, itaq; sunt quatuor omnia problemata: atq; hoc quidem modo logice ex diuisione, quæditorum numerus ostensus est. Quoniam autem ratio, quæ est in nobis existentes prius cognoscit res, & imitatur harum causas cognoscitiue, & supra naturam fieri innata est, diisq; ipsis coniungi, necnon animo conuenire intelligibiliter, & præterea, ut una uerbo dicā, supra, intelligētiā, ut & discursiua cognitio ipsi sit, & secundum naturam institutione concordans, & ad Deū & diuina possibilis sit reduci, haud superfluum fortasse est, logice assignantes, de quæditorum numero, & physice aliquid dicere, postea uero Theologice, si. n. quatuor causæ in physicis considerate fuerunt, merito, & modus quæstionis unusquisq; ad unumquemq; inuenitur causarū, ipsum quidem an sit id. unde principium motus, imitatur ad causam. n. ipsius esse simpliciter, & quæstio ipsius esse simpliciter inuenitur, ipsum autem quid sit secundum formalem est causam, Quoniam & forma, & ratio definitio est. ipsum uero quod secundum materiam est, tanquā insinuans subiectum, in quo aliud sit, ipsum autem propter quid secundum finē, rationem petens compositionis, Quoniam & eorum, quæ sunt post unum specie, & quæ plura, quam unū subsistunt, ad finem unumquodq; ipsorum refertur. Atq; iterum quemadmodum ipsum unū primum omnium est, & abstractum ab his, quæ ex ipso procedunt, non dicibileq; omnino ratione, & ineffabile, ac imperceptibile omni cognitione, necnon incompræhensibile, Causa prima per omnia procedens causata, & nihil eorum, quæ post ipsam relinquens: Eodem modo & ipsius an sit quæstio, supra omnem quæstionem panditur, & secundum seipsam ante reliquas spectata est & accidit aliis, formam minime quærens secundum seipsam, nec causam, sed ipsum esse simpliciter, & ueluti ibi uno non posito, omnia auferuntur, ac nihil subsistere potest, atq; per omnia illud progreditur, nihil sui ipsius derelinquens solitarium, eodem modo sane & hoc in loco, nisi ipsum esse ponatur, nec quid est esse, neq; aliquid alterum relinquitur, & consequitur alia omnia ipsius esse simpliciter ex necessitate notitia, & quemadmodum ibi finitum dicunt, & infinitum, ex prima causa præexistere, hoc quidem entia definiens, & causam omnibus existentem immobilitatis, & cōiunctionis, necnon continuitatis: hoc uero ut in priuationes procedat, & amplificetur, sic hoc in loco, ipsum quidē quid est, & definitio, ipsi finito simile uniuscuiusq; proprietatem constituit, finit siquidem, & definit, ac continet definita, & facit permanere in suis propriis subsistentiis, ipsum uero an insit hoc huic, principium compositionis, & multitudinis præbet quæstionibus, discindens sane res, & aliud quidem demonstrat, de quo quæstio fit, aliud uero, quod de ipso quæsitum est. Præterea, quemadmodum ibi ipsum ens misionem ex finito, & in finito esse asserunt, & ternarium hunc ponunt, ens mistio quidem duorum dictorū est, ipsum uero unum illud est, quod continet id, quod misionem facit, eodem modo est profecto, & in hoc loco, ipsum propter quid insit hoc huic, & definitionem habet assignatione causæ demonstratā, & esse hoc huic, confessum, & esse simpliciter ambos terminos conclusionis, & ternariam omnem compositionem, & extremorum, & medii. Atq; iterum sicut ens ternarium per misionem di-

Physice incl
pic d'isterrere d
quæstionum



Theologicæ
nunc tractat
de quæstis.

cunt, Quoniam tribus his in omni mistione opus est, pulchritudine, ueritate, commensuratione, nec aliter sane, & in demonstratione ipsius propter quid, & decentia orationis consideratur, pulchritudo existens conueniens ipsi, & ueritas propositionum, & commensuratio, eo, quod ex necessitate sint, & propositiones, & conclusio. Si autem uis, prima quidem silentio permittit, ueluti in aditis sacris, responsa, & causam unam, & ex illa ostensa, & repræsentata, non facta, neque deriuata, De his igitur, quæ fiunt, sermo fiat, & sit primum ipsum ens, idem autem est dicere intelligibile, postea uita, idem autem est dicere intelligentia, Deinde mens, idem quoque est dicere, intelligens, & ultimum anima, ipsum igitur an sit, de esse quærens simpliciter, ipsius simpliciter entis est imago. Quid sit uero ad inditium entis quærit, & illud demonstrat, tanquam absconditum, & progressus illius ad certum ex incerto fit, uitæ tanquam potentia existentis, aut actu, per quæ ens intelligitur, & apprehenditur, ipsum uero an insit hoc huic mentis, tanquam ambo sibi ipsi coniungentis, & intellectionem, & intelligibile, hoc quidem ueluti subiectum, hanc uero circa ipsum, aut iuxta ipsum extensam. Animæ autem ipsum propter quid sit. Quoniam ratio ipsius est, & rationes eorum, quæ sunt sub ratione, & causas eorum, que sunt sub causa, & media eorum, quæ sunt mediata inuestigat, & adinuenit, unde sane & quo tandem moueri ipsi est, à propositionibus ad conclusiones. Recte autem hic in quæstorum diuisione institit Themistius, & differentiam tradidit, & doctrinæ de propositis hoc in loco, atque in topicis: Namque ibi de dialecticis solis problematibus docuit, quorum nullum simplex est, sed in compositione omnia, & solo modo propositionis differentia: Omnis. n. propositio in compositione est, problema autem non omne. Quæcunque autem problematum in compositione sunt, hæc, & propositiones fieri possunt: Nam in dialecticis quidem modum mutantia usus, in scientificis uero, ea, quæ prius sunt contenta his, quæ ueniunt deinceps in demonstrationem: Omne igitur dialecticum problema, aut an sit quærit aliquid per se, ueluti in hoc an sit Deus, an sit uacuum, aut an in altero insit, & hoc duplex est, aut simpliciter, quemadmodum in accidere, aut quodammodo: ueluti uel ut genus, uel ut proprium, uel ut definitio, primum igitur est, sub an sit simpliciter: Omnia uero, quæ sunt post illud, sub quod sit, & si idem est hoc huic, tale est, Quærit. n. si contingit alicui idem esse, ad quod aliquando sumptum sit. Comparatiua quoque eodem modo. Querunt. n. si accidit hoc alicui, melius esse illo aliquo, aut peius, aut aliquid tale, ut sint dialectica omnia problemata, sub an sit, & quod sit relata, quæquam enim de definitione quætere aliquando dialecticæ est, tamen non iccirco dialecticum quæsitum est, quid sit sed si hoc inhærens huic definitioni illius est, neque igitur quid sit, neque propter quod sit dialecticum problema est, hoc quidem, quoniam simplex est: nullum autem tale dialecticum problema est, neque. n. solo modo propositionis differt, utraque autem quoniam horum neutrum propositum, concedit respondenti eligere quam uult contradictionis partem, scientiæ. n. causa, non autem redargutionis gratia interrogat, qui causam quæstorum scientificæ petit. QUESITA SVNT ÆQUALIA NUMERO HIS, QUÆCVNQVE SCIMVS. Quoniam mens humana imperfecta est ab initio, ut ex potentia procedat in actum, iccirco, & ex quæstione scibilis in inuentionem ipsius uenit: Genera igitur quæstorum tot sunt, quot & scibilium: indigens. n. Cum sit mens scibilis cognitione quærit, & inueniens illud inuenit quod quæsierat, aut sane simpliciter esse quærens, esse inuenit, aut quid esse, aut inesse aliquid alicui, aut propter quid insit aliquid alicui. uideretur autem fortasse per ignotum ostendere ignotum Arist. Cum. n. ignotus sit, & quæstorum, & scibilium numerus uideatur alterum per alterum ostendere. Sed hoc non est uerum, non enim accipit alterum confessum numerum, ut uideatur per illum alterum ostendere: Sed utriusque ignotis existentibus hoc solum dixit, quod oportet esse æqualia numero inter se ea, quæ quærunt, & quæ in scientia fiunt, ita, ut utrovis numero osteso, alterum etiam simul ostensum esse intelligatur & iccirco subdit.

Dubita.

Solutio.

Com. 2.

Querimus autem quatuor quod, propter quid, an sit, et quid sit.

Connumeratio quidem ipsa est quæstorum. Quod autem tot, & neque plura, neque pauciora secundum genus sint quæsitæ, iam ostendit diuisiua methodo utens. Quid uero horum unum quodque significet, quæ ut nomina quæstorum posuit generibus, orationes pro nominibus cum accepisset iam dictum est, diceturque adhuc particulariter literam percurrando.

Cum enim hoc, aut hoc quærimus in numerum ponentes, ut utrum deficiat sol, an non, ipsum quod quærimus.

Manifestum

Manifestum iam facit propositum, dico autem quæstorum numerum, & utitur exemplo in unoquoq; agens per ipsum doctrinā ad magis notū, quando. n. dicit HOC, AVT HOC QVÆRIMVS IN NVMERVM PONENTES, idest quando aliquod compositum proponimus problema, uidelicet aliud alio inesse significans: idem autem est dicere subiectum, & prædicatum, hoc. n. est, illud, IN NVMERVM PONENTES, simplex. n. unicum est, unitas autem non est numerus, multitudo uero dualitas est ob id & dualitas. Cum igitur quæstionem in multitudine, & numero posuisset, idem autem est dicere in compositione prædicati, & subiecti quæstionem fecerimus, ita proferimus, & infert statim exemplum, ut VTRVM DEFICIAT SOL, AN NON aliud. n. ratione est sol, & aliud est deficere: Has igitur duas res existentes inter se diuersas, accipientes, in uno componimus problemate, & quærimus si inest alterum alteri, uel non: Cum igitur, inquit, ita faciamus ipsum quod quærimus, quod uero hoc ita se habeat, & talis sit, qualem dicimus, quæ est de defectione solis quæstio, perspicuum facit per illud, quod infertur.

Com. 3.

Signum autem huius, inuenientes. n. quod deficit, quærimus, et si in principio sciremus, quod deficeret, non quæreremus vtrum.

Quod dicit de eo, an inest aliud alio, dicta quæstio de eo, quod est deficere solem, planum est, ex scientia de ipso, Siue post quæstionē cognitio ipsius nobis accedat, quærimus à quæstione, Siue etiam sine quæstione assequamur scientes, quod deficit, non utiq; unquam quæreremus de ipso. Si igitur cognitio ipsius, uel cessare facit præacceptam quæstionem, & nō permittit quætere, uel neq; ab initio relinquit eandem fieri, si ante ipsam contigerit existere: manifestum est, quod ignorantia ipsius, quæ in sensu fit, quæstionem facit. Est igitur genus quæstiti, quod de inesse aliud alio fit, & argumentum ab ipso à contrario factum est.

Com. 4.

Quando autem scimus ipsum quod propter quid quærimus.

Ad secundum transit problema, cum & ipsum eiusdem generis sit cum primo, quoniam ambo composita sunt, & in numerum (ut ipse dixit) ponentia: differt autem ab illo, quia illud quidem simpliciter esse hoc huic quærit, hoc uero scrutatur propter quid, idest causam inessendi alterum alteri, quod fit quando inesse alterum alteri cognoscimus, uel ex sensu comprehendentes, uel a ratione aliqua: ignoramus autem causam propter quam inest, & fit illud, hoc natura prius, hoc uero illo magis scientificum: ignoto. n. an inest omnino hoc huic, superfluum penitus est quætere propter quid inest, ne dicam, & stultum. Aut fortasse ratione quidem apud nos ipsum quod ipso propter quid antiquius est, natura autem è contrario, perfectior. n. est cognitio quæ cum causa est: perfectiora uero natura priora sunt, & causa prior est causato, & si hæc inueniantur in his, quæ semper inuicem componuntur: Quando autem illud nobis perspicuum sit, ignoretur autem propter quid, tunc iam hoc quæri habet occasionem, faciet autem sermonem manifestiorem, illatum exemplum,

Com. 5.

Vt scientes quod deficit, et quod mouetur terra, et propter quid deficit, et propter quid mouetur terra quærimus.

Cognoscentes. n. quod super terram existentem solem, accidit umbram non facere, uel fere/nitas cum sit nō uideri lucem ipsius existentis super terrā/cognoscimus/quod deficit ac nō amplius de hoc discere indigemus, ideo neq; quærimus: si quidem propter defectionem cognitionis, & ad disciplinam omnis logica quæstio est, ignorantes autem causam, propter quam hoc fit, quærimus de ipsa, ut in scientia rei scimus. Idem est & in moueri terram, quando quod tremor ipsius, & concussio quædam fit, cognouerimus, non amplius de hoc quætere indigemus, sed quærimus propter quid hoc fit. atq; hoc fit nobis, propterea quod unā cum ratione uita. anima est, & ratio unicuiq; causa est. Sic igitur rationem sibi ipsi innatam habens, quærit rationes eorum, quæ sunt sub ratione, ne cum has reliquisset propria indigeret perfectione: Quare appetitus animæ ad scientiam, propriæ est desiderium perfectionis: & qui secundum naturam habet omnia, natura hanc appetunt, qui uero aliter dispositi sunt, ut se habeant socorditer ad scientiā, peruertunt, & destruunt, ut & ignorantes Deum primam, & communem omnium causam esse hinc despicientes redarguuntur: Nam per proximiores rationes, & propinquiores referri innatæ sunt animæ trans omnia ulterius. Si igitur ad hæc labuntur aliquo modo, & subterfugiant,

Com. 6.

In codice græco habetur ἀγνομεν sed fortasse melius, credo, diceceretur. γινώσκω κρομεν



multominus ad primum, & sublimissimum eleuari poterunt. Quemadmodum igitur prius problema manifestum posuit ex exemplo, Sic sane, & hoc. quod post illud, tanquam sit perspicuum & ex exemplis, quæ in hoc sunt, ut sit, & tale genus problematis posterius.

T.C. 2. *Hæc quidem igitur sic, quædam autem alio modo quærimus, ut an sit, aut non sit centaurus, aut Deus.*

Com. 7. Cum locutus fuisset, de problematibus, quæ in compositione, & numero sunt, ad simplicia descendit, non quod naturæ priora sint, præordinavit illa, sed à nobis manifestioribus, & notioribus incepit, Talia. n. cõposita sunt. Concludens igitur ea, quæ dicta fuerunt inquit, *HEC QUIDEM IGITUR SIC* uidelicet. hæc quidem talem habent modum quæstionis, de eo, quod in sit aliud alio pertractantia, hoc quidem simpliciter, hoc uero propter quid, nonnulla autem alio modo, hoc est: sunt autem problemata altera compositione non habentia, neque numerum inducentia, uerum altero modo, siue in simplicitate, & unitatem solam habentia rei, in quibus non est ipsum esse, tanquam adiacens prædicatum, sed hoc ipsum prædicatum. Cum hoc dixerit, inducit exemplum modi quæstionis alterius præter antea acceptos, ut *AN SIT, AUT NON SIT CENTAURVS, AUT DEVS* Talia cum accepisset subiecta, quorum esse ignotum est, huius quidem, tanquam non entis nequaquam, De eo. n. quod est cognitio est, huius autem tanquam supra existentis, & sic non entis: Oportebat. n. talia assumere in exemplum eiusmodi quesiti, in quibus. si omnino res est, quæstio est. Quoniam uero uidetur quodammodo primum problema huiusmodi esse: uidet. n. ibi quoque, de ipso an sit esse quæstio, propterea quod quærat, an prædicatum sit subiecto iccirco differentiam statim infert dicens.

Hoc autem an sit, aut non sit, simpliciter dico, sed non an albus aut non.

Com. 8. Id est ita dico ipsum an sit ne credas, quemadmodum an sit albus, aut non sit albus, hoc. n. non de ipso est subiecto, neque simplex quæsitum est, sed compositum, & de aliquo alio: si quidem in est ipsi, sed simpliciter dico, hoc est ipsum subiectum accipio simpliciter, & quæro an sit, aut non, esse, & non esse haud, iuxta prædicans, ut sit eadem genere altera quæstio, & fiat manifestum ex exemplo, quod est in ipsa: Sic est, & tale genus quæsitum.

Cognoscentes autem quod sit, quid sit quærimus, ut quid igitur est deus, vel quid est homo.

Com. 9. Vides quando quidem de ipso an sit omnino, quæsitum erat centaurum, & nusquam aliquid nequaquam existens assumpsit in exemplum, tanquam liceat quærare, & de non ente penitus an sit, nunquid existens nostram diffugiat cognitionem? & uidetur non existens, quod quidem est, non cognoscitur autem, & inferimus cognitionem ipsius. Quando autem de ipso quid sit non amplius aliquid tale in medium adduxit, tanquam non liceat de non ente omnino quærare ipsum quid sit. Cognoscentes autem quod sit, ipsum quid sit, quærimus: Cum hoc dixisset, simul, & ordinem necessario horum duorum problematum immutauit, tunc. n. inquit quærimus quid sit, quando ipsum an sit cognouerimus, tanquam illo ignoto, stultum sit hoc quærare. decenter igitur hoc illi præpositum fuit problema.

Quæ quidem igitur quærimus, et quæ inuenientes scimus, hæc, et tot sunt.

Com. 10. Hæc est eorum, quæ dicta fuerunt conclusio, ut iam completa sit diuisio, & ex ipsa enarratus numerus eorum, quæ quærentur in scientia, & inueniuntur: quæ proponuntur quidem ab initio, cum quatuor dixisset esse, & horum uniuscuiusque denunciasset appellationem: postea uero, & demonstrauit, diuisioni adiungens exempla, & per numerum necessitatem ostendens, per illa uero manifesta faciens ea, quæ ostenduntur, & quot, & quænam sint, aut. n. inquit an aliud alio in sit quærimus simpliciter, ueluti ipsi soli defectio est, aut ipsum moueri terræ, uel an sit aliquid simpliciter, uel non, ut an sit centaurus, aut Deus, sed non an albus, aut non. Aut hoc scientes uidelicet esse simpliciter, quid sit quærimus, ut quid sit Deus, aut quid sit homo, atque hoc modo quatuor secundum genus inueniuntur ea, quæ quærimus, & quæ ex quæstione inuenientes cognoscimus, ut sint numero æqualia ea, quæ quærentur, his, quæ cognoscuntur, & sint hæc inuicem subiecto eadem, ratione autem differentia, ueluti ea, quæ quærentur, & que cognoscuntur.

Querimus

Quærimus autem cum quærimus quod sit, aut an sit simpliciter: vtrum sit medium ipsius, aut non sit.

Differentiis usus compositione, & simplicitate, quatuor omnia secundum genus quæsitae demonstrauit: duo quidem compositione cum segregasset: duo uero simplicitate differentia inter se, hæc quidem composita quoniam hoc quidem quod sit hoc huic: hoc uero propter quid sit hoc huic quærit: hæc autem simplicia, quoniam hoc quidem quod sit: hoc uero quid sit. Nunc autem tanquam magis manifestans ea, quæ dicta fuerunt, ait, quod quatuor existentibus problematibus quemadmodum dictum est, hæc sunt, quæ in his quærentur: in his quidem duobus, an sit aliqua causa rei, aut essendi per se, aut essendi in altero: in his uero duobus quænam causa sit essendi rem, aut essendi per se, aut essendi in altero. Quæ igitur proueniunt cum quæritur ipsum esse aut simpliciter, aut aliquo modo: hoc est uel ut per seipsum uel ut in altero: per se ipsum quidem ut an sit uacuum: in altero uero ut an lunæ defectio. Quando. n. quæramus an sit uacuum an sit centaurus an sit his aliqua causa essendi quærimus: inuenientes autem quod sit aliqua causa essendi ipsis, quænam sit ipsa quærimus: quod est ipsum quid est. Similiter rursus quando quæramus an deficiat luna an sit ipsi aliqua causa deficiendi quærimus: inuenientes autem quod sit aliqua ipsi causa accidentis quærimus quænam sit ipsa: hoc autem est, ipsum propter quid est. Non ab re autem existimaret aliquis dicere esse quidem & hæc quemadmodum dictum est: fieri autem, & secundum alterum modum problematum diuisionem, Arist. causam accipientem & secundum differentiam quæstionis medii differentia & quæsitae fieri asserentem: ut in hoc quidem quod, & an sit dum quæritur medium & causa an omnino sit: in hoc uero quid & propter quid: quid hoc est quamobrem: & secundum hanc adiectionem ipsum quod, & an sit in unum coordinauit quatenus ambo quærent esse causam: inter se differentia eo quod hoc quidem essendi simpliciter causam quærat hoc uero essendi aliqd in altero: ipsum uero quod ipsi propter quid coniunxit: quatenus utraq; hæc quænam causa sit quærent perspicuo uidelicet existente ipso esse causam essendi uel simpliciter uel in parte. Differunt autem inuicem, & hæc, secundum simplex & compositum: ut diuersis modis diuisionis certior fiat quæstionum numerus. Duo igitur uisus est in eodem ordinare, simul quidem per sub diuisionem manifestando ea, quæ de quæsitis prædicta fuerunt dicendo & quænam sunt, quæ per ipsa quærentur & inueniuntur: uidelicet an sit causa essendi aliquid & quænam ipsa sit uel simpliciter uel in parte: simul uero & certiores faciendo quæstionum numerum, eo quod hæc & altero diuisionis modo in notitiam ueniant: hoc enim & in his quæ mutua sunt facit: uerum sanè, & in syllogismorum figuris quandoque quidem per medii positionem horum ostendit numerum: quandoque uero per sequentia terminos, & quæ sequuntur & aliena: quandoque autem altero modo tanquam sit consonum per multos modos ueluti per instrumenta ipsam sibi ipsi ueritatè correspondere. Quem admodum etiam ille in prioribus resolutiuis, de numero figurarum perficiens postremam dicit. uel hæc dicit ut demonstraret omnem scientificam methodum demonstratiuæ ministratricem esse: Si enim omnis scientia ex quæstione incipiens in inuentionem procedit: Omne autem quod quæritur & inuenitur in quatuor, quæ dicta fuerunt reducit: horum uero quatuor unum quodque causam quærit rei. Causa autem medium est, medium uero in syllogismum & demonstrationem confert: Omnis igitur scientia in syllogismum & demonstrationem confert, & per eandem est. Quærimus autem cum quæramus quod sit ipsum an sit simpliciter: nunquid sit medium ipsius uel non sit. à secunda incipiens diuisione, per quam certiores quæstionum facit numerum, ut secundum differentes adiectiones ipse enarratus, & nullatenus dissonans cum seipso sit, inquit quod cum omnis quæstio quæ quæritur cuiusnam sit quid est id quod queritur, est in eo quod & an sit, uel omnino quod nunquid sit medium propositi uel non sit. Medium uero dicit. causam essendi aut hoc aliquid simpliciter, aut huic cuidam alterum quid: & hoc modo in unum ordinat ipsum quod, & an sit quatenus utraq; nunquid sit medium ipsius uel non sit quærent: Atque sunt in eodem genere hunc in modum: differunt autem inter se quoniam hoc quidem simpliciter quærit unam quandam rem accipiens ut si qua ipsi causa essendi est quærens: hoc uero non simpliciter: sed secundum compositionem: ceu duas accipiens res & quærens si qua est causa essendi alteram alteri.

Cum autem cognoscentes aut quod sit, aut an sit aut in parte, aut simpliciter: rursus propter

Eustr. in post. anal.

B iii

Com. II.

Com. T.

Com. II.

Com. I.

Com. II.



quid quærimus aut quid sit: tunc quid sit medium quærimus.

Com. 12.

Cum dixisset quid in his duobus quæsitis quærat, quod sit & an sit quæ in unum ordinavit: quatenus comunicant: inuicem in differentia quærendi an sit aliqua causa essendi: Differentia uero inuicem rursus, & duo facta: eo quod hoc quidem de uno quærat esse secundum se ipsum, & si qua causa huius ipsi est: hoc uero de duobus si qua causa essendi est alterum alteri. Nunc descendit ad altera & inquit quod quoadocumque hæc noueris & non fuerit opus amplius quærare, uel in composito problemate illo, an hoc huic insit: uel in simplici ut an hoc simpliciter sit ut manifestum sit, quod utriusque causa est: hæc quidem in altero essendi: hæc uero per se ipsum essendi: & quærimus rursus propter quid in composito: ipsum uero quid sit in simplici: tunc quærimus quænam causa uel medium sit: alterum autem est hoc modo, aut illo quærare: si quidem & diuersa sunt inter se quærendo an sit hoc: quid sit hoc: idem autem est dicere commune & proprium ac confusum & definitum. Quare & hoc modo quatuor omnia quæ sita ostenduntur simplicis & compositi differentia & quærendi esse uel non esse causam & medium.

T.C. 4.

Dico autem quod sit aut an sit in parte, & simpliciter.

Com. 13.

Ostendit adhuc magno usui esse problematum differentiam: uidelicet ipsius quod & an sit & non solum considerata in nominibus: neque enim si hoc esset duo diceretur esse problemata: neque rebus differentia. Ambo namque an sit medium & causa quæruntur: tanquam utriusque conueniat ipsum an sit & fieri quatenus in hoc, & nomine comunicant & re. differunt autem inter se quoniam hoc quidem in parte ipsum an sit accipit: hoc uero simpliciter, in parte quidem uocans quod ex duobus terminis subiecto & prædicato compositum problema est, simpliciter autem quod unum solum habet terminum cum ipso, est, uerbo: quod & in ipso apposuit sermonem perficiens: in parte autem dicit illud uel quoniam in duas partitur res: ex quibuscumque enim aliquid componitur et partitur in tot ut sint in parte pro eo, quod est particulariter ut Alexander ait: quod incipiens librum dixit: aut ut ipse & hoc dicit quoniam qui quærit an huic hoc insit an hoc huius aliquid sit quærit, ut an genus sit huius uel uti an homo animal sit uel accidens huius: ut an nix sit alba, uel an huius passio sit ut an luna deficiat. Si autem oportet & hoc dicere uniuersaliter res quatenus componuntur accedunt ad magis particulare: Nam uniuersalissima substantia corporea ipsius apposita differentia particularior sit: & præterea animata, nec non sensibili & rationali etiam & magis mortali, ut & usque ad indiuidua diuidat & singularia, proprietatibus adiunctis ex quibus indiuiduorum unumquodque & singularium constat. Si autem uis, & unum secundum se ipsum quidem manens communius ipsi uero enti conueniens particularius, & quod est ante inferius, communius una uero cum uita particularius: & ipsa ante mentem, cum mente: & ista, ante animam & post animam & deinceps hoc modo. Quamobrem ubicumque apud ipsum Aristotelem & Platonem & alios sapientes ipsum simpliciter in simplicibus & ipsum partim in compositis accipit.

In parte quidem: ut utrum deficiat Luna, aut augeatur.

Com. 14.

Adhuc magis conspicua facit per exempla ea, quæ dicta fuere: querentes enim an luna deficiat: Si qua est causa deficiendi lune quærimus: similiter autem & in ipso an augeatur quærimus si est aliqua causa lune agendi.

Si enim est aliquid, aut non est aliquid in huiusmodi quærimus.

Com. 15.

In talibus inquit problematibus an sit quidem, uel non sit quærimus: non tamen simpliciter de subiecto: sed si quid in ipso est: atque hac de causa in parte dicimus tanquam de aliquo eorum, quæ in ipso sunt quærentes non simpliciter de ipso: sumpto enim aliquo subiecto multa fortasse & differentia contingit speculari circa ipsum de quorum aliquo quærentes particularem & non simplicem de subiecto facimus quæstionem. Sit enim si contingat luna de ipsa accidit multa querere: ut figura si spherica est: lumen si proprium habet siue ex sole suscipit differentes figuras illuminationum: defectionem similia: de ipsa igitur quærentes simpliciter de ipsa facimus quæstionem: de aliquo autem eorum, quæ in ipsa sunt particulariter: ueluti aliquid quærentes in ipsa & non simpliciter de ipsa sed partim. Amplius autem quemadmodum substantiam simpliciter dicimus ens: album uero & currere & uniuersaliter quæcumque in substantia & circa ipsam aliquo modo & quædam entia, quatenus non congruit ipsis simpliciter appellatio: sed uel solum propter esse aliquid

esse aliquid entis ipsa, ut qualitates quãtitates magnitudines actiones passiões, aliquid aliud huiusmodi: eodem modo quando quæramus de aliquo an sit ipsum, aut quid sit. tunc simpliciter quærimus de ipso: Quando autem de his, quæ sunt in ipso aut de aliquo circa ipsum: tunc non simpliciter quærimus de ipso: sed in parte.

Simpliciter autem an sit: aut non sit luna uel nox.

Hoc ex dictis manifestum est ac copiosiori oratione minime indiget. Nam cum dicta exempla posuisset compositi quæsitum: ponit hæc simplicis an sit luna, uel nox. Sicuti autem ibi defectiõnem lunæ & augmentum tanquam proxima inuicem, eo quod quærantur circa ipsam & ambo assumpsit & in parte quæsitum nominauit: quatenus non simpliciter sed in parte de luna introductit quæstionem: sic & hoc in loco tanquam communicantia inter se Lunam, & noctem in exemplum ipsius simpliciter quæsitum apposuit: in principio enim noctis luna est, & in nocte ipsum apparere est ipsi.

Com. 15.

Contingit igitur in omnibus quæstionibus quæreere aut an sit aliquod mediũ aut quid sit mediũ.

T. c. i.

Cum de quæsitis uniuersaliter locutus fuisset quot secundum genus sint & prius quidem quam habeant differentiam inuicem: postea & per alteram adiectionem horum ostendisset numerum, & quid quærat horum unumquodque: ac præterea dixisset, Quid commune inuicem & diuersum habeant: Quoniam in secunda diuisione medium esse ipsis id quod quæritur accepit: atque ex inductione hoc monstrauit: singulum genus quæsitorum percurrrens & per exempla rationes comprobans infert quidem dictis conclusionem. Dicens quod CONTINGIT Igitur in omnibus quæstionibus quæreere aliquod medium aut quid sit medium: perspicuum enim iam est per ea, quæ dicta fuere quod nihil aliud quæritur in problematibus quam medium an sit hoc aut quid sit: siue simpliciter, siue partim: ut in duo contracta problemata in quatuor dilatentur simplicis & compositi differentia. Deinde inductione non contentus ostendit idem & per syllogismum in prima figura hoc concludens. In omnibus quæstionibus, inquit, causa quæritur: Causa uero medium est: in omnibus ergo quæstionibus medium quærimus. Quod autem causa sit, quæ quæritur, confirmat rursus ex inductione: quæreere enim nunquid luna deficiat? idem est cum hoc, nunquid sit aliqua causa deficiendi ipsam, uel non: Quando autem cognouerimus quod sit aliqua causa. tunc quærimus, quænam hæc sit: & est illud quidem, ipsum, quod est. hoc autem, ipsum propter quid, idem sanè est, & in simplicibus, & si enim non hoc aut hoc quæramus: sed simpliciter substantiam, & subiectum: ut an sit luna, aut terra, aut sol, aut triangulum: & si non simpliciter substantiam, sed aliquid eorum, quæ in substantia sunt, siue per se aliquid siue & per se, sed secundum accidens tamen causa essendi propositum, medium est. Ut per se quidem in luna sphericum, secundum accidens autem defectiõnem, similiter & in sole, in terra autem per se quidem in medio esse, secundum enim secundum naturam momentum, & locus secundum naturam est: secundum accidens autem sensibile. Quod autem hæc recte dicta sint, Planum est: Quæ enim per se sunt, semper etiam sunt. Quare ea, quæ non semper sunt, neque per se sunt. Neque uero solem, aut lunam deficere semper est: sed aliquando, Et fiunt hæc aliquando in subiectis, & si auferantur, nihil officiat ipsis nisi & perfectiora hæc sint talibus accidentibus libera: quinetiam & in phantasia sunt figuræ & in sensu colores uel talia eiusdem generis, Neque semper in ipsis sunt, neque ipsa aliquid patiuntur, si in phantasia, uel in sensu fiat: propterea quod nec ipsorum sit proprie aliqua passio, aut forma, uel habitus, uel actus, aut aliquid huiusmodi in phantasia, uel in sensu fieri, sed eorum, qui imaginantur, & sentiunt, Quoniam autem definitionem medium, & causam dixit, Quod quidam causa sit, dicere haud dignum putauit, tanquam perspicuum sit, quod forma est: forma autem causa est illius, quod ex hac, & subiecto est aliquo. Quod uero medium in syllogismo sumi contingat, ostendit, definita accipiens per se minime existentia: sed in altero esse habentia, ut defectiõnem consonantiam: in omnibus enim inquit huiusmodi, idem est ipsum quid est, & propter quid est: idem subiecto, sed non modo assumptionis, aliter enim ut quid est accipitur, & aliter ut propter quid: Nam hoc quidem quatenus per se accipitur definitum, & in simplici quæritur problemate, an sit omnino aut quid sit: hoc uero, quatenus in altero est, & propter quid in ipso est. Quod autem eadem subiecto sint in his, quæ in alio sunt: & per demonstratiõnem cognosci innata sint,

Com. 17.



quid est, & propter quid, manifestum fit, dum definitio ipsorum præcedit, & accipitur medium, ad demonstrationem ipsius propter quid in altero est. Nam quid est defectio? priuatio luminis à luna, ob terræ interpositionem: & propter quid luna deficit? propter ea quod remoueatur lux ab ipsa, terra interposita. ac rursus in consonantia, quid est consonantia? Ratio numerorum in acuto, & graui. propter quid consonat hoc quidam acutum existens sono, uel uoce ad alterum quoddam graue? propterea quod rationem habeant numerorum acutum, & graue. Hæc autem, & secundum quatuor modos quæstionum quæri contingunt, si prius quidam per se accipiamus an sint, & quid sint: postea quatenus in altero esse habent subiecta, quærentes si qua talia sunt, ut nunquid sit consonantia, in acutis, & grauibus? & nunquid sit in numeris ratio ipsorum. Cû acceperimus autem esse, quid sit ratio ipsa quæremus: ut quod sit sesquitercia, ut in eo, quod est per quatuor, uel sesqui, ut in eo, quod est per quinque, uel dupla, ut in eo, quod est diapason, uel quadrupla, ut in eo, quod est bis diapason. idem sane est, & in defectione, nunquid sit defectio? & quid sit defectio. Quando autem subiecta his acceperimus. si his, hæc insunt quærentes, tunc primum quidem, quod hæc sint in his quærimus: idem autem est dicere, ut illa illorum qualitate affecta sint: ut acutum, & graue in consonantia, & defectionem in luna: Cum autem hoc acceperimus, quærimus propter quid, & alterum quoque horum, quod dicitur simul monstratur, nihilominus assequens necessarium, quoniam consequenter, & adhærenter maxime in scientia doctrinali de demonstratiua, & de definitione ratio assumitur: Nam si medium, & causa non conclusionis solum, sed etiam rei necessario in demonstratione accipitur, huiusmodi autem est, & definitio, Necessarium est, & de definitione assignare de demonstratiua scientia docentem: & tantum, quantum in demonstrationem confert: Communes enim notiones eo quod sint ueluti extremi soni, nulla indigent probatione, neque ratione aliqua, uel quam breuis alicuius appositione, ut excitet, & accendat occultatum, & obturatum in nobis intellectualis potentie igniculû. Definitiones autem scientia indigent, & plurima experientia, & negotio non quocumque, ut manifestæ fiant, & definitorum essentias per seipsas constituent, quocirca illarum doctrina, non opus est ipsi de demonstratiõe introduceti, Sed definitionum speculatione: & maxime ergo necessario in sermone de demonstratione, & de definitione coordinatum est. Atque ut hoc Aristo. ostenderet, iccirco sermonem de medio, & causa in medium proposuit, an uero ob id de definitione necessarium est dicere, propterea quod & de medio, quemadmodum ab initio dictum est. CONTINGIT IGITUR IN OMNIBVS QVÆSTIONIBVS QVÆRERE AVT AN SIT MEDIUM, AVT QUID SIT MEDIUM: Concludit ea, quæ dicta fuerunt, quod præclare à nobis nimirum dictum est, quod in omnibus quæstis medium quæritur: sicut ex inductione perspicuû fuit. Cû enim unumquodque quæsitum acceperimus, & huius exemplum posuerimus, cognouimus, quod medium est in ipso, quod quæritur uel an sit uel quid sit: ut contrahatur hoc modo in duo omnia problemata, & in id quod est an sit medium, & quid sit medium. postea uero horum utrumque in duo rursus diuidatur, & simplex, & compositum: ut sit hoc modo procedens diuisio. omne quæsitum aut an sit quærit, aut quid sit: & an sit, aut quod sit, aut an sit simpliciter. ac rursus quid sit, uel propter quid sit, aut quid sit simpliciter. Atque hæc fiunt manifesta ex dictis exemplis. Deinde non contentus inductione, in ipsius ostensionem syllogismum quoque infert.

Causa enim est medium, in omnibus autem hoc quæritur, utrum deficit, utrum est aliqua causa, vel non: postea cognoscentes quod est aliqua: quænam igitur hæc sit: quærimus.

Com. 18.

Syllogismum, quo modo in prima fiat figura, diximus, & perspicua ex illis ratio est: uerum neque exemplum oratione indiget, manifestum quoque ipsum iam existens ex dictis: in quærendo enim inquit, nunquid deficiat hoc quærimus: nunquid sit aliqua causa defectionis, uel non: Aptum ipsum deficere extra subiectum accipit: Tanquam ipsum posuerit subiectum: cum possibile sit sicut dicit procedens, & in his, quæ in alteris esse habent quatuor assumi problemata: Quænam autem sit causa, ob quam in talibus quæstis, sermonem exercent, & non subsistentibus per se dicetur paulopost.

T.C.6.

Causa enim essendi non hoc, aut hoc, sed simpliciter substantiã, aut non simpliciter, sed aliquid eorum, quæ sunt per se, aut secundum accidens: medium est.

Com. 19.

Vniuersaliter enim dicit, Causa essendi medium est: siue in his, quæ per se subsistunt dicat

aliquis, siue in his, quæ in alteris esse habet. Quoniam igitur ea, quæ per se subsistunt, uidelicet substantiæ simpliciter entia sunt, quæ uero in ipsis esse habent aliquo modo entia, tanquam aliquid existens substantiarum unumquodq; ipsorum: iccirco quæ quidem in altero esse habent: hoc, aut hoc nominauit: subiecta uero simpliciter. Causa igitur inquit essendi, uel aliquid eorū quæ non in altero esse habent, sed simpliciter entium, idem autem est dicere substantiarum: uel non simpliciter entium, sed aliquid eorum, quæ in alteris sunt: causa inquit essendi uel illorum aliquid, uel horum, medium est. Dicit autem hæc, & dictum est adhuc cum confirmasset, quod ubicunq; causa est, medium est. Quoniam uero eorum, quæ in alteris considerantur hæc, quidē per se sunt, ut impar in numero, & par: hæc autem simpliciter contingunt, ut album, & ambulare: hanc ob rem, & hoc distinxit in omnibus tale imperare fortificans: Dico autē esse causam medium manifestans uero hoc tale infert.

Dico autem simpliciter quidem subiectum, ut lunam, aut terram, aut solem, aut triangulum; quid autem esse, defectiōem, æqualitatem, inæqualitatem, an in medio sit, aut non.

Per exempla quod dictum est planum facit: lunam quidem, & terram, & solem, ac triangulū subiecta accipiens, & quæ per se cōsiderant. si quidem substantia uidetur triangulum mathematica; in tria enim entia diuiduntur: in sensibilia, intelligibilia, discursibilia. quorum discursibiliū est quoq; triangulum: nam tam & si imaginabile est: tamen discursiue ea, quæ de ipso inquiruntur, considerantur. Defectiōem autem, & æqualitatem, & inæqualitatem, necnon in medio esse uel non: quatenus in illis esse habent. Atq; est quidem defectiō, accidens quoddam, quod æqualiter in sole uel luna fit: Et ideo cum accidentibus simpliciter, coordinatur. æqualitas uero duorum rectorum in triangulo cum his, quæ sunt per se: quemadmodum & habere duo latera inæqualia uni undiq; sumpta: Maius enim inæquale est ei quo est maius. similiter per se ipsi terræ in medio esse totius, sicuti dictum est. Cum autem dixisset illud: quid autem opposuit quidem hoc ad simpliciter. monstrauit uero ea, quæ per se subsistentiam non habent.

In omnibus autem his, manifestum est, quod idem est quid sit, et propter quid.

Postquam superius in exemplum quatuor problematum defectiōem accepit: & in ipsa sermone de his exercuit, ubi dicebat: in omnibus autem hoc quæritur, nunquid deficiat: nūquid sit aliqua causa uel non? & quæ sequuntur. Deficere autem non est eorum, quæ per se subsistunt: sed in altero esse habet, postea uero accepit etiam subiecta quædam, & altera, quæ in ipsis rursus considerantur: tanquam indifferens sit, siue in substantiis, siue in accidentibus: de quæsitis sermone aliquis exerceat. uidebatur autem ipsum quidem an sit, & quid sit proprium substantiis esse. quatenus proprie existunt: & subsistunt per se: ipsum uero quod sit, uidelicet an insit hoc huic, & propter quid insit hoc huic, in his, quæ sunt in alteris, esse habent. id hoc in loco astruere uidetur: tanquam nullum inconueniens sit, & si in accidentibus quæsierimus omnia, in omnibus enim his proxime connumeratis, quæ quid autem dicebat. eo quod quodammodo sit horū unumquodq; & non simpliciter. defectiōe, æqualitate, inæqualitate, in medio esse, uel non, in omnibus his manifestū est, quod idem est quid est, & propter quid est: idem. n. est utrunq; subiecto: ratione autem differt, & modo usus: sicuti in primo libro dixit definitionem demonstratiōem esse positione differentem. Hoc autem dicit non de substantiis omnino, sed de quibus demonstratiō est. Hæc uero sunt ut plurimum accidētia per se, interdum autem, & simpliciter. hinc autem hoc ostenditur, quoniam omnia quæ sita in demonstratiuam scientiam possunt reduci: cū proprium sit proposito de hoc, & de his dicere: si quidem medium est uniuscuiusq; horum quæ sitio: medium uero causa est. Et rei causa non solum conclusionis. quod demonstratiuæ propriū est uel maxime. Dico autem tale accipere medium. quod uero idem sit in his ipsum quid est, & propter quid est. planum facit per exempla, nihil accipiens per se subsistens: sed ex solis his, quæ in alteris esse habent sermonem perficiens.

Quid est defectiō: priuatio luminis à luna, ob terræ interpositionem.

Hoc est definitio, deinde demonstratiō, medio utens definitione.

Propter quid est defectiō: aut propter quid deficit luna: propterea, quod deficiat lumen



obiectaterra.

Com. 23. Videtur iam in huiusmodi ipsum, an sit, & quid sit seruire ipsi propter quid sit medium inuenientia atq; id demonstrationi præbentia, nisi quis hæc dicat generatiua esse demonstratio- nis, & authores, tanquam ipsi suppeditantes causam existentiae. Siue igitur hoc modo, siue illo, ueluti propria hæc ab initio intentioni, quam de demonstratiua scientia præposuit: sic in hoc loco tradit. uidetur autem in demonstratiuam scientiam diuisiuam, & definitiuam referens, & ipsi has supponens dixisse hæc. Et si in alteris ipsæ accipiuntur. in quibus locum non habet scien- tia, quæ de accidentibus per se inquirat.

Quid est consonantia? Ratio numerorum in acuto, & graui: propter quid consonat acutum graui? propterea quod rationem habent numerorum acutum, & graue.

Com. 24. Exemplo defectionis non contentus, & hoc de consonantia adiungit: ut cum hoc quoq; simi- liter fiat manifestum, quod idem sit quid est, & propter quid est, perficiat demonstrationem.

Vtrum est consonare acutum, & graue? & vtrum est in numeris ratio ipsorum? & cum acciperi- mus autem quod est, quænam igitur ratio est ipsorum.

Com. 25. Quoniam defectionem sepe numero in exemplum accepit: consonantiam autem ueluti nouū quoddam nūc intulit, huius gratia, quatuor etiam in ipsa exercet problemata. illud uero, Q V Æ NAM I G I T U R R A T I O E S T, defectuose postremo intulit. Cum subintelligatur, quærimus.

Dubita. Dubitaret autem aliquis: si simplicia problemata sunt an sit, & quid sit quomodo & in ipsis me- dium esse inquit, quod quærat. medium enim extremorum est medium: extrema autem inter se diuersa sunt, sed ubi unum quoddam, & idem est: quomodo huius est, aliquod medium? Nā in ipso quidem quod sit & propter quid: cum sint quæsitæ composita, & diuersa inuicem habeāt illud, in quo, & quod est, medium quoq; accipitur. in unum per idem concludens diuersa. in sim- plicibus uero nusquam in ipsis locus medio relinquitur. Quomodo ergo in simplicibus mediū esse id, quod quæritur dictum est? An non tanquam in omnibus medium sit, quod quæritur, hoc dictum est, sed quatenus causa quidem in omnibus. possibilis autem cum sit causa medium fieri. non in simplicibus sed in compositis solum. Nam quatenus quæritur causa definitionis in ipso an sit, & quid sit, in his inuentam, accipere ipsam ut medium in ipso propter quid possibile est. eo quod illic quidem sit ipsa causa actu, potentia autem medium. in ipso autē propter quid actu ambo sunt, & medium, & causa. ullam enim inter rem, & propriū ipsum quid est, quicquā esse, haud contingit. Si uero etiam sit, & illud profecto esset, quod quæritur. si quidem mediū quæstio est, & non rei quæ est. Nunc autē hoc quæri dicitur. sed ne problema quæ esset simplex si hoc modo inter se distinctæ essent, & res, & ipsius proprium quid est, ut etiam aliquod medium ipsorum reperiatur. Quoniam autem, & in quibus quæsitis demonstratio est, in his quoq; me- dium est: in quibus autem minime, neq; medium profecto esset. in ipso quidem quod, & pro- pter quid, medium est, quia & demonstratio. quemadmodū in primo libro discibamus. in aliis uero minime: sicut procedentibus planum fiet: quando quod non sit ipsius quid est demonstra- tio ostenditur. Quomodo autem & omnino causam dicemus in simplicibus quæsitis, ita, ut de- finitionem: si quidem non aliud præter illud, unicuiq; est quod quid est. ut neq; prædicatio di- cat definitionis, de quo definitio est. Causa enim alicuius causa est. sed quando definitio non est, à definito altera: quam solum tantum exponatur ut ratio, cuius est ratio: quomodo causam di- cemus, & causatum in huiusmodi? An in simplicibus quidem substantiis hoc est. ut non sit ali- ud, & aliud in talibus, quod huic sit, & hoc sit. in compositis autem, & cum materia consideratis formis, diuersa ratio assignatur & aliud cum materia simul consideratur. animæ quidem esse, & animam idem est. & menti, ac mentem: hominem autem & homini fortasse nō. Quapropter & causa in his definitio profecto diceretur: tanquam forma existens, in perfectionem agens subie- ctum per se ipsam: quamuis non excipi fortasse uidebitur, at simul constituta est cum eo, cuius est causa. Videretur autem merito Aristoteles ad propositam intentionem hæc tractare. Nam cū de demonstratione loquens, sola hæc duo quæsitæ subduci dixit. ipsius quod, & propter quid demonstrationem esse dicens: Relinquebatur quoq; an sit, & quid sit. ut ne uideatur uel imper- fecte, & quasi dimidiam prætermisisse doctrinam, uel locum aliis scientiis præbere, in eorum, quæ

Solutio. hoc dictum est, sed quatenus causa quidem in omnibus. possibilis autem cum sit causa medium fieri. non in simplicibus sed in compositis solum. Nam quatenus quæritur causa definitionis in ipso an sit, & quid sit, in his inuentam, accipere ipsam ut medium in ipso propter quid possibile est. eo quod illic quidem sit ipsa causa actu, potentia autem medium. in ipso autē propter quid actu ambo sunt, & medium, & causa. ullam enim inter rem, & propriū ipsum quid est, quicquā esse, haud contingit. Si uero etiam sit, & illud profecto esset, quod quæritur. si quidem mediū quæstio est, & non rei quæ est. Nunc autē hoc quæri dicitur. sed ne problema quæ esset simplex si hoc modo inter se distinctæ essent, & res, & ipsius proprium quid est, ut etiam aliquod medium ipsorum reperiatur. Quoniam autem, & in quibus quæsitis demonstratio est, in his quoq; me- dium est: in quibus autem minime, neq; medium profecto esset. in ipso quidem quod, & pro- pter quid, medium est, quia & demonstratio. quemadmodū in primo libro discibamus. in aliis uero minime: sicut procedentibus planum fiet: quando quod non sit ipsius quid est demonstra- tio ostenditur. Quomodo autem & omnino causam dicemus in simplicibus quæsitis, ita, ut de- finitionem: si quidem non aliud præter illud, unicuiq; est quod quid est. ut neq; prædicatio di- cat definitionis, de quo definitio est. Causa enim alicuius causa est. sed quando definitio non est, à definito altera: quam solum tantum exponatur ut ratio, cuius est ratio: quomodo causam di- cemus, & causatum in huiusmodi? An in simplicibus quidem substantiis hoc est. ut non sit ali- ud, & aliud in talibus, quod huic sit, & hoc sit. in compositis autem, & cum materia consideratis formis, diuersa ratio assignatur & aliud cum materia simul consideratur. animæ quidem esse, & animam idem est. & menti, ac mentem: hominem autem & homini fortasse nō. Quapropter & causa in his definitio profecto diceretur: tanquam forma existens, in perfectionem agens subie- ctum per se ipsam: quamuis non excipi fortasse uidebitur, at simul constituta est cum eo, cuius est causa. Videretur autem merito Aristoteles ad propositam intentionem hæc tractare. Nam cū de demonstratione loquens, sola hæc duo quæsitæ subduci dixit. ipsius quod, & propter quid demonstrationem esse dicens: Relinquebatur quoq; an sit, & quid sit. ut ne uideatur uel imper- fecte, & quasi dimidiam prætermisisse doctrinam, uel locum aliis scientiis præbere, in eorum, quæ

Dubita. Dubitaret autem aliquis: si simplicia problemata sunt an sit, & quid sit quomodo & in ipsis me- dium esse inquit, quod quærat. medium enim extremorum est medium: extrema autem inter se diuersa sunt, sed ubi unum quoddam, & idem est: quomodo huius est, aliquod medium? Nā in ipso quidem quod sit & propter quid: cum sint quæsitæ composita, & diuersa inuicem habeāt illud, in quo, & quod est, medium quoq; accipitur. in unum per idem concludens diuersa. in sim- plicibus uero nusquam in ipsis locus medio relinquitur. Quomodo ergo in simplicibus mediū esse id, quod quæritur dictum est? An non tanquam in omnibus medium sit, quod quæritur, hoc dictum est, sed quatenus causa quidem in omnibus. possibilis autem cum sit causa medium fieri. non in simplicibus sed in compositis solum. Nam quatenus quæritur causa definitionis in ipso an sit, & quid sit, in his inuentam, accipere ipsam ut medium in ipso propter quid possibile est. eo quod illic quidem sit ipsa causa actu, potentia autem medium. in ipso autē propter quid actu ambo sunt, & medium, & causa. ullam enim inter rem, & propriū ipsum quid est, quicquā esse, haud contingit. Si uero etiam sit, & illud profecto esset, quod quæritur. si quidem mediū quæstio est, & non rei quæ est. Nunc autē hoc quæri dicitur. sed ne problema quæ esset simplex si hoc modo inter se distinctæ essent, & res, & ipsius proprium quid est, ut etiam aliquod medium ipsorum reperiatur. Quoniam autem, & in quibus quæsitis demonstratio est, in his quoq; me- dium est: in quibus autem minime, neq; medium profecto esset. in ipso quidem quod, & pro- pter quid, medium est, quia & demonstratio. quemadmodū in primo libro discibamus. in aliis uero minime: sicut procedentibus planum fiet: quando quod non sit ipsius quid est demonstra- tio ostenditur. Quomodo autem & omnino causam dicemus in simplicibus quæsitis, ita, ut de- finitionem: si quidem non aliud præter illud, unicuiq; est quod quid est. ut neq; prædicatio di- cat definitionis, de quo definitio est. Causa enim alicuius causa est. sed quando definitio non est, à definito altera: quam solum tantum exponatur ut ratio, cuius est ratio: quomodo causam di- cemus, & causatum in huiusmodi? An in simplicibus quidem substantiis hoc est. ut non sit ali- ud, & aliud in talibus, quod huic sit, & hoc sit. in compositis autem, & cum materia consideratis formis, diuersa ratio assignatur & aliud cum materia simul consideratur. animæ quidem esse, & animam idem est. & menti, ac mentem: hominem autem & homini fortasse nō. Quapropter & causa in his definitio profecto diceretur: tanquam forma existens, in perfectionem agens subie- ctum per se ipsam: quamuis non excipi fortasse uidebitur, at simul constituta est cum eo, cuius est causa. Videretur autem merito Aristoteles ad propositam intentionem hæc tractare. Nam cū de demonstratione loquens, sola hæc duo quæsitæ subduci dixit. ipsius quod, & propter quid demonstrationem esse dicens: Relinquebatur quoq; an sit, & quid sit. ut ne uideatur uel imper- fecte, & quasi dimidiam prætermisisse doctrinam, uel locum aliis scientiis præbere, in eorum, quæ

quærentur aliis quæsitis inuentionem, ut forsitan diuisiuè, uel resolutiuè, ipsum esse inuenientibus, & quid esse. Tentauit, & hæc supponere demonstratiuè: quatenus medium querunt, ac ipsa secundum illam quæsitis seruiunt. Atq; exercet sermonem in his, quæ non sunt per se, sed in aliis subsistunt, in quibus, & ratio seruari potest: sicut eueniebat in unoquoq; horum ipsa quatuor quæsitæ proferri. Quæadmodum & exempla sua demonstrant an sit defectio, quid sit, quod sit, & propter quid. Et consonantia similiter. Cum enim dixisset sub demonstratiuam scientiã omnia quæsitæ referri: postquam in his, quæ in aliis esse habent, rationem consonantem inuenit: huius gratia in huiusmodi solis ipsam scrutatus est. Nã tam & si lunam, & triangulum accepit, tamen haud quoq; in his exercitationem problematum fecit: propter ea, quod neq; horum esse, neq; quid esse ad demonstrationem referri possint: nisi quis simpliciter uelit dicere, quod omnis definitio potest medium accipi in syllogismo, & esse, per ipsam demonstrare definitum ut quid est homo? animal gressibile bipes, & propter quid est homo? quia est animal gressibile bipes: uerum hoc est idem per idem ostenderet: Nihil enim alterum homo est, quã animal gressibile bipes: neq; animal gressibile bipes, aliud est, quam homo. Atq; ita dicentes nihil alterum dicimus, quam quod propter quid est homo, propter quid est homo. Deinde accidentium, quæ sunt per se demonstrationes esse discibamus, non eorum, quæ per se esse habent. Præterea uero quamuis inuicem diuersa esse concedamus definitionem, & definitum, quoniam conuertantur, quomodo nõ per altera demonstrabuntur, & erunt mutuo causæ priores, & posteriores? quod absurdum est.

Quod autem sit mediũ quæstio, ostenditur, quandoquẽ medium est sensibile.

Proponit idem quoq; ex euidentiã ostendere: dico scilicet mediũ quæstionem esse in omnibus quæsitis. Quoniam autem non est idem scientia, & sensus: neq; scibile, & sensibile eadem ratione sunt. Et non est simpliciter sensibile aliquod accipere ad propositam euidentiã: quodammodo sensibile quoddam accipit. Lunam enim à terra obstrui, sensibile quidem est natura sui, ut facile uisibili apprehendatur: nobis autem non est omnino sensibile, eo quod non sit luna, quemadmodum testa in profunditate. Nunc enim quoniam non sumus supra lunam, iccirco non sentimus dum opponitur terra: & ideo quærimus an deficiat luna? Si autem essemus supra ipsam non profecto, an sit defectionem quæreremus, uidentes interpositionem. Sicuti igitur uidentes interpositionem, non quærimus defectionem, causam ipsius cognoscentes: sic defectionem, an sit quærentes: causam quærimus ipsius: quæ est interpositio. Non hoc uero, inquit, dicimus: quoniam si supra lunam essemus eodem modo profecto esset nobis scientia, & sensus, ceu medium habentibus sensibile, & per ipsum inferentibus conclusionem, sensibilem existentem & ipsam. Hoc enim contrarium est prioribus: in quibus diuersa inter se scientia, & sensus, ostendebantur. Sed quoniam hæc quidem, & ambo profecto essent sensibilia, à singularibus autem defectionibus, quomodo fiunt, uniuersale porro habemus in nobis ex his partum. Nam scire quod nunc ita se habeat sensus est, quod uero simpliciter ita se habeat, scire, scientiæ est, id cum dixisset, rursus de ipso quid est & propter quid est sermonem repetit, dicitq; idem, quod & prius, quod cognitioni ipsius quid est, & propter quid, scientia conuenit, sciens enim quid est defectio, nouit & propter quid est defectio, ipsum accipiens quid est medium in assignando propter quid est ut prius dictum est: Hoc autem siue in his, quæ per se subsistunt, ut sole, luna, terra, triangulo: uel in his, quæ in aliis spectantur, ut defectione, motu, duobus rectis, id uero arbitror ipsum dicere, non quod & in ambobus id esse possit, ut & in his, quæ per se subsistunt medium definitio accipiatur, quod ipsa simpliciter existant, sed quemadmodum in resolutoriis in mistione necessari, & inexistentis dicebat. Hoc etiam hic facit. Nam & illic dixit, quod existimas quidem, quo modo maior propositio est in prima figura, huiuscemodi est, & conclusio: si quidẽ necessaria, necessaria, si uero in existens, inexistens, exempla autẽ de inesse posuit ubicunq; quando hoc concludi dixit, de necessario uero, minime. Quoniam nusquam est reperire simpliciter necessarium, ex inexistens, & necessario mistione, conclusum tale quoddam & hoc in loco facit. Cum enim uoluerit, & an sit, & quid sit supponi ipsi demonstratiuæ. Quoniam hoc quidem in accidentibus, quæ per se in alteris sunt consonum inuenit: in his uero, quæ per se subsistunt minime, in illis quidem monstrauit hoc euenire. Hæc autem peruenerunt usq; ad textum illum, **QVOD AVTEM SIT MEDII QVÆSTIO, OSTENDITVR, QVANDOCVNQVE MEDIVM FVERIT SENSIBILE** quod inquit in quæsitis nihil aliud, quam medium quærimus, perspicuum est hoc, ex sua

Com. 7.

Com. 7.

T.C. 7.

Com. 26.

Com. 7.

Com. 7.



ipforum natura sensibilibus existentibus. quamuis nos . propterea quòd procul sumus ab illis ,
haud sensu apprehendimus, quomodo fiant.

Querimus enim non sentientes, vt de defectione an sit vel non.

Com. 17. Etenim iccirco quærimus, propter ea quòd non sentimus. Nam cum hæc res sensibilis sit sua
ipsius natura, non profecto quæreremus, si sensibile sensissemus : sed quia non sentimus, hac de
causa accidit nos quærare.

Si autem essemus supra lunam non profecto quæreremus, neq; an fiat, neq; propter quid.

Com. 18. At quamobrem, inquit, non sentimus, est propter ea quòd procul à luna sumus, cui passio de
fectionis accidit. Nam si essemus supra ipsam, non profecto quæreremus, nec an fiat neq; propter
quid. euidentem. n. habentes ex ipso sentire apprehensionem, quòd terre in medio solis, & lunæ
intercidentia priuationem ipsi luminis facit : nullam profecto indigentiam quæstionis habere
mus, nec an fiat, neq; propter quid fiat. idem autem est dicere, neq; an sit, neq; propter quid sit.
Nam quemadmodum in his, quæ habent esse in ipso fieri, fit. ita in his, quæ in ipso esse, est. & cogit
tandem in idem, ipsum an sit, & quòd sit. sicuti & præsumens coniunxit hæc in unum : ipsum
enim an sit in hoc loco, & an fiat, simul ostensum habent, ipsum quoq; an insit hoc huic quatenus
de existente in altero fit mentio. Coniungit autem & cum ipso quid est, & propter quid est. Potissi-
mum uero iam hæc quoq; coniunxit, quando dicebat, quòd idem est quid est, & propter quid
est: Tanquam planum sit in his quatuor, quòd medium est, quod quæritur. igitur in proposito
exemplo ipsa quatuor quæsitæ adduxit, medium quæretia, hoc enim an fiat defectio per se quidē
spectatum, si est aliqua causa defectioni quærit. Si autem an lunæ fiat defectio sumptum sit. ipsum
an insit hoc huic constituit: quærens si qua est causa, & medium lunæ deficiendi. Similiter & quòd
est defectio sic quidem consideratum, simplex profecto esset, quærens quanam causa deficiendi
sit. Si uero quid est, ipsi lunæ, causa deficiendi sumptum sit, idem hoc est ipsum propter quid est.
Dato enim hoc quòd deficiat, quæritur propter quid, & causa, uidelicet medium. Tanquam sit
ex exemplo manifestum, quòd in omnibus quæsitis medium est, quod quæritur. Si igitur esse-
mus supra lunam, & uideremus ipsam dum obstruitur à terra, nempe non quæreremus, an sit
defectio, neq; quid sit scientes ex sensu, & quòd priuatio est luminis, quæ fit ob terræ interposi-
tionem. Similiter non profecto quæreremus neq; an insit lunæ, neq; propter quid insit, & quòd
insit ipsi sentientes, & quòd propter terræ interpositionem insit.

Sed simul perspicuum esset.

Com. 29. Hoc dicit, quoniam non esset quæstio nobis in re, quæ sensu apprehendit: sed profecto esset nobis pla-
num simul proiciendo sensum ut sit illud, simul, pro repente, & collectim, tanquam sine temporis
spatio uisionis appulsu cognoscatur, & nulla indigeat quæstione, quale esse quid uideatur: quod
& in principio primi libri dicitur: Vbi de diuersis modis cognitionis loquitur, quod simul in-
ducens cognouit: quorundam enim inquit hoc modo disciplina fit, & per medium extremum cog-
noscitur. quæcunque iam singularium sunt entia, & non de subiecto aliquo, singularium enim
disciplinam simplicibus, & confertis quibusdam adiectionibus, & præsertim quorum per uisio-
nem est apprehensio suscipimus, & non per quæstionem aliquam. Cum hæc dixerit, quoniam
sui ipsius contrarietatem senserat sibi ipsi, cum dederit suspensionem, in primo quidem libro di-
uersa inter se cum dixisset scientiam, & sensum. hic autem in eundem quendam modum ipsa con-
trahat, ut cum scibilem rem defectionem, sensibilē esse contingere dixisset, soluens instantiam inquit.

*Ex eo enim quod sensissemus, et uniuersale factum esset nobis scire: nam sensus quidē est, quo
niam nunc obiicitur: etenim manifestum est, quod nunc deficiat.*

Com. 30. Neq; enim hoc, inquit, dicimus, quòd sensibilis existens singularis defectio, eadē & scibilis sit.
sed quòd sensus quidem est eius, quod nunc obiicitur. id est, defectionis, quæ nunc fit, oppositio-
nem præsentem causam esse, postmodum cum mens inde acceperit causationem, & uniuersale in
seipsa constituerit. quatenus uniuersale omnis defectionis lunæ, quæ ex interpositione terre fiat:
scientia perficitur. Tale enim uniuersale est, dico autem id, quod logicæ accipitur, ex singularibus
generationem suscipit. Quamobrem & in multis, & postremo genitum nominatur. Atq; hoc modo
sensible

sensibile scibile fit. non quatenus hoc, neq; quatenus nunc: sed quatenus in uniuersum, & semper. idem autē est dicere ex singulari in uniuersale mutatu. NAM SENSVS QUIDEM EST, QVOD NVNC OBICIATUR: ETENIM PERSPICVVM EST. QVOD NVNC DEFICIAT. Probat quomodo ex eo quod sentimus uniuersale fiat: præterea uero, & quomodo de eodem cognitio fit. quod scientia, & sensus habentes inter se differant: Nam sensus quidem inquit, eo quod nunc fiat, iudicatiuus est, & oppositionis, & defectionis.

Ex hoc autem uniuersale profecto fieret.

Com. 31.

Videlicet ex eo, quod nunc iterum, atq; iterum fiat, ipsius uniuersalis conceptio fieret, hoc autem est scientia. Cum aliquod uniuersale cognoscamus propter quid fiat. idem autem est dicere propter quid sit. sicut idem est cognoscere in huiusmodi scientiam, & sensum. Alio uero modo & alio: uidelicet hanc quidem uniuersaliter, hunc uero particulariter: atq; hanc quidem quoniam in uniuersum: hunc uero quoniam nunc. uel hoc modo, aut hoc, aut aliquid huiusmodi. idem autem minime est id, quod deficit, & id quod opponitur. & si fortasse ita ex textu appareat. sed hoc quidem est luna, illud uero terra, uel hoc quidem sol, illud uero luna.

Quemadmodum igitur dicimus quod quid est scire, idem est, & propter quid est.

Dubita.

Fortasse profecto uideretur, eandem rem iterum, atq; iterum repetere, cum dixisset pauloante idem esse quid est, & propter quid est. ac rursus, cum nunc idem adiunxisset. At hoc quidē suu peruacaneum non est. sed necessario præsentī sermone illatum. Nam quia dixit, quod in quæstionis mediū est quæstio. ostendere hoc ex euidentiā proposuit. Oportebat autem hoc, & in omnibus quatuor problematibus perspicuum fieri. Contraxit quidem in idem ipsum an sit, & quod sit prius. Contrahit autem nunc & quid, & propter quid. ut cum in altero manifestum sit esse mediū quæstionem, manifestum quoq; in altero fiat.

Com. 32.
Solutio.

Hoc autem, aut simpliciter, & eorum, quæ non insunt omni, aut eorum, quæ insunt.

Simpliciter dicit, ET EORVM QVÆ NON INSUNT. ea, quæ per se subsistunt. ut sapius dictum est. oportet enim subaudire illi EORVM QVÆ NON INSUNT, ipsum in alteris, ut sit totum hoc modo, & eorum, quæ non insunt in alteris. aut quæ insunt in alteris. Est autem id, quod dicitur tale. hoc autem est propter quid est. & quid est, aut aliquid eorum, quæ per se sunt. aut aliquid eorum, quæ in alteris esse habent. propter quid enim est quærimus, aut quid est. aut aliquid horum, aut aliquid illorum.

Com. 33.

Vt quod duo recti sint, aut quod maius, uel minus sit.

Exempla eorum, quæ in alteris spectantur hæc ponit. Nam duo recti sunt in triangulo, & maius, & minus. uel de triangulo, & idem intelligit, quod dicitur. Demonstrabitur igitur, quod duo trianguli latera reliquo maiora sunt, undiq; sumpta, & è cōuerso unum minus duobus. Aut de alio quodam, ut iride, quod non sit maior semicirculo: sed uel minor, uel æqualis. Non dixit autem idem simpliciter esse quid est, & propter quid est. at scire hæc esse idem. eo quod ambæ cognitiones in idem concurrunt. nam hoc modo intelligere oportet. & prius, quod inter se diuersa sunt definitio, & demonstratio, sicuti & deinceps demonstrabitur. Concurrere autem inuicem dicit cognitionem ipsius, quid est, & propter quid. Quoniam definitionem recte assignatam, est sumere medium ut causa rei, non dumtaxat conclusionis, & facere demonstrationem. Atq; hoc in accidentibus quæ in alteris sunt speculari, aut per se aut aliquando, & simpliciter. ut sumpta significant exempla. Duo recti, & maius, & minus, hæc. n. sunt eorum, quæ in alteris sunt.

Com. 34.

Quod igitur omnia, quæ quærentur, mediū quæstio sint manifestū est. Quomodo aut quod quid est demonstratur, & quis modus introductionis sit, & quid sit definitio, & quorum dicamus dubitantes primum de ipsis.

T. c. 3.
T. 2.

Cum de quatuor problematibus sermonem sufficiēter fecerit, alterum theorema aggreditur.

Com. 35.

Eustra, in post. anal.

C



consequenter his, quæ paulo ante dicta fuere: inquirens de definitione. Nam posteaquam secundum scientiam quæstionem omnem de medio dixit. Dixit autem, quod in quibus definitio est, & demonstratio, in huiusmodi idem est quid est, & propter quid: quatenus communicant in his cognitiones, & quæ est per definitionem, & quæ per demonstrationem. Par erat existimare nonnulla in idem fere ipsam definitionem, & demonstrationem. ut sint una, & eadem scientia, definitiua, & demonstratiua. Atq; eadem de causa, ex necessitate post illa statim, & de definitione sermo, ab ipso inferitur: in quo ostendit quidem & hoc idem. quod diuersum est per definitionem aliquid scire, & diuersum per demonstrationem. Et quia non idem scimus, per definitionem, & demonstrationem, sed hac quidem rei substantiam, hac uero alterum in altero esse. & si de eodẽ fuerit definitio, & demonstratio, per hanc quidem ipsum quid est cognoscimus, per hanc uero, quod idem in altero insit. Assignat autem, & quomodo definitio demonstratur, & quonam modo reducatur ad demonstrationem. Amplius uero quid est definitio, & quorum, utrum omnium entium, aut horum quidem, horum autem minime, ut sint ea, quæ de definitione in præsentia traduntur, quatuor omnia capita. paulo autem prius, de priori, quod tanquam dubium proferens principium, inquit, esse proprium uel maxime eorũ, quæ de definitione debent quæri. oportet enim prius ostendere, quod aliud quoddam est definitio à demonstratione, & alterum est, de finitiua à demonstratiua, & quod non idem secundum idem, definitione, & demonstratiõe cognoscimus. itaq; quærere separatim de definitione. Nam ueluti si ambiguum fuit an idem, aut alterum sit anima, & mens, & oportebat rationes nonnullas assignare de mente, ut quid est mēs, aut quis est ipsius proprius actus, & quod perficitur intelligibilium speculatione, & similia. Necessarium erat prius ipsam distinguere à substantia animæ. & ostendere quemadmodum alterũ est natura mens ab anima. sicq; ea, quæ de ipsa dici debet, ut ne aliqua obscuritas his, quæ de ipsa dicuntur consequatur: dum discursus confunditur, & eadem dici putat de anima, quæ sane et de mente dicuntur. & in aliis similiter, quæ differentia natura eadem uidentur aliquibus inesse. idem sanè, & de definitione necessarium est facere suspicionem danti idem esse demonstratione, alterum autem ipsi, qui re uera scit, & de ipsa propriam quandam tradere curat speculationem. Minime uero confestim ostendit, diuersa inter se definitionem, & demonstrationem: sed aliqua quædam, quibus consequetur. esse diuersa hæc inuicem. Nam subiectum ambobus designans prius. dico autem quod cognoscibile est, & ostendens quod diuersum quidem est id, quod per definitionem, diuersumq; quod per demonstrationem cognoscitur: ex hoc præbet intelligere, quod & definitio, & demonstratio ex necessitate inter se diuersa sunt. scientia enim scibilis scientia est ac si quidem eadem esset cum demonstratiua definitiua: esset profecto ex necessitate & cognoscibile ambobus idem. Si autem scibilia differentia sunt, & scientiæ ergo differetes inter se, & diuersæ sunt. Quod uero scibilia diuersa sint: res ipsas tractans ostendit. Nam definitione quidem, cognoscibile quod quid est fit. Omne autem quid est uniuersale, & prædicatiuum est, syllogismi autem non omnes uniuersales sunt: neq; omnes prædicatiui, sed sunt quidem alii priuatiui, alii uero particulares: in secunda enim figura omnes sunt priuatiui, in tertia uero omnes particulares. atqui sunt, & in secunda particulares, & in tertia negatiui. quemadmodum & in prima non uniuersale solum affirmatiuum est: sed etiam reliqua tria cõcluduntur. At secundum utriusq; magis proprium assignauit. postea, ne aliquis dicat, quod & si haud per omnes modos & figuras syllogisticas definire possibile est, tamen est per aliquem, ut per uniuersalem affirmatiuum in prima figura, hæc enim potissima est figura, atq; hic modus uideretur profecto definitioni proprius quam maxime: ostendit, quod & hoc à definitione est alienum. Ratio enim concludens quod omne triangulum duobus rectis æquales habet tres angulos, uniuersalis quidem, & affirmatiua est, nõ tamẽ definitione, demonstrat. sed qd aliud alii inest: Duo recti ipsi triangulo. neq; uero qd est triangulum, neq; quid sit rectum monstrat. quod definitioni proponitur, declarans quod quid est unumquodq;. Amplius quod quidem demonstratione cognoscibile est, ex differentiibus compositum est naturis. alia enim natura est prædicati, & alia subiecti: sed unaquæq; definitio, unius est naturæ significatiua. Quomodo igitur erit possibile, definitionem esse id, quod demonstratione concluditur? At neq; propositionem, uel propositiones definitionem esse conuenit. nihil enim in ipsa aliud de alio predicatur. sed ueluti dictio totum est. quamuis enim multa sint ea, ex quibus componitur: tamen ut unum aliquod ex illis multis est: neq; quod simul utrunq; definitio est. quod ex prioribus, & conclusione est. enunciations enim omnia sunt, & quod ex

quod ex omnibus est, ueluti una quædam enunciatio composita. Quod autem in ratione causæ idem non sit definitione, & demonstratione cognoscibile, ponit. quoniam dictum est in primo libro, quod scire demonstratiue est habere demonstrationem. Quia cum in his, que per demonstrationem cognoscuntur, demonstratio sit manifestum est quidem, quod non esset definitio ea, per quam, tanquam scientiam hæc cognoscimus. Si enim per demonstrationem aliquis sciat id quod demonstrabile est, esset profecto hoc cognoscibile cum demonstrationem non habeat, sed definitione ille, qui cognoscit, sed suppositum fuerat, habendo demonstrationem scientem, demonstrabilia scire, non ergo per definitionem hæc scire est. id autem est profecto aliud quoddam, aut quod, accepto prius hoc, alterum esse cognoscibile definitione ab eo, quod demonstratione cognoscitur, in probationem quod diuersa sint inter se definitio, & demonstratio, causam nunc accepti adiungit, quod diuersa sint inter se definitio, & demonstratio. Ut ipsi ratio procedat prius quidem per resolutionem, ex posteriori ostendentem id, quod prius est: uidelicet ex cognoscibilium diuersitate eam, quæ est cognitionum, quæ etiam coniecturalis syllogismus dicitur. postea uero & per demonstrationem quandam confirmat, quod diuersa sint cognoscibilia definitione & demonstratione. secundum genus accipiens demonstrabilia, & definibilia. Nam demonstratione quidem cognoscibilia accidentia sunt, aut per se, ut duo recti triangulo, aut simpliciter, ut defectio lunæ. nihil autem tale definitione unquam cognouimus. Nisi ergo per seipsum definiemus, ut quid est rectum, quid defectio. minime uero est idem per se aliquid definire, & in altero ostendere esse, non enim si color disgregatiuus uisus, quod quid est esse albo est. iam idcirco perspicuum est, quod & niui sit album. sed ratione præterea opus est, in quibus sensu haud sumus contenti. Amplius autem, inquit, definitio quidem substantiam monstrat. accidentia uero, quæ demonstratione cognoscuntur, non substantiæ sunt eorum, quibus accidunt. siue per se hæc sint, siue simpliciter.

Quomodo autem quod quid est demonstratur. & quis modus introductionis sit; ac quid sit definitio & quorum, dicamus primum dubitantes de ipsis.

Quatuor omnia problemata sunt, quæ de definitionibus docere proponit. quomodo definitiones demonstrantur: quamnam ad demonstrationem, uel simpliciter syllogismum proprietatem habeant: Quid sit definitio, & quamnam sint, que definitione cognoscantur, nunquid omnia entia, uel aliqua quidem, aliqua uero minime. quorum cum præordinasset ea, quæ dubitatiue dicuntur, hæc omnia facit. Dubitatiue autem rationes facit in dicendo alterum esse, definibile à demonstrabili, tanquam non possibile sit, idem de eodem, & definitione scire, & demonstratione.

Principium autem sit futurorum, quod quidem est maxime proprium, proximis rationibus.

Si proxima inuicem æquiuoce assignantur inter se, ut sit proximum proximi proximum, & è contra, ueluti & ea, quæ se consequuntur. Nullum penitus inconueniens est ea proxima dicere de quibus pauloante dicebamus, ad consequentia. Dicebamus autem, quod ea omnia quæ scientificè quærentur, mediū est quæstio, & idem est scire quid est, & propter quid est. Omnium enim quæ quærenda sunt in præsentia de definitione, quod nunc propositum est, præacceptis est quæ maxime propriū. Cū enim idē dixerit scire quid est, & propter quid, arbitraretur profecto aliquam unam dicere scientiam ipsorum, & eam, quæ per definitionem, & demonstrationem. erat igitur proprium proxime dictis rationibus dicere. Si reuera ita se habeant, aut non. sed cum hoc prius quæsitum, ac perspectum sit, quod diuersa inter se sunt definibile, & demonstrabile tanquam perspicuum sit, quod & definitio, & demonstratio: proprie consequitur tradere, & quomodo definitio demonstratur utrum syllogismo, & demonstratione, aut aliquo altero modo. ac quid sit, & quorum sit, nec non si reducatur omnino in syllogismum ut demonstratio sit. Si hoc igitur modo illud PROXIMIS intelligemus, sic etiam præsens dictum accipiemus. quod principium autem sit eorum, quæ deinceps dicenda sunt. id, quod est proprie prædictis illatum. ut sermo consequens, & recte dispositus procedat. Si autem proxima ea, quæ deinceps consequuntur dicamus dupliciter rursus hoc intelligemus: aut. n. simpliciter ad omnia, quæ de definitione dici debent, aut ad hæc, quæ proxime dicenda sunt. Si quidem igitur ad proxima, non omnia, quæ in proposito capite dicuntur, proprium principium dicamus, sed ipsum primum argumentum, cum magis uniuersale sit eorum, quæ in ipsum proprie dicimus præordinari, atq; idcirco propriū principium nominari. Vniuersalius enim est dicere, quod non est eadem definitiua cum ipsa simpli-

Com. 36.

T. c. 9.

Com. 37.



citer syllogistica. propterea quod non est idem in prima figura uniuersaliter, & affirmatiue syllogizare, & definire. & eorum, quæ sequuntur. Si autem simpliciter ad omnia, quæ de definitione dicuntur, principium acceptum sit. esset profecto id, quod dicitur, quod principium futurorū est, quod quidem est maxime proprium rationibus his. ipsum uero est. de eo, quod est, si idē definitione est cognoscere, & syllogismo, aut demonstratione, idem autem est dicere, si idem, & definitione sit, & demonstratio, itaq; si secundum has duas intelligentias illud PROXIMIS capiemus eadem dicemus futura, & proxima. ea enim quæ hinc postmodum dicuntur. hæc licet futura dici. siue omnia aliquis dicat, siue aliqua, quemadmodum dictum est. Diceretur autem horū proprium principium ea, quæ hoc in loco dicuntur, quoniam dicendo: quomodo ipsum quid est demonstratur, & quomodo in syllogismum definitio referatur. & quid sit definitio, & quorum necessarium est præordinare, si idem cognoscatur definitione, & demonstratione uidelicet si idem sit definitio, & demonstratio, his enim conspicuis, quod nō sint eadē. cōsequēter dicetur reliqua.

Dubitarēt enim aliquis, vtrum sit idem, & secundum idem definitione scire, & demonstratio, nē an impossibile.

Com. 38.


Hic oportet interrogationem sistere, atq; ita inferre illud AN IMPOSSIBILE hoc enim nō interrogans dicit: sed enuncians. Tanquam sit probationem illaturus. quod sit impossibile. Dubitaret igitur aliquis inquit, aduersus ea, quæ à nobis recenter dicta fuerunt. Dico autem quod sit idem quid est scire, & propter quid est. Si enim simpliciter esse definitione, & demonstratione, ut profecto aliquis ex dictis arbitraretur, est idem secundum idem definitione scire, & demonstratione. uerum hoc est impossibile, ut ostendetur. Etenim quia inuicem sunt scibile, & scientia. Si unū scibile est, & scientia una illo uero existente diuerso, ac diuerso, & scientiæ inuicē diuersę sunt.

Nam definitio quidem ipsius quid est esse uidetur. quid est autem omne, uniuersale, & prædicatiuum est. Syllogismi uero sunt alii quidem priuatiui, alii autem non uniuersales ut in secunda quidem figura priuatiui omnes sunt: in tertia uero non uniuersales.

Com. 39.

Aliud proponere uidet, atq; aliud ostendere. Nam an idē sit definibile, & demōstrabile uel nō questio erat. Nunc autē, quod alterius definitio definitio sit, & alterius syllogismus, syllogismus sit ostendit. Sed quamuis alterum hoc sit ab illo. tamen fert quidem in idem. Cum enim aliquis syllogismus demonstratio sit. postquam ostensum sit simpliciter, quod diuersum est, uniuersaliter syllogizabile, & definibile, & syllogismus, & definitio, ut nequaquam cōmunicent inter se specie. ostensum erit, quod demonstrabile, & definibile, & demonstratio, & definitio inter se diuersa sunt. ut fiat ratio hoc modo magis scientifica, quatenus magis uniuersalis est. uidetur autem & per se ad syllogismum esse ipsi definitioni differentia, per illum autem, & ad demonstrationem. Quemadmodum igitur, si diuersa propositum esset ostendere inter se circulum, & scalenū, magis proprium nempe esset, ac scientificum diuersa ostendere inter se circulum, & triagulum, atq; illis profecto esset diuersitas scaleni, & circuli simul ostensa. idē sane & hoc in loco factū est syllogismo demōstrato simpliciter, quod diuersus est secundū specie à definitione, & quod demōstratio similiter se habeat, simul ostensum est. Definitio enī inq; ipsius qd est eē uidet: illud VIDETUR hoc in loco nō est secundū ambiguitatē: sed quoniā cōmunis quædā opinio est, & intelligentia de definitione, quod sit ipsa significatiua ipsius quid est. id est proprię essentię definiti. Omne autem quid est uniuersale, & prædicatiuum est. Nam proprię definitiones, prædicatiuæ omnes sunt. Negatiuæ uero, improprię definitiones sunt. Non enim quid est, sed quid nō est declarant. syllogismi autē non oēs huiusmodi sunt. non ergo simpliciter syllogizabile, & definibile idē est. & nuper quidem ita ostensum est, non esse simpliciter. Est autem ostensio hoc modo resolutionē sciens. Omnis definitio ipsius quid est esse uidetur omne quid est uniuersale, & prædicatiuum est. Omnis ergo definitio uniuersalis, & prædicatiua est. iste est primus, primæ figuræ modus. postmodum hanc accipientes in secunda figura syllogizamus. Omnis definitio, uniuersalis, & prædicatiua est. non omnis syllogismus uniuersalis, & prædicatiuus est. non omnis ergo syllogismus definitio est, atq; hic est secundus secundæ figuræ modus. Quod autē non omnis syllogismus uniuersalis, & prædicatiuus sit, ex inductione ostendit. Nam in secunda, inquit, omnes negatiui sunt. in tertia uero omnes particulares: Deinde quoniam non uniuersaliter monstra-
uit, uel

uit, uel quod nullum syllogizabile definibile sit, uel quod nullus syllogismus definitio sit, quod facere proposuerat, addit id, quod reliquum est. Ostensum enim est paulo ante, quod neque ea, quae negatiua sunt, neque particulariter syllogizabilia, definibilia sunt; neque huiusmodi syllogismi, de finitōes; accepta uero fuerāt sola uniuersalia, & affirmatiua. Dicit autē hec à definitiōibus diuersa eē, quatenus syllogizabilia sunt illud uero **SECUNDVM IDEM** dixit nō possibile scire idē definitione, & demonstratione. quoniā secundum aliud, atq; aliud contingit aliquando, ut quid quidem est triāgulum æquilaterum definitione nouimus, quod tria latera æqualia inter se habet; quod autem duorū circularum à centris deductorum se inuicem secantium, & eandem diametrum haberiū, quod ex diametro, & ab utroque circularū iunctura ad centrum lineis ductis, compositum triāgulum æquilaterum sit, per demonstratiōem cognoscimus. diuersum uero est hoc ab illo: Namq; illud quod quidem quid est significat, quod æquilaterum triāgulum est, hoc autem propter quid, quod hoc loco, aut ubicunq; ita scribatur, æquilaterum triāgulum est.



Postea neque eorum, quae sunt in prima figura, prædicatiuorum omnium est definitio, ut quod **T.c.10.**
omne triāgulum duobus rectis æquales habeat.

Quod ea, quae negatiua sunt, & particularia, definitioni non subiaceant, iam dictum est. Nunc **Com. 41.**
autem loquitur & de uniuersalibus, & affirmatiuis; quae in sola prima figura concludi possunt. inquit autem, quod neque eorum omnium est definitio. Nam simplicium quidē erit, ut defectio-
nis, æquilateri, semicirculi quamquā non secundum idem, sicuti & demonstratio. compositorū
uero nequaquam: Duobus enim rectis æquales esse tres angulos triāguli per syllogismū qui-
dem, & demonstratiōem concluditur, nequaquam autem definitur, nullumq; aliud composito-
rum, ¶ Quomodo igitur prius dixit, quod idem est scire quid est, & propter quid est, Si quidem **Dubita.**
nonnulla reperiuntur; quae quidem propter quid sint, licet scire, Quid autem sint minime, pro-
pterea, quod non liceat in ipsis assignare quid est; quemadmodum in eo, quod dictum est, se ha-
bet, & in plerisque aliis, ueluti est, si duo triāguli duo latera æqualia habeant, utriq; utriq; habe-
ant autem, & angulum angulo æqualem, ab æqualibus lateribus contentū, & basim basi æqua-
lem habebunt, & triāgulum triāgulo æquale erit, ac reliqui anguli reliquis angulis æquales
erunt. ¶ An neque ab initio hoc dictum est, quod in his omnibus, quae in altero sunt idem scit sci-
re quid est, & propter quid est; sed cum ipsius quid est scientia, concurrere & eam, quae est ipsius
propter quid est, non tamen simpliciter & cum hac ipsius propter quid est, eam, quae est ipsius
quid est. Sunt enim prædicata, & simplicia, & composita, quae per demonstratiōem cōcluduntur
in simplicibus igitur coeunt ambo inter se definitio, & demonstratio. in compositis autē demon-
stratio quidem erit, definitio uero minime.

Huius autem ratio est, quoniam scire demonstratiue, est demonstratiōem habere. Quare is-
in talibus est demonstratio, manifestum est, quod non erit utiq; ipsorum definitio. sciet enim ali-
quis, & secundum definitionem non habens demonstratiōem.

Prius quidem ex cognoscibilium differentia, secundum speciem ab inuicem diuisit cognitio-
nes, definitiuam scilicet, & demonstratiuam, ex particularioribus rationes confirmans. Nunc au-
tem uniuersaliter rationem differentiae cognoscibilium assignat, cognitiones ipsas tractans. posi-
tum enim fuit in primo libro, id esse scire demonstratiue, quod est habere demonstratiōem. Si
igitur demonstratiue demonstrabilia scimus: demonstratiōem habentes ipsa scimus. Si autem
hæc, & per definitionem scimus, continget: hæc scire demonstratiōem non habentes, sed defini-
tionem. Quod contrarium est eorum, quae ex principio posita fuerunt. non ergo per definitio-
nem demonstrabilia, quatenus demonstrabilia sunt, sed per demonstratiōem solam cognoscun-
tur. Vide autem, quod à posterioribus quidem, & causatis in priorum, & causarum ascendentes
cognitionem à pluribus in unum proficiscimur, particulariter causae cognitionem concinnantes
ex causatis. Quando autem à primis, & causis progressus fiat è conuerso ab uno cognoscuntur



multa. atq; hoc non solum in logicis, & discursiuis, ut scientia, & scibili, nec non generibus, & speciebus: sed etiam in his, quæ physice, & Theologice considerantur, est inuenire. Nam quæadmodum hoc in loco ex conclusionibus secundum speciem, quæ syllogismo, & demonstratione concluduntur, potentiam syllogistice, & demonstratiuæ scientiæ, dignouimus: Rursus quoq; ex definitis secundum speciem, qualis definitiua est methodus. nec secus ex proprietate naturalium secundum speciem, quatenus naturalia sunt, cognitionem & simpliciter ipsius naturæ aquirimus quoniam & quodnam principium ipsi proprie ministret, accipientes, & quænam ipsa sit, & præterea ex rationibus secundum speciem institutis, in primam, & solam causam eorum, quæ fiunt & sunt, referimur. unum omnium apprehendentes moderatorem in quo omne ultimum perfectum stat: & quo sublimius procedere non licet. & contra à causis in causata, & sicuti ab una scientia communi syllogistica, & demonstratiua, omnes particulariter, & specialiter conclusiones procedunt: & ab uno genere, ea, quæ ex ipso sunt. sic & ab una, & communi natura, omnia particulariter, & specialiter, quæ ex ipsa sunt. atq; ab una, & eadem prima causa, omnia secundum partem, & speciem, quæ posteriora sunt. & cõmunis similitudo est in rōnabilibus, naturalibus ac diuinis: propterea, quod alia aliis reperiunt magis causæ, & uniuersaliora, à posterioribus in priora ascendētib; nobis. atq; alia aliis magis causata, & particulariora, à prioribus descendētib; in posteriora. Sed de causis quæ, & cãtis, & de toto, & parte, & quomodo proprie in rōnabilibus, & naturalibus, nec nõ diuinis hæc accipiant alias dictũ est diffusius, & accuratius. nũc aut̃ ad proposita deueniendũ est.

Nihil enim prohibet non simul habere.

Com. 41. Quasi aliquo dicente ad ipsum. Quamobrem, & quænam est necessitas incõuenientiæ, quare demonstrabile sciatur sine demonstratione? Si enim est definibile, & demonstrabile, sciret profecto aliquis habens ipsius, & definitionem, & demonstrationem. Respondet ei, qui ita dicat, quod nihil prohibet non habere simul ipsius & definitionem, & demonstrationem. Contingit enim aliquem definitionem habentem solum, scire hoc per ipsam solam, sine demonstratiue.

Dubita. Quare licet scire aliquid demonstratiue, & habentem definitionem quod non suppositum fuerat. ¶ Dubitaret autem aliquis contra hæc quod alterum sit demonstratiue scire, & alterum definitiue: Nam hoc quidem est per demonstrationem scire. hoc uero per definitionem. Qui igitur demonstrationem habet, demonstratiue scit, qui autem definitionem, definitiue, & contra, qui definitiue sit, definitionem habet, qui autem demonstratiue demonstrationem. si igitur idem supponamus scibile esse definitionem, & demonstrationem, qui definitionem habeat, definitiue, non demonstratiue sciet. nullumq; erit inconueniens hoc modo. nisi & maius dicat aliquis inconueniens, habentem definitionem non demonstrationem, demonstratiue dicere scire, cum diuersa sint definitio, & demonstratio. non enim rationale est, ideo & demonstrabile, id quod definibile est, demonstratiue dicere scire, per solam definitionem scientem ipsum. ¶ An non contingit, quod demonstrabile aliter, quam demonstratiue sciatur. eo quod neq; idem definibile simpliciter sit, & demonstrabile.

Solutio. Nam tam & si aliquando subiecto eadem sint, tamen ratione differunt, opinione quidem cũ sit definibile, actu autem demonstrabile. ipsius enim quod, & propter quid demonstratio est, definitio autem ipsius quid est. atq; illa quidem sunt eorum, quæ in alteris spectantur. quid est uero eorum, quæ per se. Quando igitur aliquid idem accipiat, quod definitioni supponi & demonstrationi possit, eorum quæ in altero subsistunt existens. hoc ratione quidem à subiecto separatim definietur. quatenus uero in altero existit, demonstrabitur. Qui igitur demonstrabile nouit, quatenus in altero existit, demonstratiue ipsum nouit. id autem est quemadmodum demonstratio, ipsius cognitionem demonstrat. igitur si etiam definitio hoc modo ipsum assignat, demonstratiue ipsius cognitionem præbet. Quare erit cognoscere per definitionem demonstratiue, id quod demonstratiuum est sine demonstratione. Verum non ita suppositum fuit. dicere igitur demonstratiue scire, hoc est, sicut per demonstrationem cognitio fit. id autem est secundum ipsum in altero esse. hoc uero non accidit absq; demonstratione. Definitio non hoc modo, sed quatenus per se ipsum est, assignat ratione diuidens à subiecto id, quod in altero est. Cum igitur definitiua quidẽ, quatenus per se ipsum est, accipiat id quod in altero est. Demonstratiua, aut quatenus in altero est. illo quidem modo idem cognoscere, definitiue est cognoscere. hoc autem demonstratiue. Tanquam sit idem dicere quodammodo, & demonstratiue scire, & demonstrabile scire: & definibile, & definitiue similiter.

T. C. II. Sufficit autem fides ex inductione. nihil enim aliquando definiētes cognoscimus, neq; eorum quæ per

quæ per se existunt, neq; accidentium.

Ex his quoq; quæ particulariter demonstratur propositum ostendit: quæ enim demonstrantur, ea sunt, quæ in alteris existunt, aut per se, aut simpliciter ueluti accidentia. sicut triangulo duo recti. & lunæ defectio. percurrere igitur inquit unumquodq; & nullum inuenies ipsorum, quod definitiõe cognoscatur. Atqui est cognoscere, aliquid eorum, que per demonstrationem cognoscuntur, ex definitione. ut æquilaterum triangulum. sed non secundum idem. sicut dictum est. Nam quid quidem sit æquilaterum triangulum est cognoscere per definitionem, Quod uero hoc, quod ita descriptum est, ut in demonstrationibus describitur, æquilaterum triangulum sit, non amplius. per seipsum enim definitur. ut in altero autem, demonstratur. & definitio quidem est ipsius quid est: demonstratio autem quod hoc huic insit demonstrat. sufficientem autem fidem & eam, quæ ex inductione est nominauit, tanquam & aliis quidem sufficientibus existentibus ex ratione. sufficiente autem & ipsa, quatenus ex euidencia demonstrat uerum.

Com. 42.

Amplius, si definitio substantiæ alicuius cognitio est, Talia autem manifestum est, quod non sunt substantiæ.

T.C. 12.

Et ex hoc, inquit. quispiam profecto dignosceret diuersa esse inter se ea, quæ definitioni, & demonstrationi subiciuntur. Nam definitio quidem substantiam declarat, quemadmodum in sermone de ipsa explicatum fuit. Ratio enim est significatiua naturæ rei subiecte. Natura autem uniuscuiusq; substantia ipsius est. nulla uero substantia est, quæ per demonstrationem concludatur. sed aut quod aliud alio insit, aut per se, aut per accidens. Atqui & accidentium sunt definitiones. ut album definimus. Colorem dicentes esse disgregatiuum uisus. & complura alia. at non quod alicui insit, definitio assignat. sed ipsius formam demonstrat; quæ ipsius substantia est. Nō simpliciter autem SUBSTANTIE sed alicuius substantiæ dixit cognitionem esse definitionem. quatenus non solum species, & genera primæ substantiæ definitioni subiciuntur, sed etiam accidentia, ut omnino quidem definitio substantiam aliquam declarat, uidelicet formam aliquam, secundum quam unumquodq; est. hoc autem est aut in substantiis, aut in accidentibus. Est uero ratio talis definitio, substantiæ alicuius cognitio. Nihil enim eorum quæ sub demonstratione cognoscuntur, definitione cognoscitur. Videretur autem deficiens non illata conclusione.

Com. 43.

Quod quidem igitur non sit definitio omnis, cuius est demonstratio manifestum est. cur autem cuius est definitio, nunquid omnis, sit demonstratio: an non.

T.C. 13.

Cum ostendisset non esse omne demonstrabile definibile. neq; posse omne definiri, quomodo & per demonstrationem concluditur. Ostendit iam & huius contrarium. neq; esse omne quod definibile est, hoc & demonstrabile, neq; demonstratione concludi omne, quod per definitionem cognoscitur. interrogans igitur an sit: Respondet non esse. Postmodum ostensione huius argumentatur. dico autem non esse omnis demonstrationem, cuius, & definitio est.

Com. 44

Vna tamen ratio, et de hoc eadem est. Vnius enim quatenus unum, una scientia est. Quare si quidem scire, demonstrabile, est demonstrationem habere, accidet quoddam impossibile.

Differentium, inquit, rationum, atq; hoc ostendentium, una est harum, quæ & in priori pro- blemate accepta fuit, idem etiam huic ostendens supposito sequens absurdum. Deinde infert, VNIVS enim quatenus unum, una est scientia uidelicet si quid sit unum, & idem scibile, quod & secundum opinionem, & secundum actum accipiatur, quatenus unum est. id est secundum unum modum cognitionis ipsius, unam habebit etiã scientiã. & non contingit secundum idem, duabus scientiis esse scibile. posito hoc, infert etiam alterum, quod ex principio supposuerat, id autem est: idem esse scire demonstrabile, cum eo, quod est habere demonstrationem. his igitur statibus, inquit, ACCIDET QUODDAM IMPOSSIBILE siquidem supponamus omne esse scibile, & demonstrabile. quoddam autem accidens est, quod & in priori accidit.

Com. 45.

Definitionem enim habens, sine demonstratione sciet.

Cum enim demonstrabile sit id, quod definibile est, sicut suppositum fuit, qui ipsius defini-

Com. 46.



tionem habeat, sciet demonstrabile sine demonstratione. uerum hoc est impossibile. Suppositum enim fuerat hoc esse scire demonstrabile quod est habere demonstrationem. sed & habebit simul & non habebit demonstrationem. Nam quatenus quidem scit demonstrabile, is, qui per definitionem cognouit, habebit demonstrationem. hoc enim erat scire ipsam, habere demonstrationem, quatenus autem per solam definitionem scit ipsum, sine demonstratione, non habebit. Quare simul habebit, & non habebit demonstrationem quod est impossibile. non ergo omnis cuius definitio, huius & demonstratio est. fortassis autem illud VNIVS ENIM QVATENVS VNVM, VNA SCIENTIA EST non ut sumptum præordinatum fuit. sed ut probatio huius, quod scire demonstrabile sit habere demonstrationem Cum enim potissimum scientias has duas ponat, definitiuam scilicet, & demonstratiuam, ut Theophrastus testatur, & Alexander. inquit, quod non contingit unius, quatenus unum definitionem esse, & demonstrationem. Quocirca neq; definibile quatenus unum, sine definitione cognoscibile est. neq; demonstrabile sine demonstratione. hoc autem sic se habente, nec omnis, cuius demonstratio, huius & definitio est. neq; omnis, cuius est definitio, est & demonstratio; sed si est, quandoq; per definitionem solam, quod demonstrabile est sciens absq; demonstratione ipsum demonstrabile sciet quandoq; per demonstrationem solam quod definibile est, absq; definitione, definibile sciet. idcirco sic quoq; intulit. QVARE SI QUIDEM SCIRE DEMONSTRABILE, & reliqua. Tâquâ consequens sit ipsi esse unâ scientiam unius quatenus unum, ipsum idem esse scire demonstrabile, & habere demonstrationem. Si autem, & ut sumptum quispiam ambo hæc accipiet præordinata. aduersus ambo inconueniens sequetur. Si quidem enim omnis, cuius demonstratio, huius & definitio est. nec una scientia erit unius quatenus unum sed duæ diuersæ inter se, & non subalternatim ordinatæ definitio, & demonstratio. neq; idem erit scire demonstrabile, & habere demonstrationem: sciet enim demonstrabile habens definitionem, per solam definitionem non habens demonstrationem. itaq; prius quidem congruum erat dicere, quando non omnis dicebat cuius est demonstratio, huius & definitionem esse. nunc autem ex contrario oportebat: quoniam & contrarium propositum est. Quia si omnis cuius definitio, huius & demonstratio est, accidet definibile sciri absq; definitione per solam demonstrationem. Sed quoniam non hoc modo, sed illo suppositum fuerat, nâ scire quidem demonstrabile habere demonstrationem esse supponebatur. Scire autem definibile, habere definitionem esse, nusquam suppositum fuit. huius gratia quod suppositum fuit, acceptum est. forsitan autem positum est in hoc loco illud VNIVS, QVATENVS VNVM VNAM SCIENTIAM ESSE tanquam utrisq; conueniens æqualiter problematibus. Si enim hoc est, neq; demonstrabilis quatenus demonstrabile est, definitio, neq; definibilis quatenus definibile, demonstratio.

Theophrastus
Alexander.

T.c.14. *Amplius principia demonstrationum, definitiones sunt, quorum, quod non sint demonstrationes ostensum est prius.*

Com. 49. *Quod principia scientiarum, & demonstrationum indemonstrabilia sint in primo libro ostensum est, cum igitur definitiones principia sint, perspicuum est, quod & indemonstrabiles sunt, ostendit autem id, & hoc in loco.*

Aut enim erant asserens, principia demonstrabilia, et principiorum principia, et hoc in infinitum abibit; aut prima definitiones erunt indemonstrabiles.

Com. 50. *Potentia hoc dicens, quod aut non erit scientia, aut definitionum non erit demonstratio. sed quod non sit scientia impossibile est, definitionum ergo non erit demonstratio. Si enim definitiones principia sunt, est autem horum demonstratio, est ergo principiorum demonstratio. Sed omnis demonstratio ex principiis est, erunt igitur principiorum principia, & illorum rursus, & hoc in infinitum. Omne autem infinitum impercurabile est, & incomprehensibile; at tale, & imperceptibile est. Quare non erit scientia. Omnis enim scientia percursio est scibilis, & comprehensio. Si igitur definitiones demonstrabiles sunt, non erit scientia. Sed hoc est impossibile, indemonstrabiles ergo definitiones sunt. Quasi uero ab alio principio legendum est illud AVT ERVNT PRINCIPIA, & reliqua. secundum diuisionem ratione procedente. illud autem AVT PRIMA DEFINITIONES ERVNT INDEMONSTRABILES sic oportet intelligere, aut prima, idem au*

tem est dicere definitiones, erunt indemonstrabiles. ¶ Videtur autem profecto non ad id, quod Dubita.
 quæritur fieri argumentum. Nam erat quidē, quod definibile non est demonstrabile. hæc autem Solutio.
 de definitione dicta sunt. ¶ Sed quoniam definitio, & definibile inuicem conuertuntur. Si defini-
 bile quatenus definibile, demonstrabile est, manifestum est, quod & definitio. præterea definitio,
 ne quod quid est significatur. sicut demonstratione, quod hoc huic insit concluditur. quod quid
 est autem idem est cum definitione. Quare quod quid est dicens esse demonstrabile, definitionē
 dicit esse demonstrabilem. non enim quemadmodum in demonstratione alterum quid à positis
 ex necessitate contingit ex positis; sic & definitio alterum quid ex altero, aut alteris procedens de-
 monstrat. sed ipsa forma est, & quod quid est, quod significatur. quod non alterum quid à defi-
 nitione est. Definitio enim uniuscuiusq; est, quæ secundum substantiam ratio, & forma est. Verū
 & ex potentiis, quæ sunt circa hæc differentia ostenditur. Nam intellectu quidē definitiones co-
 gnoscimus simpliciter, & immediate, res capessentes. Discursu autem accidentia per se, mediis de-
 finitionibus utentes. Quoniam & simpliciter. intellectus quidem, ipsius entis, quatenus ens est,
 cognoscitius est. Anima autem secundum seipsam, & discursus, repræsentationum entis. Termi-
 ni uero, non solum definitiones sunt, sed etiam communes mentis conceptiones uidelicet digni-
 tates, & si quid alterū est immediatū, tanquā scientias definiētes, & usq; ad seipsas sistūt ascēsum.

Sed utrum si non omnis eiusdem sed alicuius eiusdem.

T.C. 15.

Vniuersaliter quidē iam, quod non omnis, cuius definitio, & demonstratio sit, & è cōtra dictū
 est. sed nunquid contingat quandoq; alicuius esse eiusdem, secundum idem definitionem, & de-
 monstrationem. Est autem & hoc impossibile, ut ostēdetur. Nam omnis quidem definitio quod
 quid est esse declarat, quod est substantia rei. nulla autem demonstratio quod quid est ostendit
 sed hoc cōfessum accipiunt omnes, & principium proprium ponunt. Quid enim sit unitas, &
 quid impar arithmetica supponit, & Geometria quid punctum, & quid linea, & reliquæ mathe-
 maticæ similiter. Amplius definitio quidem id, quod simplex est, demonstratio autem quod cō-
 positum, & dupliciter habet, ostendit. Nam omnis quidem demonstratio alterum quid de al-
 tero probat, & prædicatum de subiecto ostendit inherens, aut non inherens. nullatenus autē de-
 finitio alterum quid prædicatum de altero aliquo subiecto demonstrat. in hac enim animal gres-
 sibile bipes hominis definitionē, nec animal prædicatur de bipede, neq; bipes de animali; Similiter
 & in hac, figura plana ab una linea contenta, &c. definitione existente circuli, neq; figura de plano
 prædicatur, neq; planum de figura, neq; enim figura planū est, neq; planum figura. præterea ex
 horum, quæ quærentur, & quæ in scientia fiunt differentia. Nam definitio quidem quod quid
 est quærit, & inuenit, atq; quod ab ipsa significatur est quod quid est. Demonstratione autē quæ-
 situm quod est, aut non est uidelicet quod insit hoc huic, aut non insit. diuersa autem sunt gene-
 re quod quid est, & quod est, sicut in quæditorum inquisitione proditum est. Si igitur diuersa
 hæc sunt, & scientiæ, quæ ad ipsa referuntur diuersæ sunt. nec contingit unam, & eandē in quod
 quid est referri, & quod est, neq; definitionem, neq; demonstrationem. Quoniam & uniuersali-
 ter alterius altera scientia est. Atqui contingit aliquando unum & idem à differentibus scientiis
 ostendi: sed tunc hæc quidem pars, illa uero totum est. sicuti tres angulos duobus rectis æqua-
 les habere, & ipsius trianguli scientia, nec non scaleni demonstratur. At pars trianguli scalenum
 est, & scientiæ similiter. Verum non ita se habent inuicem definitio, & demonstratio: neq; enim
 pars, neq; totum alterius alterum est. eodem modo neq; ipsum quod est, & quid est. nequaquā
 ergo neq; uniuersaliter neq; in parte idem, & consimiliter est, quod definitione, & demonstratio-
 ne declaratur. neq; idem penitus est definibile, & demonstrabile. Ex his autem conspicuum est,
 quod neq; idem definitio, & demonstratio est. Cæterum neq; ut totum, & pars inuicem sunt. Si-
 militer enim profecto se haberent & ea, quæ ipsis subiecta sunt.

Com. 51.

*Sed utrum si non omnis eiusdem. Sed alicuius eiusdem, sit definitio, & demonstratio: an impos-
 sibile, non enim demonstratio est, cuius definitio. Nam definitio quidē est ipsius quid est, & substan-
 tiæ. demonstrationes autem omnes, videntur supponere, & accipere quod quid est. ut mathemati-
 cæ quid unitas, quid impar, & alia similiter.*

Cum uniuersales adduxisset enunciationes, in utrisq; quæsitis, & in eo, si omne, quod de

Com. 52.



monstratione cognoscibile est, hoc & definitione sit, & in eo, quod contra se habet; atque ipsas ut uniuersales destruxisset. Transit in particulare, & quaerit si contingit definitione cognoscibile aliquid esse, quod idem & demonstratione scibile sit. ut cum & in parte destruat, perspicuum sit, quod nec penitus quicquam idem definitione, & demonstratione scire possibile sit. Atqui ex dictis ostensum est, quod uniuersaliter impossibile est in eisdem concurrere utraqueque scientias, ut idem secundum idem ex utrisque cognoscatur. Ex superabundantia autem, sicuti in alio, praeter uniuersale problema, haec etiam dicuntur. inquit igitur, quod impossibile hoc quoque est. ut sit de aliquo eodem definitio, & demonstratio. Atque hoc planum sit, cum in quaestionem proponatur definitio, quae est quod quid est, & substantia. Nam definitio quidem id quaerit, & ostendit. dico autem quod quid est, & substantiam. demonstrationes uero minime. sed quando ipso utuntur, non ut quaesitum, ipsum proponunt, sed supponunt, & accipiunt, tanquam confessum. procedit autem hoc modo argumentum. Omnis definitio est ipsius quid est, & substantiae: Nulla demonstratio ipsius quid est, & substantiae est, nulla ergo demonstratio est, cuius definitio. Est autem hic secundus secundae figurae modus. Confirmat uero negatiuam propositionem ex inductione. Cum enim dixerit, quod uidentur omnes demonstrationes supponere, & accipere quod quid est, in singularia misit discursum. Haec enim sunt conspicua, quae & in medium adducit dicens, *VT MATHEMATICAE*, in his enim sunt proprie demonstrationes, Quatenus accidentia per se quaeruntur magnitudinibus & numeris. Nam quid unitas, & quid impar, Arithmetica non demonstrat, sed supponit, & accipit, sicut Geometria quid punctum, & quid linea & quid superficies. & alia similiter. Potentia autem hoc ostensum est, in quibus antea dicebat, quod definitiones principia sunt, & principia indemonstrabilia sunt. Sin autem, in infinitum abibit, principiorum principia semper quaerentibus nobis.

T.c.16. *Amplius omnis demonstratio aliquid de aliquo demonstrat, aut quod est, ut quod non est, in definitione autem nihil alterum de altero praedicatur. ut neque animal de bipede, neque bipes de animali neque de plano figura. non enim planum figura est; neque figura planum.*

Com. 53. Cum ex quaesito secundum definitionem prius argumentum fecisset. diuersum quod per definitionem scibile est ab eo, quod per demonstrationem esse ostendit. Nunc autem contra ponit, cum enim id, quod demonstratione quaeritur, in medium adduxerit: alienum a cognitione secundum definitionem, quod demonstratione scibile est demonstrat. Ut sit superius quidem argumentum secundae conueniens quaestioni. in qua quaerebatur, Si omnis cuius definitio, huius & demonstratio omnino sit, quod uero nunc dicitur priori, in qua quaerebatur, Si omnis cuius demonstratio, huius & definitio sit. Est autem syllogismus talis. Omnis demonstratio aliquid de aliquo demonstrat. Nulla definitio aliquid de aliquo demonstrat, nulla ergo definitio est, cuius demonstratio. Atque hic per eandem figuram, & modum est. Reliqua uero textus perspicua sunt ex predictis de ipsis.

T.C.17.
T.c.18. *Amplius alterum est, quod quid est, et quod est monstrare. Nam definitio quidem quid est declarat. Demonstratio autem, quod est hoc de hoc, aut non est. Alterius uero altera demonstratio est, nisi sit tanquam pars quaedam totius. id autem dico, quoniam ostensum est quod isosceles duobus rectis aequalis est si totum triangulum ostensum est, pars enim est hoc, illud uero totum. haec autem inuicem non ita se habent, quod est, et quid est. non enim alterius alterum pars est.*

Com. 54. In duobus quidem superioribus argumentis. separatim utrumque posuit, & quod definitione & demonstratione ostenditur, atque ex ipsorum diuersitate, diuersas circa ipsas scientias esse ostendit, eo quod utraque circa aliquod proprium sit. & quod non haec quidem circa id uerferetur, circa quod altera, aut ex contrario. Nunc autem inuicem utrumque simul ponit. & cum diuersa esse acceperit ex euidencia ipsa, utraque proposita. diuersas quoque inter se scientias circa ipsa ex hoc ostendit. Atqui uidetur id non esse quod propositum est ex initio. ut demonstrationes, & scientie inter se appareant diuersae; sed ut non idem, & unum utrumque scibile. Verum primum quidem ut excellentiam ostenderet diuersitatis ipsarum inuicem, quod tantum diuersae sint, ut ipsorum diuersitas causa sit, & scientiis, quae sunt circa ipsa, hoc modo fecit. Deinde si scientiae inter se diuersae esse ostenduntur. Sequitur ex necessitate diuersa inter se esse & scibilia. scientiae enim scibilia scientiae

sunt, & quemadmodum non contingit sensus diuerfos secundum speciem, unum & idem habere proprium sensibile, sic neque scientias scibile, præterea uero & hoc dicebamus esse, quod potissimum dicere propositum est. ne uideretur unum, & idem esse definitio, & demonstratio & scientia definitiua, & demonstratiua. uisum enim esset hoc profecto audientibus hunc dicentem in quibus de quæsitis docuit. idem esse quod quid est, & propter quid est. Quapropter sermonem perficiens, hæc simul conclusit data opera, ut diuersa sit demonstratio ab ipso quid est. cum ea sit ipsius quod est. Adiunxit & quartum, ut ostenderet quod conuertuntur hæc inuicem, & per inuicem ostenduntur. Atque si diuersa hæc sunt, & scientiæ ipsorum diuersæ sunt. & si diuersæ sunt scientiæ, diuersa quoque ipsa sunt. inquit igitur quod alterum est ostendere quid est, & alterum quod est. definitio quidem quid est ostendit. demonstratio autem quod est hoc, de hoc aut non est. Et concludit quod definitio ergo, & demonstratio diuersa inter se ostendunt. quod prætermisit tantquam conspicuum. Demonstrauit autem duplicem esse diuersitatem eius, quod per demonstrationem ostenditur, ad id quod per definitionem. Siquidem hæc quidem simplex ostendit, & affirmatiuum semper; hæc autem compositum, & non semper affirmatiuum, sed etiam negatiuum de aliquo. hæc enim significant ex illo QVOD EST HOC, DE HOC AUT NON EST. ALTERIVS AVTEM ALTERA DEMONSTRATIO EST, NISI SIT TANQVAM PARS QVÆDAM TOTIVS. Diceret autem profecto aliquis ostendi quidem & propositum, quod diuersa sunt inter se, ea, quæ per definitionem ostenduntur, & per demonstrationem, & si uideatur prætermisisse conclusionem: uidetur autem emergere tanquam corrolarium, & hoc alias inuicem esse scientias, quod nihilominus, immo etiam magis ipsi propositum erat. Communi autem nomine demonstrationis usus est, & in definitione, & demonstratione. illud uero NISI SIT TANQVAM PARS QVÆDAM TOTIVS ipse per sequentia manifestat. isosceles enim species est trianguli, & genus triangulum est isoscelis. Totum autem quoddam est genus, & pars species, quatenus ad genus, nam quamuis non omne, si quoddam totum hoc, & genus est. tamé uerum est, genus esse quodammodo totum. Quare per se quidem demonstratio alia alius est. Si quid autem esset ut totum, & pars, accideret profecto in his eandem esse demonstrationem, quatenus toti demonstratio, & partem continet. hoc igitur uelut instantia prolatum est ad illud ALTERIVS AVTEM ALTERA DEMONSTRATIO EST. dico autem isoscelis, & trianguli deductio, quæ soluitur per hoc propterea quod accidat totum esse, & pars in quibus ipsa demonstratio fit per se quidem existens toti, per illud uero partis. hæc autem inquit inuicem non ita se habent quod est, & quod est. non enim est alterum alterius pars, sed diuersa sunt, & non subalternatim ordinata.

Manifestum ergo est, quod neque cuius est definitio, huius omnis est demonstratio. neque cuius omnis est demonstratio, huius omnis est definitio. Quare penitus nullius eiusdem contingit habere utraq; T.C.19.

Quonia separatim non omnis, cuius sit definitio, huius & demonstrationem esse monstrauit, & è conuerso. Diuisimque rursus, quod nullius. idcirco, & de eis rationes perficiens, atque in his statum ferens, has duas conclusiones dixit. & quod non omnis, & quod simpliciter nullius est. illud autem QVARE PENITVS NULLIVS EIVSDEM CONTINGIT HABERE VTRAQUE hoc significat. quod impossibile est habere alicuius unius eiusdem definitionem, & demonstrationem. Com.55.

Quare perspicuum est, quod neque definitio, et demonstratio. neque idem profecto sint. neque alterum in altero. Etenim subiecta similiter se haberent.

Duæ quidem dictæ conclusiones, ut pars, & totum inuicem fuerunt. Enunciatio enim in parte, pars est uniuersalis, sub quam ordinata est. Tanquam pars entis alicuius simpliciter. Nunc uero hæc cum tertia sit in illis diuersa omnino est ab illis, ex dictis demonstrans etiam idem. quod neque idem sit definitio, & demonstratio, neque ita se habeant inuicem, quod hæc quidem sit pars, illa uero totum: id enim significat illud NEQUE ALTERVM IN ALTERO EST. sicuti enim se habent scibilia inuicem, ita & scientiæ. Com.56.

Hæc quidem igitur hucusque dubitata sint.
Cum sermonem incepisset de eo, quod est, si idem definitione & demonstratione sit cognoscere, & si idem definitio, & demonstratio sit, ac nunc perficiens, quod cum dubitatiue prædicta dixerit, sermonem sistit. Quoniam nondum de his, quæ proposita fuerunt demonstratiue locutus Com.57.



est. sed argumentatiue, & dubitatiue, idem autem est dicere logice, & dialectice: Dubitare enim dialectici magis proprium est. si quidem rationum oppositarum pugna dubitatio est. id autem dialectici est. eo quod in utraq; aptus sit arguere. Quamobrem dialectice dicere, dubitatiue est dicere, & hoc cum illo conuertitur. Atq; hoc non dicimus quod in omnibus dialecticus arguere in utraq; possit. sed quod proprium ipsius hoc est. Et in quibus quidem contingit hoc facit. in quibus autem non minime. in scientificis enim, & necessariis locum quidem habet dialectice argumentari. Ex apparentibus quibusdam eadem concludentibus cum his, quæ demonstratiue concluduntur. illis autem opposita, nequaquam. Verumtamen & in his logicæ argumentationes, dicerentur profecto, & logicæ, & dubitatiuæ, ceu secundum modum dialectici ex apparentibus respondentem procedentes. Complures autem rationes, quæ de quibusdam logice dicuntur, demonstratiuis proximæ sunt. quibus nihil ex oppositis est ualidius, sed neq; æquale secundum potentiam, Quales rationes multæ, & præclaræ de immortalitate rationalis animæ dictæ sunt.

T. 3.
I. C. 20.
Com. 58.

Ipsius autē quid est, utrū syllogismus sit et demonstratio an nō est, sicut nunc ratio supposit.

Quatuor hæc de definitione quære proposuerat. quomodo quod quid est demonstratur. Quis modus ipsius introductionis sit ad syllogismum & demonstrationem. Quid sit definitio, & quorum. Cum autem de his paulum sermonem reliquerit expectandum necessario descendit in alteram quæstionem. in qua quærebatur si idem, & secundum idem scire contingat per definitionem, & demonstrationem, ut ex hoc appareat, si idem definitio, & demonstratio sit: unius. n. quatenus unum, eadem scientia est. sed quomodo hoc necessarium est ipsis de definitione quæstionibus? Quoniam multa de demonstratione dicta fuere (debeant autem & de definitione ne alia dici) necessarium erat scire si ea quæ dicuntur de uno, & eodem sicut erat coniectandum ex ratione, quam ipse dixit præsumens. quod idem sit scire, quod quid est, & propter quid est. aut de altero sint. Quemadmodum si de animali dicerentur aliqua prius postea uero de planta altera, iudicarentur autem ambo uiuere. Atq; hinc suspicio suborta est. nunquid unum sint ambo. eo quod & ambobus conueniant propria, quæ de utroq; dicuntur. Necessarium profecto erat horum ostendere differentiam, & quod inuicem ambo ipsæ naturæ diuisæ sunt. ut compertum esset, quod & propriæ utriusq; rationes, illi soli conueniunt, cuius sunt propriæ, quamuis quasdam æquales habeant, communes, & utrisq; congruentes. igit posteaquâ sufficienter de prædictis dubitauit. de his quæ proposita fuerunt quære incipit. ac primum si est ipsius quid est syllogismus, & demonstratio. quod & in connumeratione eorum, quæ debent de definitione quæri præordinatum est. Quærit autem si est ipsius definitionis syllogismus, & demonstratio, hoc idem concludens. Quoniam talis ratio huiusmodi rei est definitio. Et ostendit hoc impossibile. Non parum autem quæstioni de hoc conducibile esse uidetur ea, quæ de præacceptis dicta sunt. quæadmodū sane & ipse simul ostēdit dicēdo, qm̄, SICUT NUNC RATIO SUPPOSIT non paruas enim habet significationes ea, quæ dicta fuere ad id quod non fit definitionē, per demonstrationem concludere. Nam si principia demonstrationū definitiones sunt, quomodo profecto demonstrationes sua principia demonstrabunt? atq; si principia demonstrationum definitiones sunt, quomodo & posteriores ipsis erunt? Conclusio enim demonstratione concludente ipsam, posterior est. At neq; simul ambo sunt. Et si quis hoc poneret, ut scibile, & scientiæ, principia enim his, quæ sunt sub ipsa priora sunt. Atq; si principia definitiones existētia demonstrarēt, in infinitū esset ascensus. & hac de causa mathematicæ scientiæ non essent. Reliquum perspicias, quoniā & iccirco necessarium erat illa antea dubitata fuisse. prius igitur duo ponit sumpta, unum quidem syllogismo, alterum autem definitioni sequens, inquit enim quod syllogismus aliquid de aliquo demonstrat per medium, omnino autem & demonstratio, nam demonstratio species est syllogismi. omnis enim conclusio aliquid habet, quod de aliquo dicitur. prædicatum de subiecto, siue affirmatiue, siue negatiue. Est autem & medium, quod per ipsam hæc cogit in unum. id igitur proprium est syllogismi, quod & demonstrationi ex necessitate inest. Definitionis autem, quoniam omnis definitio proprium est, & in eo, quod quid est prædicatur de definito, communicans quidem simpliciter cum proprio secundum conuersionem, cum prædicatis autem substantialiter, ut generibus, & differentiis, quando cum genere accipiuntur secundum prædicationem in eo quod quid est. Differens autem ab altero, cum quo communicat ad alterum. His igitur præacceptis infert. ut sciamus definitionem demonstrare, oportet tres terminos

et. D. T
et. mo
et. mo
et. mo

minos sumere, maiorem, medium, & minorem. hoc enim acceptum est demonstrationi ex necessitate inesse, tanquã speciei syllogismi. Est igitur & minor terminus definitum, maior autem definitio. Sic enim proponitur ostendere, quòd talis ratio huius rei definitio sit. Oportet igitur inquit, & medium definitionem quidem esse minoris, definitum autem maioris, ut per medium hoc maior coniungatur cum minori, quoniam definitio ipsius est. Atq; exercet sermonem in literis, ut sui moris est. Nam si a. ipsius, c. proprium est, ut definitio ipsius, perspicuum est, quòd & ipsius. b. atq; hoc ipsius, c. ut sint omnia inuicem uidelicet conuertantur omnia inuicem, & sit hoc illius definitio, & illud huius definitum. Aliter enim non est necessario sequens conclusio, ut sit maior definitio minoris, nisi duplex terminorum acceptio fiat. Non enim simpliciter inesse quærimus maiorem minori, sed ut definitionem inesse, haud quaquã autẽ ita inesset, nisi & ipsi medio hoc modo inesset, & medium similiter minori. Dici enim sic inesse uel nõ inesse hoc huic, est secundum dictum modum, & cuius quidem modi propositiones utrãq; esse contingerent, eiusdem oporteret esse, & conclusio. eo quod non contingat cum una sit dissimilis modi cum altera. conclusionem aliter se habere, quam ipsi peiori sequi, uidelicet ipsi simpliciter, & non ut definitionem, habenti prædicatum subiecto inhærens, propterea quod ubicunq; par est peiori propositionum conclusionem sequi. secundum quem profecto, modum ipsi peiori esse licet, siue secundum quantitatem, siue secundum qualitatem siue secundum modum. Aristoteles enim de maiori dicit necessaria, quatenus ipsi sequit̃ conclusio. & si fuerit minor inexistens, nemini placet ex posteris, quia non ita accidat in rebus. Oportet igitur & a. ipsius. b. definitionẽ esse, & b. ipsius c. atq; ita est. a. ipsius, c. definitio. Videamus autem id quod dicitur, in rebus, ut sit & ex his cõspicuum, quod & in utrisq; extremis necessarium sit esse qd̃qd̃ est, si debeat definitio demonstrari. Sit. a. substantia animata sensibilis. b. animal. c. homo. haud sane hominis est definitio, substantia animata sensibilis, sed prædicabitur quidem, at quatenus definitio minime, quoniam neq; proprium est, neq; conuertitur. sumptum autem fuerat definitionem proprium esse in eo quod qd̃ est. itaq; est cum non habeat minor quod quid est. sit igitur ex contrario, & a. quidem substantia sit. b. autem animata sensibili. c. uero animal, non medius fidius est, substantia definitio animalis. Rursus sint utrãq; definitiones, non tamẽ inuicem propria sunt, & ipsius minoris, neq; hoc modo, propositum concludetur. Nam. a. quidem sit substantia animata sensibilis. b. autem animal gressibile bipes. c. uero homo. Substantia igitur animata sensibilis prædicabitur quidem de. c. nõ tamen est definitio ipsius, neq; proprium. planum ergo est ex his quoq; quod oportet ea, quæ in utrisq; propositionibus sunt, definitiones esse horum, de quibus prædicantur: si per demonstrationem debeat definitio inueniri. Verum si hæc ita se habeant, ante demonstrationem est quod quid acceptum ut medius terminus. Si enim definitiones, in propositionibus utrãq; prædicata sunt, maiorem quidem definitionem est dicere, quatenus per medium aliquem concluditur. de medio autem nihil penitus est dicere. uel quoniam inde definitio accepta est, ipsi extremo quod erat id, quod quærebatur. hoc autem & in rebus ostendit, cum. c. quidem uidelicet definitum, hominem posuisset a. uero ipsius definitionem animal bipes, aut aliquid aliud. Si igitur. b. medium accipiens, per hoc ipsum. a. uidelicet animal bipes, aut aliquid aliud de. c. homine uelit concludere. sit quidem a. animal bipes de. b. prædicato, ut non liceat aliter, quam per ipsum illud de. c. homine concludere. sit autem & b. ratio quædam altera media inter ambo extrema posita, & per seipsam hæc concludens in unum. Est ergo & illud uidelicet. b. quid est homo. Et ecce in medio, idem autem est dicere in prædicato in maiori propositione, quæsitum accipitur. Definitio enim quærebatur. accepta autem est ista inde, de homine prædicans, magis autẽ & ista proprie definitio est, non per medium aliquod, sed ipsa per seipsam demonstrans substantiam rei. Quoniam autem demonstratio potissima est, quæ ex primis, & immediatis constituitur, dicimus uero demonstrationem, & illã ex huiusmodi constantem, quæ ex primis, & indemonstrabilibus demonstrantur in definitione si debeat aliquis facere demonstrationem, prima hunc oportet, & immediata accipere, & in his considerare, si contingat definitionem demonstrari. in medio enim definitionis, & definiti nihil contingit esse. Quare cum medium definitionem esse minoris oporteat sumere, opus est hunc immediate prædicari. & de hoc rursus maiorem præsertim si accidẽtia per se per prima, & immediata demonstrantur: multo magis quod quid est cuiusuis, si demonstratur per talia demonstrabitur, quolibet alio magis propriae inhærens rei. sit autem, & quod dicimus manifestius, si ita faciemus, perspicuum enim est hoc modo, quoniam quod opus est ostendit



Xenocrates

dere, id accipimus. Nam si animal rationale mortale, forte medium accipiemus, & non immedia-
te hoc de homine prædicabimus, sed aliquid in medio accipiemus uerbi gratia risibile, suspicari
posset aliquis quòd non inde quæsitum sumptum sit, sed nulla indigentia est ipsius risibilis ad
prædicandum de homine quòd quid est ipse, neq; de alio aliquo, ad hoc opus est, in eodem ue-
ro aberrant, & qui conuertibiles rationes inter se accipiunt, & inde definitionem demonstrare
arbitrantur, in principio enim petunt, & isti, accipientes ut confessum id, quòd quæritur: quem
admodum faciebat Xenocrates. Nam ostendere uolens animam esse, numerum seipsum mouen-
tem accepit prius animam esse, ipsam sibi ipsi causam uiuendi, hanc autem rursus numerum se-
ipsum mouentem. sic igitur faciens ex necessitate petebat, id quòd in initio in quæstionem pro-
positum fuerat. si enim conuertatur anima ad ipsum, sibi ipsi causam uiuendi, idem est cum hoc
& id est accipere de hoc numerum esse seipsum mouentem, & de anima. Quare & quòd accepit nu-
merum seipsum, de causa ipsa sibi ipsi uiuendi de anima accepit. Erat autem in initio si anima numerus
sit ipse seipsum mouens. Quare manifestum est, quòd id, quòd in principio est, accepit. Si uero non con-
uertatur, numerus seipsum mouens, ad ipsum sibi ipsi causam uiuendi, sed sequatur simpliciter, & hoc rursus
ipsi anime, numerus ipse seipsum mouens non est, quòd quòd est esse anime: sed uerum est dicere solum,
quòd anima numerus est ipse seipsum mouens: non tamen uero, & definitio ipsius hoc est, non propo-
suerat autem ostendere quòd solum inest, sed quòd & ita inest, uidelicet ut definitio. & non mo-
do in his, quæ dicta fuere, uerum etiam in omnibus simpliciter, ita se habebit. Nam si a. definitio
est ipse, b. & hoc ipse, c. est a. definitio ipse, c. & petum est hoc modo in initio, idem enim
est c. cum ipso, b. si hæc inuicem conuertuntur, & idem est accipere a. de b. & de c. Quamobrem
cum acceperimus a. de b. & de ipso, c. accepimus, cum inuicem conuertantur b. & c. itaq; perimus
in initio, non enim sicuti contingentia eorum, quæ conuertuntur, b. c. accipimus, sed ut defini-
tionem, & definitum, non solum autem, sed etiam quando b. definitionem esse de ipso, c. accipi-
mus, in principio petimus. si ut definitionem ipsius, c. b. prædicamus, cum enim quæritur defini-
tio ipsius, c. sumptum est b. definitio ipsius, c. Si autem ut definitio, sed ut consequentia simpliciter
accipiuntur, a. quidem ipsi, b. b. autem ipsi, c. non est definitio, a. ipsius, b. sed inest solum ipsi, idq;
non solum in his, quæ in subiecto, & in altero esse habent reperiemus, sed etiam in substantiis, &
in his, quæ substantialiter de aliquibus dicuntur, quorum unumquodq; quòd quid esse dicitur
& ipsum sibi ipsi subiectum, quòd uere est illud, quid est, neq; enim omne, quòd substantialiter
dicitur de aliquo, & quid est illud est, disputatio uero est, quatenus non ut pars sit in aliquo, &
sine eo, in quo est esse non possit, quid autem est id, quòd dico, animal enim substantia cum sit,
quòd uere est quid est, hoc est substantia: Nam substantia est quid, & quòd quid substantia uero
aliorum nulla est, quæcunq; circa substantiam sunt, sed aut qualitas, aut quantitas, aut aliquid
aliud prædicamentorum, quòd igitur ratio animalis prædicatur, & nomen de homine, & ratio
quoq; animalis de ratione hominis, At neq; ratio animalis ob id est hominis definitio, neq; ani-
mal, neq; unum est, nec animal, & homo: nec ratio animalis, & ratio hominis. Amplius neq; ratio
animalis ipsi homini inest, & definitio animalis, & animal, & rationi hominis, & homini, sed non
ut definitiones. Nam tam & si in eo quòd quid est prædicantur: tamen haud etiam propria sunt,
in initio autem suppositum fuerat ambo habere definitionem. Quæ igitur in syllogismo de defini-
tione prædicata accipiat aliquis, uel ut definitiones prædicata hæc accipiet: uel non. Si quidem igi-
tur non accipiet, neq; definitionem esse, a. ipsius, c. concludet si uero accipiet, in principio petet, cum
ante demonstrationem id, quòd quæritur acceperit dico autem esse definitionem, a. ipsius, c. utro
libet autem modo non demonstratam esse definitionem necesse est. IPSIUS AUTEM QUID
UTRUM SIT SYLLOGISMVS, ET DEMONSTRATIO? AN NON QUÆMADMODVM
NUNC RATIO SUPPOSUIT. Problematum hoc prius est, quæ de definitione quærere pol-
licitus fuit. Si est demonstratio definitionis, aut non est. Quoniam autem ostendens euidenter di-
uersas inter se esse definitionem, & demonstrationem, & diuersa ea, quæ ab his ostenduntur, in
suppositionis ordine, aliud esse, ab ipso quid est id, quòd demonstratione ostendit accepit. Quan-
do dicebat quòd definitio quidem quòd quid est ostendit, propter quid uero demonstratio, id
circo cum dixisset an non, & non asseruisset definitionis esse demonstrationem, intulit, quemad-
modum nunc ratio supposuit. Nam quando dicebat non esse ipsius quid est, sed ipsius propter
quid est demonstrationem, non demonstrari penitus definitionem supposuit. Si quidem diuer-
sa genera quæditorum sunt, & non subalternatim ordinata, quòd quid est, & propter quid est ipsius
autem

autem propter quid, est cum demonstratio sit, non ipsius quid est, quomodo definitionem demonstrabis existentem ipsius quid est? haud quaquam autem rationabiliter idem esse cum priori hoc problema uideretur, Quare & arbitrandum esset: quodammodo pauloante ostensum esse id, quod nunc propositum est, propter nonnulla argumenta, quæ in præcepto accepit. ut definitione quidem substantiam ostendere, demonstratione aut minime, sed supponere quidem ipsam, per eandem uero aliquid aliud ostendere. & quod principium demonstrationis definitio est, principium autem indemonstrabile est, & similia. illic enim quærebatur si idem cognoscere, & per definitionem, & demonstrationem possibile est. nunc autem quæritur, si est demonstrare definitionem, & quod illius est definitio, cuius definitio esse dicitur. ut animal rationale mortale, quod definitio hominis est. Alterum autem est quærere si in eodem ambo conueniunt, & si alterum ab altero ostenditur.

Nam syllogismus quidem aliquid de aliquo demonstrat per medium, sed quid est propriū est, & in eo quod quid est prædicatur, hæc autem necesse est conuerti.

Duo hæc sunt sumpta quemadmodum dictum est prius. quæ sane ex necessitate accepit, uti-
lia ipsi ad destruendum rationem dicentem, definitionem demonstrari. quibuscūq; autem opus
est ad claritatē literæ, hæc prius dicta fuere. illud uero **HÆC AVTEM NECESSE EST CON-
VERTI** dupliciter est accipere, aut enim cum his coordinare oportet, aut cum his, quæ deinceps
inferuntur. Si quidem igitur cum his, secundi sumpti est pars, tanquam necessarium sit conuer-
ti ea, quæ in eo quod quid est, & propria sunt. Nam quemadmodum dictum est. complura qui-
dem in eo quod quid est sunt, & non conuertuntur cuiusmodi genera differentia, multa autem
conuertuntur, & non in eo quod quid est prædicantur cuiusmodi simpliciter propria. Definitio-
nes autem utraq; habentes, & dici in eo quod quid est, de quibus dicuntur, & proprium esse, ab
his quidem hoc modo, ab his autem sic differunt. Et perspicuum quidem erat dicendo propriū
esse definitionem, Quoniam & conuertitur, tamen apposuit & hoc, tāquam simul indicans. erit.
n. conducibile sequentibus. itaq; si rationis constructionē accipiemus. illud **SI ENIM A. IPSI-
VS C. PROPRIUM EST** quod deinceps dicitur. cum non ut probatio inferatur ad id quod
præacceptum est, illam **ENIM** habebit conjunctionem, sed quatenus ab illa ratione separata est.
in aliud autem principium altera infertur: Cum illud **ENIM** pro autem, aut pro sane, ueluti ex-
pletiuū se habeat. Si autem usq; ad illud **IN EO QVOD QVID EST PREDICATVR** sum-
pta perficerentur. esset profecto, illud **HÆC AVTEM NECESSE EST CONVERTI** talis cōti-
nuationis ut sumpta quidem ita se habeāt. hæc autē dum in probationem, & demonstrationem
definitionis accipiuntur, necesse est talia esse, qualia, & conuerti inuicem possint, postea habebūt
id quod deinceps probabiliter infertur.

*Si enim. a. ipsius. c. proprium est, manifestum est, quod & ipsius. b. & hoc ipsius. c. quare
omnia inuicem sunt.*

Conuertuntur inquit inuicem omnes termini, qui in demonstratione ipsius quid est accipi-
untur. Si enim. a. maior terminus ita in ipso. c. extremo concluditur, ut proprium in eo quid est
prædicato. Et propositiones ambo similem habebant prædicationem, & quæ in utrisq; prædican-
tur, ut propria inter se, & in eo quod quid est erunt. itaq; erunt omnia mutuo quatenus inui-
cem conuertuntur.

*At uero & si. a. in eo quod quid est inest omni. b. & uniuersaliter. b. de omni. c. in eo quod quid
est dicitur. necesse est, & a. in eo quod quid est de. c. dici.*

Cum quasi adæquasset rationem de demonstratione definitionis, quod ita procedere debeat,
ut termini ambo prædicata sint, hoc quidem in maiori, illud uero in minori, & hæc tria inuicem
conuertantur, concinnat nunc quasi demonstrationem ex definitiōibus duabus, & uno definito
constitutionem habentem, Et est, quod dicit tale, Deinceps si. a. definitio est ipsius. b. & b. ipsius.
c. Ex necessitate. a. definitio est ipsius. c. Nam in eo quod quid est inesse. a. omni. b. definitionem
esse ipsius est. Atq; illud dici uniuersaliter. b. de omni. c. in eo quod quid est, ut definitionem



de ipso prædicari est. ut & a. de. c. in eo quod quid est dicatur: quod conclusio est.

Si autem non ita accipiet aliquis duplicans, non necesse est. a. de. c. in eo quod quid est prædicari. Si quidem. a. de. b. in eo quod quid est. de quibuscunq; autem. b. non in eo quod quid est.

Com. 62.

Si debeat inquit necessario quod quid est, & definitio per syllogisticam hoc modo figurâ concludi; ut maior per medium coniungatur cum minori, Oportet utraq; quid est, & definitiones sumere, & maiorem, & medium. Nam si non ita aliquis accipiet duplicas, idest dupliciter definiens, uidelicet duas definitiones deinceps accipiens, in maiori, & minori propositione, aliter nō concludet ex necessitate quod quid est neq; demonstrabit. a. maior terminus de minori in eo quod quid est, & ut definitio de ipso prædicans. ut si quidem. a. de. b. prædicatur in eo, quod quid est, uidelicet ut definitio. b. autem de quibuscunq; profecto diceretur, non in eo quod quid est dicitur. idest. b. autem quod est medium, diceretur quidem de minori, quæ est. c. non tamen in eo quod quid est, uidelicet in ordine ipsius quid est, idem autem est dicere ut quid est, & ut definitio. Dicitur enim est, & prius, quod quemadmodum in modalibus propositionibus, aut eiusdem modi, oportet utraq; esse, ut & conclusio similis modis ipsis concludatur, aut si peioris altera sit modi, ipsi peiori sequatur, aut mista ex utrisq; sit. ut in contingenti non secundum additamentum, sed nullius, aut non omnis ex necessitate. ipsi autem meliorem modum habenti, nunquam soli secundum modum sequitur conclusio ne præstantius causa causatū fiat, ipsa propositione inquam conclusio. Eodem modo & in his se habebit. Cum enim duæ sint propositiones ex quibus definitio debet de definito demonstrari, aut ambo prædicata definitiones habebunt, aut ipsi non habenti definitionem, conclusio sequetur, aut utrorumq; particeps erit. Si quidem igitur in utrisq; definitiue erit prædicatum id quod prædicatur, hoc est, quod dicimus. Si autem altera non habebit ipsi sequetur tanquā peiori, ipsa enim peior est illa, quæ habet. Si uero non simpliciter definitio est, sed aliquo modo, quod demonstratur in ambobus sequens, neq; sic est definitio. Oportet ergo utraq; habere quid est prædicata, si debeat definitio demonstrari, quod oportebat ostendere.

Quod quid est autem, hæc ambo habebunt, est igitur ex. b. de. c. quod quid est.

Com. 63.

Illud, AVTEM hoc in loco est, pro enim, aut pro, igitur. Si quidē pro. n. in plus erit eo quod dicitur confirmatio, ut quod oportet enim utrosq; terminos, aut extrema, quod quid est habere. Si autem pro, igitur, ut conclusionem intelligemus id quod dicitur. igitur ambo habebunt quod quid est, in quo infertur, erit igitur & b. de. c. quod quid est. Nam, a. quidem quod definitio sit, neq; ratione indiget ad circumstantiam. hoc enim est illud, ut definitio de minori dici, & esse id, quod quæritur, & demonstratur. Si igitur non omnino definitio est, quomodo erit huius definitio? Sit igitur & medium definitio, Aliter enim nō contingit definitiue dici. a. de. c.

Si igitur quod quid est, ex quod quid est esse utraq; habent, in medio termino erit prius quod quid est esse.

Com. 64.

Quod quidem duabus opus sit propositionibus definitionum, ex quibus definitio demonstrabitur ut definitio sit & maior, & medius terminus, Si quidem ambo sunt, quæ in propositionibus in prima figura, in qua sola sumere demonstrationem definitionis contingit. nempe contingit, quemadmodum, cum affirmatiua, & uniuersalis debeat ex necessitate concludi, ostensum est sufficienter. inquirunt autem nunc, Si horum quæ necessario definitionis demonstrationi requiruntur, facilis uia sit demonstrationem definitiōis fieri. Dicit igitur, quod si utraq; extrema quod quid est habeant secundum prædicata, Erit ante demonstrationem definitio in medio accepta. Definitionem enim quærimus per demonstrationem inuenire, quæ in minori concluditur. Si ergo accipiamus medium definitionem existens minoris, acceptum est iam ante demonstrationem id quod queritur, & superflua postmodum est demonstratio. Nam quia ostensum est, quod oportet utraq; definitiones esse maior, & mediū, si debeat definitio demonstrari. Quando medium definitiue acceptum sit de minori, quæ definitum est, ecce id, quod quæritur. Non. n. cum tanquam perspicuum sit, quod hoc ipsius definitio sit, demonstrare quærimus ipsius definitionem, nam superfluum est, quod manifestum est, quærerere. Si igitur manifestum est, hæud quærimus.

quærimus, Si autem quærimus, manifestum minime est. Quomodo igitur id quod quæritur ut manifestum accipimus: non ergo consonum est duas accipere definitiones in demonstratiōe definitionis. sed ostensum est, quod impossibile est, præterquam ita accipiatur, definitionem demonstrare. non ergo contingit definitionis demonstrationem fieri. Est autem cōditionaliter ita id, quod propositum est syllogizatum. Si definitionis demonstratio erit, oportet maiore, & mediū ut definitio prædicari de his, de quibus prædicatur, Si hoc, quod in principio est peti accider, si definitionis ergo demonstratio erit, in principio peti accidet. Quando autem in principio petitur non est demonstratio. Si definitionis ergo demonstratio erit definitionis non erit demonstratio. ut contradicere sibi ipsi hoc positum sit eorum uero, quæ utrisq; conueniunt aliud quidem iam ostensum est, aliud uero, & ostensum est, & ostendetur.

Omnino autem si est demonstrare quid est homo, erit. c. homo; a. uero quid est, siue animal bipes. siue aliquid aliud. Si igitur syllogizet, necesse est. a. de omni. b. prædicari. huius autem est alia ratio media. Quare, & hoc erit quid est homo; accipit igitur, quod oportet ostendere, etenim. b. est quid est homo.

T.C.21.

Dilucidius adhuc propositū uult ostēdere, Quapropter in rebus sermonē exercet. & in ipsius c. loco, quod est terminorum extremus uidelicet quod definiiri proponitur, hominem ponit. in loco autem ipsius. a. quod maior erat terminorum, definitionem quandā, ut animal bipes, aut aliud, quod aliquis uoluerit. quod etiam debet ostendi per medium aliquod, quod ut definitio de homine dicatur. His ita se habentibus, si syllogizet, inquit, aliquis, necesse est mediū tale sumere, ut de toto ipso maior prædicetur. Cum. n. uniuersale, & affirmatiuum quæsitum sit, talibus. ex necessitate indiget etiam propositionibus. Quoniam autem in extremis quidem res accepit una cum literis, in medio uero. b. solum absq; ulla re: iccirco indicauit dicens *HUIVS AVTEM ERIT ALIA RATIO MEDIA* id est huius autem. b. erit alia definitio, quæ debet media esse inter duo extrema, definitionis, & definiti. non ipsius. b. futura omnino definitio, ut ipsum. b. definiatur, sed pro ipso in medio ponendā. Ut autem sit hoc clarius, ita dicamus, ferme distributis rebus quibusdam in extremis. ut sit quidem. c. homo, a. autem animal gressibile bipes. inquit, & ipsi. b. oportet proprium tradi, quod & ipsum definitio erit, ut sit & ipsius. b. ratio alia in medio iacens, & per seipsam extrema concludens. Nam sæpe numero dictum est, & demonstratū, quod prædicata in ambabus propositionibus in demonstratione definitionis, ut definitiones oportet prædicari, de quibus prædicantur. & si enim definitiones essent, non prædicarentur autē ut definitiones, non contingit definitionem concludere ex ipsis, ut si quidem. a. sit substantia animata sensibilis, definitio existens animalis. b. autem animal gressibile bipes. c. uero homo. Nam prædicatur quidem de ipso animal gressibile bipes. substantia animata sensibilis, sed non ut definitio ipsius, Quoniam neq; proprium ipsius est Quapropter neq; ut definitio de homine concluditur. Si igitur ita, quemadmodum dictum est, illud *HUIVS AVTEM ERIT ALIA RATIO MEDIA* intelligemus, ut sit illud *HUIVS* quod de. b. dicit, aut illud *HUIVS* iuxta. a. assignabimus. ut sit quod dicitur, tale. quod erit quoq; media definitio, & ratio accepta alia ab ipso. a. uidelicet alia præter ipsum. a. Quare & hoc erit quid est homo. Cum enim medium ratio sit, & ut ratio debeat de homine prædicari, par est hoc, & in eo quod quid est per se dici, & conuerti cum ipso. Quamobrem erit & illud definitio hominis. itaq; ante demonstrationem accipitur in minori propositione, quod ostendere propositum erat. b. enim uidelicet, medium, quid est homo est, id est definitio hominis est. Quærentes igitur definitionem demonstrare de homine, accepimus definitionem hominis, quod alienum à demonstratione est. forsitan autem aptam quidem dixit oportere esse definitionem, & medium, non tamen etiam accepit definitionē in medio, indidem simul ostendens inconuenientiam; cum tanquam idem sit accipere definitionem medium, & in principio petere.

Com. 65.

Oportet autem in duabus propositionibus, & primis, & immediatis considerare, maxime enim manifestum id, quod dicitur, sit.

Hoc præceptum esse uideretur, quomodo oporteat sumere propositiones, quærentes demonstrare definitionē; cum enim ipsi definito cōtingat quædam sequi, ut simpliciter propria, de quibus

Com. 66.



bus, & ipsorum acceptæ definitiones prædicabunt, & ipsum de ipsis propter cōuersionem inuicem. Atq; hic, contingit in medio eorum, quæ accipiuntur propria accipi. ut & fiant plures duabus propositiones, & prædicata non immediate prædicentur ideo inquit quod oportet non ita facere. sed duas solas sumere propositiones, in quibus definitiones iaceant. ut simul quidē de demonstrationis proprium seruetur, immediate prædicando prædicata, de quibus prædicatur, simul uero sit & quod dicitur dilucidius. propria. n. in medio accepta, obscurius profecto multitudine propositionum id, quod dicitur facerent. ut si proponeretur ostendere animal gressibile bipes de homine, medium autem horum accipiatur, animal rationale mortale una cum demonstratione, quæ debeat in hoc complicari. Si non ipsum animal gressibile bipes accipiat aliquis de animali rationali mortali, idq; de homine, & hoc modo inferat conclusionem: sed in medio forte duarum definitionum accipiat risibile, & in medio alterius definitionis, & definiti, ipsum recte deambulabile, sicq; concludat conclusionem. Aut fortasse definitiones quidem immediate accipiet, ponet autem aliquid inter medium, & extremum. Talia autem aliquis profecto faceret, tentans aufugere, ne petat in principio. atq; idcirco accipiens medium aliquod inter definitionem, & definitum, & hoc per se quid, & proprium, ut hoc modo uideatur recte facere demonstrationem. Non igitur sic opus est. qui enim hæc faciat, una & demonstrationis proprium auferet, nō immediate accipiendo prædicata, quæ prædicata sunt, At qui nullo medio indigentia, & simul plures duabus accipiens propositiones impediret quidem apparere absurditatē. Ut igitur, inq; clarius sit, & manifestius id, quod dicitur duabus solis utendum est propositionibus, quod nempe fieret dum immediata fiunt prædicata. Aut igitur hoc modo dicendum est, aut ut inquit Alexander, quod oportet duas, proponētes, propositiones immediatas, in rebus cōsiderare id, quod dicitur. tunc enī erit clarius, cum in materia scrutatur. Si aut, & aliter quodammodo de his, & de præceptis ille dicat: scripta illius aliquis discutiens legat. uideatur. n. superfluum sine necessitate cum alienis nostra commisceri.

Qui quidē igit per conuersionē ostendunt, quid est anima, aut quid est homo, aut aliquid aliud entium, ex principio petunt, ut si quis putaret animam esse ipsam sibi ipsi causam uiuendi, hanc autem numerum ipsum seipsum mouentem, necesse enim est petere animam, quod est numerum esse ipsum seipsum mouentem, sic sicut idem ens.

Com. 67. In eodem inquit, uersantur errore, & qui conuertibiles inuicem rationes accipiunt, & per has ostendere definitionem de aliquo definito arbitrantur. etenim hi id, quod quæritur cōcludi, ut confessum in propositionibus accipiunt. operepretium est autem transformare rationem ad maiorem claritatem, ita dicentes. Et qui per conuersionem ostendunt quid est hoc, & hoc, ex principio petunt. & exemplum rationis Xenocratis est. is enim cum animam numerum mouentem seipsum demonstrare proposuisset, ut definitionem ipsius hanc rationem prædicatum habentem alteram rationem medium accepit, ipsam sibi ipsi causam uiuendi. Nam cum has duas rationes conuertibiles inuicem accepisset, & alteram rursus ad animam conuertibilem, sic par erat facere demonstrationem. ut anima est, ipsa sibi ipsi causa uiuendi, & ipsa sibi ipsi causa uiuendi, anima est. Rursus si quid est, ipsa sibi ipsi causa uiuendi, numerus est, ipse seipsum mouens, & si quid est numerus ipse seipsum mouens, ipsa sibi ipsi causa uiuendi est. Deinde syllogismum componebat, anima est, ipsa sibi ipsi causa uiuendi, ipsa sibi ipsi causa uiuendi, numerus est ipse seipsum mouens. sic igitur, faciens, simul quidem accepit definitionem animæ, ipsa sibi ipsi causa uiuendi, quod est id, quod quærebatur. Simul autem quoniam conuertuntur, & idem, ipsam ipsi sibi causam uiuendi, & numerum mouentem seipsum, accepit in dicendo animam ipsam sibi ipsi causam uiuendi, qd in principio petierat. in principio enī erat, si anima numerus est ipse seipsum mouens. Cum hoc autem idem sumptum fuerat, quod ipsa sibi ipsi causa uiuendi sit. Quare dicens animam ipsam sibi ipsi causam uiuendi, numerum ipsum seipsum mouentem dicebat. hoc autē erat in initio. Dicendo igitur animam ipsam sibi ipsi causam uiuendi in initio accepit. Quod autem ita, tanquā idem sit, hoc declarat, quoniam sic ut definitio conuertibilis, & in eo quod quid est ipse, id quod dicitur est. Ratio enim quæ ita se habeat eadem est cum definito.

Tex. c. 21. *Non. n. si cōsequitur. a. ipsi. b. et hoc ipsi. c. erit ipsi. c. a. quod quid est esse, sed uerum est dicere erit solum.*

Si quidem

Si quidem enim inquit, definitionem uult demonstrare, talia operepretium est esse ea, que accipiuntur, ut mutuo conuertantur, & eadem sint. Si autem ut simpliciter sequentia, non erit maior minoris definitio, neq; erit ipsi quod quid est. sed solum erit ipsi uere prædicatum, aut ita: nã fortasse quidem posset esse aliqua consequentia in acceptis, ut maior medio sequatur, & hoc ipsi minori, & per hoc etiam maior. At non iccirco ex necessitate & definitio erit minoris, sed prædicabitur solum uere de ipsa, aut & alio modo. ueluti dicente aliquo. si autem acceptæ rationes inuicem, & ad definitum ita se habeant, ut & illarum altera alteri sequatur, maior medio, & medium definito, quid ad hoc dices? Respondet ipse ad ita loquentem, quòd non sufficit sequi solū ad id, quòd sit definitio, sed solū uerū est dicere, quod erit hoc de hoc, non tamen ut definitio.

Com. 68.

Neq; si sit, a, quod quid est, & de b, prædicetur omni. Etenim animali esse, prædicatur de homini esse. uerum enim est omne homini esse, animali esse, quemadmodum & omnem hominem animal esse, sed non ita, ut unum esse. Si quidem igitur non ita accipiat, non syllogizabit, quod a, sit ipse, c, quod quid est esse, & substantia, si autem ita accipiat, prius erit quod acceptum est ipsi, c, quoniam est quod quid est esse, b. Quare non demonstratum est, quod, n, erat in principio accepit.

Com. 69.

Probat quod dictum est, à maiori argumentans, & in substantiis sermonem, tanquam dilucidioribus exercens. eorum enim quæ sequuntur substantias definitas, alia quidem simpliciter sequuntur, alia autem ut perfectiua existentiae substantiarum definitarum: qualia sunt genera. inquit igitur quòd tametsi substantiam aliquam accipies, maiorem terminum, & de medio prædicabis omni, neq; hoc modo ex necessitate erit definitio maior minoris, neq; enim genera ipsa ut definitiones prædicantur, de quibus predicantur: neq; ipsæ definitiones generum, quæ de speciebus predicantur, & de definitionibus ipsarum, ut definitiones de ipsis prædicantur. Nam uerificantur ea, quæ dicuntur de ipsis, non tamen cum ipsis conuertuntur, neq; eadem cū illis sunt ut animal est quidem quod quid est, idest substantia, & substantialiter de quo profecto secundū naturam prædicaretur, prædicatum est. & animali esse, uidelicet, ratio animalis, quæ ipse est quod quid est esse, prædicatur de homini esse, uidelicet de definitione hominis. Omne enim animal rationale mortale, mentis, & disciplinæ susceptibile, substantia animata sensibilis est. sicuti & animal de omni homine prædicatur: omnis enim homo animal est. sed non ita prædicatur ratio ipse, quæ, est quod quid est esse animalis, de definitione hominis, aut de homine ita ut unius, sit. neq; enim conuertitur, nec cum homine, nec cum definitione ipse. Si igitur substantiæ, & quæ substantialiter de aliquibus dicuntur, non propterea quòd ipsis sequantur, aut de ipsis uere prædicentur, non iccirco ex necessitate, & eadem sunt cum illis, & definitiones ipsorum multo minus profecto alterum quid. Aut igitur hanc ob rem accepit substantialia, tanquam à maiori argumentans, aut de substantiis fecit sermonem, tanquā de definitionibus docēs, quod demonstratio ni minime subiaceant. Videre f. n. fortasse superfluū accidentia accipere in exemplum, de definitionibus sermonem facientem. igitur ut definitionem aliquis syllogizet, oportet ipsum accipere terminos inuicem conuertibiles. Rursus autem si ita accipiat, ante demonstrationem id quod queritur, accipietur. Quoniam ex utraq; parte absurditas quædam sequitur, non definitionem demonstrari: idem enim significat ea, quæ deinceps dicuntur. Ad hæc autē inquit Alexander quòd quoniam conuertuntur, nihilominus porro per alteram definitionum altera demonstraretur. itaq; profecto inuicem ostenderentur, id autem à demonstratione alienum est. At etiam ambo similiter definitiones petuntur, & præcipiunt: Nihil enim magis altera altera est. Dicemus uero & hoc modo. Definitio quidem substantiam ostendit: Demonstratio autem sequentia, uidelicet per se accidentia demonstrat. prior autem natura est substantia his, quæ sequuntur ipsi: & definitio ergo demonstratione. & rursus natura prius est esse simpliciter, quam quodammodo esse. & accidit hoc illi. ipsum esse igitur definitio assignat, esse autem quodammodo ex demonstratione scimus. Quemadmodum autem hæc inuicē, se habent, ita definitio, & demonstratio. posset uero aliquis & theologice causam assignare, ob quam non sit definitionem per syllogismum ostendere. Si enim intellectus, formas, forma autem quædam definitio, esset profecto definitio proportionale cum intellectu. Quoniam autem & substantia animæ in discurrendo est. Discurrere autem syllogizare est, esset profecto syllogismus proportionale cum anima. Quare quoniam intellectus prior est anima, & definitio syllogismo prior est. sicuti enim intellectus se habet ad definitionem



ita anima ad syllogismum, & commutando, sicuti intellectus ad animam, sic definitio ad syllogismum. prior autē intellectus ipsa anima, & causa eius est. prior ergo definitio syllogismo, & causa eius est. Quare, & principium syllogismi definitio est, non ex contrario. & ex principio syllogismus est, non ex syllogismo principium.

Tex. 4.
T. C. 23.

At uero neq; per diuisiones via syllogizat, sicuti in resolutione circa figuras dictū est. nequaquam enim necessario fit rem illam esse, cum hæc sint. sed sicut neq; inducens demonstrat, non enim oportet conclusionem interrogare, neq; in concedendo esse, sed necesse est esse cū illa sint, & si non asserat respondens.

Com. 70.

Quoniā quatuor doctrinæ modi sunt, & disciplinæ, definitiuus, & demonstratiuus, diuisiuus & resolutiuus. monstra uit autem a demonstratiua definitiuam non solum diuersam, sed etiam priorem, & principaliorem. non tamen quæ ex ipsa generetur, neq; definitionem demonstrationi omnino subiectam. Nunc in diuisionem transit, Nunquid, quærens per ipsam liceat syllogizare definitionem sicuti quibusdam uisum est. Atq; ostendit non solum non syllogizantem definitionem diuisionem. sed neq; simpliciter syllogizantem. De qua locutus est, & in libro de facultate propositionum. Mentionem autem facit, & hoc in loco, quatenus satis est ad propositum. Vel aliter, quod sane potius est. Quoniam proposuit ostendere quomodo se habeat ad definitionem demonstratio, & ostendit hanc, demonstrationi, neq; omnino syllogismo subiectam esse, sed tanquam ducem quendam esse. Sunt autem & alii præter demonstrationem modi, per quos uidetur aliquid concludi, ut diuisio, inductio, rationes ex suppositione. & si quis aliter est. Maxime autem diuisione utentes ad definitionum generationem, uidentur de unaquaque partium ipsius syllogizare: & hoc modo omnia componentes simul definitionem perficere. Ostendit quòd neq; per hæc demonstrationi, aut omnino syllogismo definitio subiaceat. Neq; enim diuisio, neq; ullus ex nuper dictis modis syllogizare aptus est. Quod autem alia à demonstratiua, & syllogistica ipsa diuisiua sit, & quòd hæc syllogizare non apta sit, Ostendit definitionē syllogismi tractans. Ratio enim syllogismi est, quòd aliis positis alterum quid ex necessitate sequatur, quæ cum non sit in diuisione, quòd altera sit à syllogismo, & quòd ipsa non syllogizet demonstratur. Assimilat autem diuisionem inducenti, quatenus non demonstrat. Etenim inducens nulla necessitate utens, uniuersale constituit. sed condiscipulatore concedente, cōcludere uidetur. Non enim si hoc, atq; hoc singularium habeat, necesse est, & simpliciter ita se habere subiectum. Quare licet condiscipulatore ad ipsum uniuersale contradicere, idem autem cōsideratur & circa diuisionem. Quando enim ea, ex quibus forte hominis ratio constituitur, diuidens aliquis eligat: posset profecto aliquis interrogare, nunquid homo animal sit, aut inanimatum. postea animal accipiat, nō syllogizat. Cum uero hoc acceperit iterum diuidit. Omne autem animal, aut gressibile, aut uolabile, aut natatile est. Deinde accipiat gressibile, Rursus quoq; diuidit quòd acceptum est in deus bipes, & multipes, & componit totum, esse dicens hominem, animal gressibile bipes. sed neq; unaqueque partium, neq; totum consequitur ex necessitate sed & illa, & hoc accipiuntur. At non ita se habet in syllogismo conclusio, ut aut interrogetur, aut cōcedatur. uerum ex necessitate sequitur existentibus propositionibus, eo quòd non opus sit concessione respondentis. quamuis autem & aliquæ quidem definitionum ex pluribus, aliquæ uero ex paucioribus componantur tamen nulla admodum in hoc differentia, est siue enim plura, siue pauciora, sint ea, quæ in compositionem definitionis accipiuntur, idem fit. tantum autem abest à syllogizando diuisio, ut utentes ipsa, non syllogistice accipiant, ea etiam, quæ syllogizari contingunt, ut quòd homo animal sit, contingit ostendi per syllogismum cum sensibile medium accipiatur. ab accipientibus autē ex diuisione insyllogistice sumitur. & in plerisq; aliis hoc quispiam reperiet. Quæ diuisio quidem accipit, apta tamen sunt accepto aliquo medio per syllogismum ostendi. omnis enim diuisio per interrogationem, & concessionem procedit, nequaquam necessariū inferens. Amplius uero, nec si propria prædicantur, perspicuum est, quòd iam & simul. non. n. si coriarius & bonus, & coriarius bonus est. Deinde non omne prædicati compositum, quòd de aliquo uere dicitur, ut definitio de ipso dicitur. sed contingit & aliter prædicari. Nam bonus, & philosophus socrates est, & bonus socrates philosophus est. sed non ut definitio Socratis est, ipsum bonus philosophus, & æquilaterum triangulum est, non tamen huius definitio totum prædica

Alia con
mutio.

rum est. Aut igitur hoc modo, aut quòd & si substantialia componantur, contingit tamen neque tunc proprium esse neque conuerti totum compositum. Non enim si animal rationale homo est, iam & definitio hominis, hoc est. Quare & ea, quæ ex diuisione in unum reducuntur, Deinde simul componuntur, nondum manifestum est, si definitio sint, & si uere dicantur, de quo dicuntur. præterea uero, quamuis substantialiter prædicata diuidens elegerit, ex quibus constituere definitionem uelit, consentaneum est ipsum in aliquo errore uersari inferendo in magna latitudine, & profunditate differentiarum sui ipsius discursum. ¶ Erroris autem modi complures sunt, ut transgressio, ablatio, appositio. ¶ Transgressio quidem igitur est, quando aliquis secundum profunditatem omittat aliquid a genere descendens. ueluti si hominem definire proponat, & accipiat quidem ipsum animal esse, quærit autem generi addere differentias. atque ipsas inuenire conatur diuisione. postmodum diuidit animal in deperes, & multipes, cum transgressus fuerit bipes. Est autem hoc uitium definitionis: quoniam propositum non seruetur definiendi. propositum autem definitionis est, nihil prætermittere eorum, quæ perficiunt substantiam definiti, sed omnia percurrere. Aliter enim non contingit definitionem rationem esse significatiuam naturæ rei subiecte. Deinde quidem dicit alia, alia autem omittit eorum, que sunt in eo quòd quid est. non enim satis est conuerti. Nam profecto quatenus ratio est, quòd quid est esse significans, indiuidua cum genere differentia est. ut sensibile cum substantia, sensibile enim animali ipsi indiuiduum est, aut in homine mentis, & disciplinæ capax una cum animali. conuertuntur enim hæc & in eo quòd quid est sunt. sed neque alterum est quòd quid est, neque illud ab animali, neque hoc ab homine quoniam haud substantiam simpliciter significat, quoniam non omnem percurrit. ¶ Ablatio autem est quando secundum latitudinem deficiat, cum non omnes differentias exposuerit. Ut si diuidat animal in uolabile, & natatile prætermittens gressibile. Cum enim hominem animal esse omnino posuerit, una differentiarum diuidentium animal, coget supponere ipsum, itaque non in hærentia ipsi definito in eo quòd quid accipientur. Et isti quidem duo modi deceptionis sunt, alter quidem secundum transgressionem, alter autem secundum defectionem. ¶ Appositio autem fit. cum quispiam ex his, quæ perficiunt substantiam compositum fecerit, adiungat aliquid ulterius. sicuti aliquid accipiendo eorum, quæ non secundum formam, sed secundum materiam insunt definito. uti est masculinum, & fœmininum latunguium, & uncuguium, recte deambulabile, & similia. Sunt autem & alia secundum accidens in hærentia, ut album, grammaticum. Si igitur, cum animal gressibile bipes dixerit, non contentus sit, sed adhuc adiungat dicens latunguium, uel recte deambulabile, uel aliquid huiusmodi. non paruum neque hoc uitium est definitionis, ignorantiam generans, ut uideatur non conuerti cum homine, animal gressibile bipes, sed etiam alteri communi sit, quòd, minime sit recte deambulabile, aut quòd non sit latunguium. uerum cum & plura quam par sit talis definitio habeat, transgreditur breuitatem, & esse definitionem, & hoc modo perit. Quare ad syllogizandum definitionem adhuc etiam est periculosa in ipsius inuentionem diuisio, multos continens modos deceptionis. De appositione autem aliter accidentium, ut albi, grammatici, & huiusmodi, superfluum est dicere. Errores quidem igitur, secundum quos officium quod conuenit in diuisione, prætermittitur, ipsi sunt. Cur autem propter ipsos tanquam inutilem omittimus? & nunquam profus suscipimus? Nempe oportet opponere ipsis obseruationes quasdam, quarum gratia in diuidendo, recte exequemur. Nam si genus in initio petierimus (præstabilius. n. est hoc accipere his, qui diuisionem facere proponunt) nullum quidem accidentium accipiemus. sed substantialia omnia, & in eo quòd quid est, & quòd deinceps est diuisione uenabimur. ita quòd nihil transgrediendo secundum profunditatem procedentes, neque uero quicquam omittendo secundum latitudinem eorum, quæ unumquodque diuidunt in ea, in quæ diuiditur: dictos deceptionis modos euademus, & utilitatem diuisionis habebimus. Sed quomodo non deficere aliquid diuidentes discernemus, si omne, quòd eo, quòd diuiditur participat, incidit in diuisionem? inuenientibus nobis, & quærentibus accurate omnia, eius, quòd diuiditur participantia, & nihil prætermittentibus, quòd in diuisionem incidere uideatur: ut nihil deficiat. sic. n. facientibus nobis, necessario erit indeficiens diuisio. Et perspicuum ex his est, quòd neque incurabilia secundum diuisionem incidentia peccata sint, neque inutilis diuisio sit. sed errores, qui committuntur secundum ipsam, propter ignorantiam sequantur, aut negligentiam diuidentium, non propter naturam scientiæ. Maxime autem necessarium est diuidere hoc modo: oportet enim eo usque procedere diuisionem, neque ullam specierum relinquentem, neque quicquam eorum

Quando fiat
Transgressio.

Quando ablatio
fiat.

Quando fiat
appositio.

Tuetur diuisio
suis utilitates.



quæ in medio sunt transgredientem, nihilque eorum, quæ ex materia accipiuntur, aut aliter acci-
 dentium adiungentem, quousque differentia occurremus indiuidua. indiuidua autem differen-
 tia dicitur, qua apposita reliquo composito eorum, quæ substantialiter eliguntur, nulla ampli-
 us indigentia appositionis est, ob quam iam definitio perficiatur. Cum omne compositum cum
 definito æquetur, & conuertatur, indiuidua autem dicitur huiusmodi differentia, non quod ipsa
 secari non possit. Contingit enim aliquando talè esse ultimam differentiam, qualem & incidi esset
 secundum seipsam, sed quoniam extrema est definiti compositi. statim componendo se cum his,
 quæ sunt ante ipsam, definitum quid est declarans. & non amplius hanc ob rem indigens sectio-
 ne. Apponatur autem eorum, quæ dicuntur exemplum. quod & Aristoteles præsumes accepit,
 & sit definitum homo: petimus huius genus esse animal, quod diuidimus in gressibile uolatile,
 & natatile. Sed homo neque uolatile, neque natatile est, ergo gressibile. Rursus, quoniam nondum
 æquatur animal gressibile cum homine, diuidimus hoc in depes, & bipes, & multiples. Quonia
 igitur neque depes neque multiples est homo, est ergo bipes. indiuidua igitur hæc differentia accepta
 est. cum nos non amplius indigeamus diuisione, nec sectione ad definiendum id, quod proposi-
 tum est. propterea quod cum definito homine conuertatur, animal gressibile bipes. Atqui ipsum
 bipes per seipsum in plura diuidi potest. hæc quidem igitur in diuisione ita soluuntur. Sed tam
 & si utilis ad definitionis inuentionem diuisio fiat, enarrato modo procedens, tamen non syllo-
 gizat. non enim omnis modus cognitionis, syllogisticus est, & demonstratiuus. Ecce enim & in-
 ductiuus, cognoscitiuus quidem est, & declaratiuus, sed non iccirco, & demonstratiuus, at & mul-
 tum a demonstratiuo distinctus est. nam hic quidem ex prioribus ostendit posteriora: hic uero
 contra ex posterioribus priora. ex particularibus enim uniuersale confirmat inducens. Atque hic
 quidem necessario prioribus positis infert, quod posterius est. hic uero non necessario positis sin-
 gularibus infert uniuersale: & ei quidem, qui priora posuerit contradicere non possumus de eo,
 quod infertur. inducenti autem possumus, quod fortasse sit aliquid, quod non ita se habens ut
 reliqua uniuersalis coerceat dilatione. itaque diuisio quidem declarat ipsum quid est, & ostendit
 definitionem, secundum rationem procedentibus, non tamen uero dicit syllogismum, definitio-
 nem dicens. Neque enim modus est, per quem componatur syllogismus, neque sane idem est, sed sicut
 dum quædam enunciationes dicuntur, quæ propterea quod immediata non sunt, possunt per ali-
 qua media concludi, & demonstrari, non ab re profecto aliquis interrogaret propter quid: sic in
 his definitionibus, quæ à diuisione inueniuntur, etenim in illis immediatis rationibus, quamuis
 ipsas solas quispiam proferat, aut aliquid alterum dicat quo existente sit etiam hoc: non tamen
 medium id, quod ante illud dicitur, uidelicet, causa, quæ reret profecto quispiam propter quid.
 Ut de defectione lune, aut tonitruo. si quispiam dicat, quod luna defecit. Quoniam hæc enuncia-
 tio est, non immediata, sed quæ potest quidem per medium aliquod concludi, & demonstrari, ra-
 tionale est interrogare dicentem, propter quid est id, quod dicit, uidelicet ob qualem causam de-
 fecit? Similiter tonitruum fuit propter quid? Etenim hæc utraq; habet media, & causas. At etiã
 si quis, & existente plenilunio, dicat, quod quoniam priuatio fuit luminis ex ipsa, ideo defecit hoc
 quidem existente dixit ipsam deficere, ut priuatione existente in plenilunio ipsa defecit non tamè
 medium dixit. Quare interrogandum est quamobrem, Similiter dum fit strepitus desuper toni-
 truum est. quæreret nempe quispiam quamobrem: propterea quod medium non dictum sit ui-
 delicet causa strepitus. Est autem lunaceque defectionis, terre interpositio causa. tonitruum autem ex-
 tingui ignem accensum in nebulis. Aut igitur de tali dicit conclusionem, aut de his quas, proposi-
 tiones præcedunt. non tamen, & indeficiens est syllogismus. ut anima semper mobilis est, quod
 semper mobile est, immortale est, anima ergo immortalis est. Nam hoc in loco, dicitur quidè his
 existentibus, hoc aliquid esse, non tamen proximum ipsi subiecto medium acceptum est: quod
 est seipsum mouens. Non enim immediate de anima ipsum semper mobile est, sed per medium
 ipsum licet igitur, & in hoc quæreret propter quid. Aut, ut inquit Alexander, de talibus profecto
 conclusionibus, esset mehercule ea ratio: qualis in libro de syllogismorum resolutione posita est
 connexis inter se præcedentibus propositionibus, ipsæ sequuntur. ut non ablata substantia, non
 aufertur substantia. partibus ablatis aufertur totum, partes ergo substantiæ, substantiæ sunt. licet
 enim & in talibus quæreret propter quid. ut derelicto medio, & in illis rationibus, quæ non utra-
 que propositiones accipiunt: sed sola una accepta, uel maiori, uel minori inferunt conclusionem ut
 omnis homo animal gressibile bipes est, Socrates ergo animal gressibile bipes est, aut quidam la-

sciue se ornat, mehus ergo, non enim in his medium, ut medium acceptum est tamen quod medium sit & acceptum sit. Non enim ad ambo extrema in propositionibus acceptum est. Quare licet & in his quærere propter quid. Aut mehercule diceret de suppositiuis, quæ prima existere dicunt esse secundam, Atqui prima est, & secunda ergo. conclusio enim in his infertur non tamen iam manifestum est, propter quid quod est interrogare in composito, & in assumptione, sicuti est in his omnibus, ita etiam in definitionibus, quæ a diuisione inueniuntur. ut si aliquis cum assignauerit quid est homo, animal dicat mortale pedes habes, bipes, implume. interrogaret nempe aliquis unumquodque horum, quæ nostro generi adiunguntur ad perficiendum definitionem, propter quid. Nam genus quidem petitur, & conceditur reliqua uero, quæ in hoc sunt, eligit quidem diuidens, & ostendit diuisione, sicuti ipse opinatur. ut cum hominem animal esse acceperit. Omne autem animal, aut mortale, aut immortale est. & quoniam non immortale homo est mortale ergo. Est autem interrogare propter quid. Quamobrem non immortale sit, aut quamobrem si non immortale, mortale sit. Et in omnibus similiter. Quare & omnis ratio nondum perspicuum est, si definitio sit. Et si uerificetur unumquodque ex quibus componitur: sed est interrogare propter quid hoc definitio est eo quod statim haud conspicuum sit ex diuisione, quod definitio sit. opus est enim aliqua ratione ad hoc. Quod igitur propositum fuerat manifestum est. quod quæuis ex diuisione ostensionem aliquam definitio habuit. tamen neque ipsa syllogismus est, neque syllogistice demonstrata est.

At uero neque per diuisiones uia syllogizat, quemadmodum in resolutione circa figuras dictum est.

Ostendit quidem per ea, quæ præaccepta fuerunt aliam esse demonstratiuam à definitiua, & definitionem à demonstratione diuersam, & diuersa inter se ea, quæ sub utrisque ostenduntur. Et præterea, quod non est definitionem demonstrari, aut penitus syllogismo concludi. Quoniam autem his, qui diuisione definitionem inueniunt, repræsentatione quandam hæc methodus præbuit, quod syllogizare uideatur. Argumentatur nunc simul medius fidius ostendens, quod & à diuisione diuersa est demonstratio: simul autem quoniam neque diuisione utentes in inuentione definitionis est syllogizare. iccirco inquit quod neque uia, quam ascendere conemur, diuisione utentes ad inuentionem definitionis syllogizat. & de hoc dictum est profecto ab ipso, etiam in libro de facultate propositionum, ubi debilem appellauit demonstrationem, diuisionem. Dicitur uero & nunc tanquam ad præsentem usum. loco autem dicendi in resolutoriis, ait in resolutione circa figuras: ex perfectiori enim parte tractatus illius nominat totum. nunquam autem & ex hoc animo expedientes interpretes causam tradiderunt, quod resolutiua, appellatus sit de syllogismo simpliciter tractatus.

Com. 71.

Nequaquam enim necessario fit rem illam esse, cum hæc sint.

Definitionem syllogismi tractat ad ostendendum non syllogizantem diuisionem: & inquit, quod syllogismi, quidem proprium est, quod cum aliqua sint ex necessitate, sequatur. Diuisio autem non habet quicquam ex necessitate sequens, positis quibusdam, non ergo diuisio syllogizat.

Com. 72.

Sed, sicut neque inducens demonstrat.

Ex tribus his argumētis, à maiori, à minori, à simili. hoc quidem à maiori in refutationibus accipitur. hoc autem à minori in probationibus. hoc uero à simili & in refutationibus, & probationibus. Si enim quod magis uidetur, non est, multo certe minus, quod minus, & si quod minus uidetur est. multo magis, quod magis est. Atque si quod similiter se habet est, aut non est: eodem modo quod similiter est. Ut similiter igitur se habentem quodammodo secundum propositum diuisioni inductionem hoc in loco accipit. Neque enim inductio necessario habet acceptis singularibus uniuersale sequens. Neque uero diuisio cum exposuerit cōtradiuisa necessitatem ullam infert per expositionem, ut propositum, uni eorum, quæ contra diuiduntur inferatur.

Com. 73.

Non enim oportet conclusionem interrogare, neque in concedendo esse, sed necesse est esse, cum illa sint, et si non asserat respondens.



Com. 74. Quod non oporteat conclusionem interrogare dupliciter potest intelligi, aut diuidentē, aut rationes ex ipsa suscipientem. Si quidem igitur diuidentem, non oportere, interrogare, dicamus, ita intelligemus, non ut interrogante ipso, sed ut ita dubia concludente, & si concludere ipsum penitus dicamus, ut uideatur interroganti, propterea quòd concludet incerta. Nam sicuti ad interrogantem potest respondens, quam uult partem contradictionis respondere, nec secus etiam ad ita concludentem. Si autem ad rationes suscipientem, sic par est intelligere, quòd non oportet at conclusionem interrogare: Cum enim incerta sit in diuisione conclusio, eo quòd non habeat necessitatem consequendi, is, qui rationes suscipit facultatem habet, aut interrogandi propter quòd aut concedendi compositum. Quo circa inquit, quòd non oportet ita se habere id, quòd syllogistice concluditur: ita ut facultas sit condiscutandi, id quòd uelit eligendi, uel interrogandi propter quid, uel concedendi esse secundum concessionem: sed ita se habere, quòd necessarium sit, cum ea, quæ posita fuerint sint: nullam rationem esse disputantis, aut confessionis, aut negationis, quantum in conclusionem, quoniam propositiones positæ fuerunt.

Vtrum homo animal est, aut inanimatum, postea, accepit animal, non syllogizauit, iterum omne animal aut gressibile, aut aquatile, accepit gressibile.

Com. 75. Exemplum hoc est, per quòd ostendit diuisionem, ut procedat, & quomodo interroget, atque concludat. Nam ex proximiori genere incipit: Cūq; ipsum & secundum ipsum interrogauerit, hoc quidem dimittit, illud uero accipit, nullam necessitatem inferens, postea iterum ipsum differentiis, quæ sub ipso sunt, diuidens, idem etiam in his facit, omnis quidem interrogans: accipiens autem, quam uult, nequaquam necessarium inferens, sed in idem accipiens, ut si hominem definire proponatur, de genere interrogat prius, nunquid homo animal sit, aut inanimatum. Deinde de nullo facto syllogismo accipit animal. hoc autem acceptum subdiuidit. Vtrum uero omne animal, aut gressibile, aut uolabile, aut aquatile sit? Deinde accipit gressibile, neq; hoc in loco ullā inferens necessitatem. Et fortasse quispiam non ab re summptionem illam esse diceret, euidentiā rei habentem, sed non ob id syllogistice infertur conclusio, quoniam id, quòd accipitur euidens est: quamuis hoc concederemus. Atqui non in omnibus, hoc est, sed non nulla sunt, quæ & generis habent, & differentiarum non modicam ambiguitatem. Sicuti quando uirtutis genus quaeritur, & differentię definitionem perficientes, & in aliis quoniam compluribus reperiret aliquis huiusmodi difficultatem.

Et hominem esse totum animal gressibile, non necesse est ex positis, sed accipit ex hoc.

Com. 76. Non solum, inquit, in parte decerpens ea, ex quibus quòd quid est componitur, accipit illorū unum quòd non syllogizans: sed etiam omne simul compositum, nō ex necessitate secundū diuisionem sequitur uerum id quoq; accipitur.

Differt autem nihil in multis, aut in paucis, hoc facere: idem enim est.

Com. 77. Quoniam pauca erant, quæ in exemplum accepit. Duo, n. fuerunt sola, gressibile, & bipes aut iccirco inquit tanquam aliis opus sit, aut simpliciter nec differre, & si plura, paucioraue sint, quatenus colligentia, & definitionem perficientia sunt, idem enim fit & in ipsis, & in composita ex ipsis definitione, nam omnia accipiuntur, & nihil est, quòd syllogistice concludatur.

Non syllogisticus quidē igitur, ex usus fit sic procedentibus, ex in his, quæ syllogizari cōtingūt.

Com. 78. Adhuc idem ostendit à maiori argumentans, tantam enim inquit diuisio abest à syllogizando, ut utentes ipsa, non modo ea, quæ ad syllogizandum difficultatem quandam habent eorum quæ perficiunt definitionem, uerum etiam quæcunq; facilia sunt ad syllogizandum, hæc quoq; non syllogistice accipiant. Sic, n. procedentibus inquit, uidelicet diuisiue definitionis inuentio nem tractantibus, in syllogisticus usus fit, & in illis ipsis, quæ possunt syllogizari, ut animal cum per medium sensibile syllogizari possit, in syllogistice accipitur. Rursus bipes medium, quòd naturam recti habeat, homo natura rectus est, omne quòd natura rectū est, bipes est. Omnis ergo homo bipes est, accipitur autem, & bipes ab his, qui diuisiue procedunt in syllogistice,

Quid

Quid enim prohibet hoc verum quidē esse totum de homine: non tamē quod quid est, neq; quod quid est esse ostendere.

Illud ENIM, hoc in loco ponitur pro, autem, non enim hoc præcepti confirmatiuum est, **Coñ. 79.** sed alterum per se argumentum est. inquit autem, quod quamuis concederemus sumptam rationē, & secundum partem, & simpliciter de proposito definito dici: tamen nulla necessitas est, ut definitionem quoq; de ipso dici. Non enim omnis ratio, quæ uere de ipso dicatur, iam definitio est illius de quo dicitur. Nam licet quoq; ex accidentibus componi rationem, & re uera prædicari de aliquo. Atq; ex his, quæ sunt in eo quòd quid est. non tamen etiam cōverti. Et multæ sunt obseruationes circa definitiones: Quibus etiam seruatis, non erit ipsius quod quid est composita ratio, & si de definito uerificetur.

Amplius quid prohibet opponere aliquid aut auferre aut transgredi substantiam.

Dupliciter quod dictum est potest intelligi, aut enim referenda ad definitionem, aut ad diuisionem, siquidem ad definitionem, erit assignatio ad proximum. Cum enim dixerit uere quidē dici compositam rationem de definito, non tamen esse ipsam quod quid est: Modos ponit quosdam, secundum quos contingit fieri. Nam appositio alicuius ex materia sumpti, aut accidentis simpliciter, facta substantialibus: impedit esse rationem in eo quòd quid est. ut si animali rationali mortali, mentis, & scientiæ susceptibili, apponatur latunguium, uel risibile, grammaticū ue, uel aliquid huiusmodi: Oportet enim quod quid est ex substantialibus componi, & specificis quia, & substantia ratio ipsius quid est esse, & forma est. Aut ablato aliquo, deficient definitio fit, & non conuertitur cum definito. ut si quis dicat animal rationale, esse hominem, se mouens reliqua, aut transgrediens eorum, quæ in medio sunt unum, aut plura, non omnem substantiam percurrit: ut si quis dicat hominem esse animal mentis, & scientiæ capax. & hæc sunt si ad definitionem dictum accipiemus. Si autem ad diuisionem alterum erit hoc per se, & ita intelliget. Quid autem uetat aliquo modo in deceptionem diuidentem incidere, aut ex materia acceptas differentias, uel etiam in diuidendo apponentem accidentia, aut auferentem aliqua, & non percurrētem secundum differentias omnia, in quæcunq; diuiditur id, quod diuiditur, uel aliquid eorū, quæ in medio sunt transgredientem. quorum alterum quidem secundum latitudinem: alterum autem secundum profunditatem diuisionis aptum est fieri. par est autem illud ALIQUID intelligere proprie secundum unumquodq; in appositione quidem, aliquid differentiarum aut accidentium simpliciter: in ablatione autem, & transgressione, aliquid substantiæ, idest substantialiū, quæ proprie cum ipso definito collecta substantiam ipsius perficiunt. Videretur autem utraq; hæc, hoc scilicet, & quod ante hoc est, ad propositam minime dici. Dico autem quòd definitio non ostendatur per syllogismum: aut non syllogizetur diuisio: sed ad id, quod syllogismi per diuisiones reperiantur.

Hæc quidem igitur dimittuntur. ¶ Contingit autem soluere in accipiendo in eo quod quid est omnia, & deinceps diuisione facere quæ situm primum, & nihil relinquere. **Tex. c. 14.**

Dicta quidem, inquit, siue secundum definitionem, ut primo dictum est. siue secundum diuisionem, ut secundo: relinquuntur, uidelicet secedunt, & dimittuntur fieri propter negligentiam uel etiam peritiam diuidentis. tamen non sunt insolubilia crimina, nec incurabilia peccata: sed cōtingit hæc soluere, & curare. Nam si ordine diuidat aliquis omnia quæ in eo quòd quid est sunt, idem autem est dicere, quæ secundum substantiam prædicantur ut, nihil relinquatur neq; secundum latitudinem, neq; secundum profunditatem: Nullus dictorum errorum accidet. Oportet, autem sic intelligere illud OMNIA IN EO QVOD QVID EST ut sint omnia quæ diuiduntur in eo quòd quid est. Quæ formalia sunt, & nihil, neq; à materia sit neq; accidente. Vt & omnia sint huiusmodi, & nihil talium prætermittatur. His enim duobus præceptis tres cortex er rores. Si autem omnia in eo quod quid est, sunt: non oportet terreri, quòd differentia in eo quod quale quid est prædicatur, generi enim coniunctæ in eo quòd quid est dicuntur etiam ipsæ. quia omnis definitio ex genere, & ipsis constituta, est quod quid est. itaq; secundum definitionem oportet talia omnia accipere, uidelicet formalia, & in eo quod quid est, nihilq; ommittere eorum, quæ



perficiunt definitionem. necnon secundum diuisionem idem facere. Omne enim quod diuiditur in inuentione ipsius quid est, genus esse debet, & in omnia diuidi, quæ sub ipsum referuntur per medias differentias. Nam ex initio quidem genus simplex petitur, & accipitur. postmodum differentia substantiali, & specifica ipsi addita, species est perfectiua prioris, genus autem posterioris. Sicq; semper, quousq; in indiuiduam speciem deueniemus, uidelicet rationem cum definito æquabimus, & hoc est quæsitum quid est.

Hoc autem necessarium est, Si omne in diuisionem cadit, & nihil relinquit.

Com. 82. Quod nihil relinquatur necessario, inquit, sequitur. Si omne, quod quidem genus sit, incidit in diuisionem. id est in diuisione accipitur, cum nihil diuidens relinquat, nec secundum latitudinem, nec secundum profunditatem, Dum enim ita indefectuosè fiat diuisio, neq; secundum definitionem, neq; secundum diuisionem dictorum nullus accidet eorum. Aut non simul oportet & in eisde intelligere illud OMNE IN DIUISIONEM CADERE, ET NIHIL RELINQUERE, sed hoc quidem in latitudine, illud uero in profunditate. Ut neq; diuidèdo superiora quicquam relinquatur eorum, quæ sub ipsis sunt, sed omnia percurrantur. Ut animal diuidentes in gressibile, uolabile, & natatile, & non usq; ad duo dilatetur, relinquentes unum. Rursusq; secundum profunditatem ut non usq; ad gressibile stetur, & animal gressibile fiat ratio hominis. sed oportet quoq; diuidere ipsum in depes, bipes, & multiples. sic enim cum perfectum iuenerimus, non amplius indigentiam diuidendi habebimus. nam hoc modo cõsequens erit id, quod inferit.

Hoc autem necessarium est, indiuiduum enim iam oportet esse.

Com. 83. Prius quidem necessarium, ut necessario sequens, dictum est. hoc autem posterius quatenus necessitatem significat, positum est. Necessario. n. sic diuisiones facere debemus, ut nihil deficiat descendentes. Regula autem huius iudicii est, per quã quòd nihil deficiat, dignoscemus. Si quidè in indiuiduum deueniemus, uidelicet quando extremum fuerit, quod postremo acceptum est, & statim conuertatur cum definito. ut non amplius in alia diuidi possit, neq; aliquid reperiri, quòd prædicetur de definito in eo quòd quid est. indiuiduum autem dicitur, aut ratio constituta ex diuisione, quatenus non indiget sectione, propterea quòd iam conuertatur cum proposito definito aut forte extrema differentia, quæ & proprie soli proposito, & nulli alii inhæreat, ut mentis, & scientiæ susceptibile, ipsi homini, quæ neq; in plura secari potest. propterea quòd in pluribus speciebus non inueniatur. Aut fortasse, & si aliqua fuerit differentia cõsiderata in pluribus, hæc autem postremo addita, conuertitur totum cum proposito. & dicitur indiuidua nõ simpliciter, sed in hac tali ratiõ. quam cessare fecit sua ipsius adiunctione, à diuisione, & sectione, ut in ipso animal gressibile bipes ipsum bipes.

Sed syllogismus tamen non est, at certe alio modo cognoscere facit.

Com. 84. Haud incorrigibilia quæ in diuisione peccata sunt, neq; inutilis talis methodus ad cognitionem est. sed ex hac cognoscimus, sic ipsam, quemadmodum dictum est apprehendentes, sed tamen nõ ideo diceremus ipsam syllogizare. Nam tamen si cognoscere facit alio modo. tamè per syllogismum hoc non facit. hoc. n. propositum fuerat ex initio. Quare quamquam interdum digredientes de ipsa dubitauimus: iterumq; dubitata soluimus. Reuertètes rursus ad priora, dicimus, quòd quãuis cognitionem prebeat, & in definiendo accadat diuisio: tamen non syllogizat. Sicuti ipsam tractantes demonstrauius. Sic autem construere literam aptius est. At si quidem cognoscere facit, alio modo. ut subintelligatur illud FACIT in hoc quoq;. Non ab re autem uisum fuit a proposito digredi aliquantulum, & addubitare de diuisione, infirmam redarguēs ipsam. postmodum confirmare eandem per solutiones, & ostendere methodum quoq; ipsam esse ad scientiam confidentem. sed ut ostenderet à syllogistica, & demonstratiua contineri: At esse nonnullos etiam præter ipsam doctrinæ modos. Quare non contemnens diuisiuam, uideretur mehercule non immerito dicere, quæ quidem de ipsa dicit. sed potius constituens, ac confirmans ipsam, quod per se fit absq; ipso syllogizari.

Et hoc quidem, nullum est absurdum, neq; enim inducens fortasse demonstrat.

Nullum

Nullum inquit fortasse absurdum est, neq; præter opinionem, dicere cognitionem quidem præbere diuisionem non tamen syllogizare. Nō enim omnis cognitio ignotæ alicuius rei per syllogismum fit, Ecce enim & inducens quidem cognoscit ex particularibus uniuersale confirmas. Attamen non syllogizat. communius autem illud *FORTASSE* hoc in loco posuit. Com. 85.

Sed ostendit aliquid, Syllogismum autem non dicit, qui ex diuisione eligit definitionem.

Videretur profecto magis consequens esse ratio. si contra acciperetur. syllogismum quidem non dicit definitionem ex diuisione. sed tamen ostendit aliquid. Qui enim ex diuisione inquit constituit definitionem. syllogismum quidem non dicit, ut dictum est, sed declarationem rei, & cognitionem præbet. Si uero uelit aliquis esto etiam per hyperbaton. Ostendit aliquid, qui ex diuisione eligit definitionem. sed tamen syllogismū nō dicit. Nāq; erit hoc sequētib; magis propriū. Com. 86.

Sicut enim in conclusionibus, quæ sine medijs sunt, Si aliquis dicat. Quoniam his existentibus necesse est hoc esse: contingit interrogare propter quid: sic et in diuisiuis definitionibus. Quid est homo: animal mortale pedes habens bipes, sine pennis: propter quid secundum unamquamque appositionem. Dicit enim et monstrabit diuisione, sicut opinatur, quod omne animal, aut mortale, aut immortale sit. huiusmodi autem ratio omnis, non est definitio. Quare et si ex diuisione demonstrata sit, tamen hæc definitio non fit syllogismus. Tex. 5.
Tex. c. 16.

Id quod deinceps dicitur, ex prioribus dictis, iam manifestū est. Et copiosiori nō indiget oratione. neq; enim constructio difficilis est. Et discursus omnis illic ostensus est. Et quasnam sit dicere conclusiones sine medijs, in quibus licet ingreere propter quid. & quomodo quibusdam existentibus, ipsæ profecto esse dicerentur. & ubi locum habeat interrogatio, & quomodo illis similiter, in singulo eorum, quæ ex diuisione inueniuntur, in definitionis compositionem, & eorū: quæ prioribus adiunguntur, scilicet posteriorum, est interrogare propter quid. Et in toto definitionis composito. & quod nulla necessitas est definitionem dicere proprie, ut in syllogismo est uidere post propositionum positionem, necessario sequentem conclusionem. nec non quod definitio, non est syllogisticus, & si per diuisionem ostenditur. sufficienter dictum est, & non oportet eandem rem iterum, atq; iterum repetere. sed iam deuenire ad sequentia. hoc tamē haud quam silentio prætermittens, quòd diuisiuis definitiones dicit, quæ ex diuisione inueniuntur. & quando dicit, talis autem ratio omnis, non est definitio, æquipollens est rationi huic, ac si diceret, non est ostensum syllogistice, quod definitio sit. Atq; hoc conspicuum est ex eo, quod inferitur. quod & si diuisione demonstrata sit, tamen hæc definitio non fit syllogismus, quæ quidem ex intio quærebantur, si neq; syllogismus est, neq; syllogistice ostenditur. Com. 87.

Sed utrum sit etiam demonstrare, quod quid est secundum substantiam, ex suppositione aut accipientem quod quid est esse, quod ex proprijs est, quæ in eo quod quid est sunt. hæc autem in eo quod quid est sola sunt, et proprium omne.

Cum definitionē ostendere proposuisset, demonstrationi minime, nec prorsus syllogismo subiectam esse. Omnem modum percurreret, per quem par sit arbitrari aliquam demonstrationi, & syllogismo definitionem supponi, & pauloante quidem, cum duos proposuisset, refutauit nequam demonstrantes. aut omnino syllogizantes definitionem. Isti autem fuerunt, alter quidem per conuertibilia: alter autem per diuisionem. tanquam in transitu uero & inductionem non syllogizantem confutauit, eo quòd quamuis aliquis dicat in parte ex ipsa definitione constitui, ex his, quæ sub definito sunt confirmatam uniuersaliter inesse definito, partium definitionis unam quāquam, & definitionem totam compositam ex ipsis, tamen neq; hoc modo definitionē demonstrari. Quoniam neq; inductio syllogizat. inquit autem & de alteris duobus, quos etiam nominat ex suppositione: non quòd & ambo suppositiue syllogizent. sed prædicatiuus quidem prior est. Quoniā autē, cū prius quoddā supposuisset, ipse quoq; tanquā cōfessum principiū, sic postea syllogizat. postquā suppositioni propositionē alterā adiūxit. huius gratia & ipsam ex suppositione nominat. Nā cū aliq; supposuerit, & eē definitionē acceperit, rationē ex proprijs, quæ in eo quòd quid est sunt, compositā, idem autē est dicere ex proprio genere, & proprijs differentijs subiecti. habens autem coordinata nonnulla huiusmodi ipsi proposito inherētia: & adiungēs acceptis pro-



positionibus illud QVOD HÆC AVTEM IN EO QVOD QVID EST SOLA SVNT ET
 PROPRIVM OMNE, Arbitratur sic demonstrare definitionem. hoc dicens esse. quod in sit de/
 finito. quod eadem significat. Rursus sane & iste, in principio petit. & quærens quod quid est eē
 accipit hoc in propositionibus. Si enim concederemus hæc composita quod quid est esse subie/
 ctum, quid aliud concessimus? quam definitionem esse ipsius quod quidem erat id, quod quæ
 ritur. Nam si quærentes hominis definitionem, habemus congregata de ipso, animal gressibile
 pedes habēs, bipes, implume. Deinde supponamus, idem autem est dicere, ut principium suppo
 situm accipiamus. Quoniam omnis ratio ex propriis in eo quòd quid est subiecti composita, de
 finitio est. Ratio autem, quæ dicit animal gressibile pedes habens bipes implume, ex propriis in
 eo quòd quid est ipsius hominis componitur. Ratio ergo ista definitio hominis est. quid aliud
 diximus? quam quòd ratio ista definitio hominis est. Omnis definitio alicuius, definitio ipsius
 est. Ratio igitur ista definitio hominis est. idem enim est dicere definitionem, & rationem in eo
 quòd quid est definiti compositam. Quædam autem sunt, quæ dicimus propria, in eo quod qd
 est, aut proprium proprii generis, & ipsi congruentes differentias. Quibus conuenientibus inter
 se, tanquā ex partibus totum, quod quid est, & definitio constituitur. Hæc autem propria, non
 ut conuertibilia cum unaquaq; specie dicuntur, sed ut propria ipsius. & si nihilominus, quā
 ipsi, & aliis, fortasse propria sint. Quoniam & uniuscuiusq; speciei genus familiare ipsius, & pro
 prium est. Vt proprium hominis genus, animal est. Et uirtutes, habitus, & geometricæ, scientia
 atq; aliud aliud. Non solum autem ita definitionem, demonstrare dicens in principio petit, quòd
 alienum à demonstratione est, sed etiam utilitatem syllogismi aufert cum instrumentum sit sci
 entis, & semper conferat alteri tanquam finis. Non enim positorum alterum concludit, eo quòd
 hæc sint. sed diuersa accipit ipsa, & ea quæ inuicem ponuntur, necnon, ad ipsam conclusionem.
 Quod autem hoc à demonstratione propterea, quæ conuertuntur cū definitione, dissimile uel
 maxime sit, perspicuum est. Nam illic quidem aliud quod medium accipitur, definitio esse uide/
 batur, atq; aliud, quod per illud ostenditur, hic autem non aliud, sed idem. Definitionem enim
 huius, medium accidit: & definitionem huius, ostēdet definitionem esse ipsius. Quod autem su/
 pfluū quoq; sit definitiōis definitionē accipe in definiendo ex ipsa ad syllogismū ostēdit similitu
 dine. Nam sicuti syllogizantes nos de aliquo non opus est syllogismi definitionem accipere, sed
 solum propositiones ponere, aut utraq; uniuersales, aut hanc quidem uniuersalem, hanc uero
 particularem. sicq; inferre positis ipsis conclusionem, definitionem autem syllogismi præconfe/
 sam habentes. non adducere ipsam in propositionibus. At si quidem aliquis contradicat, quòd à
 nobis proprium syllogismi, haud obseruatum sit. Tunc in medium afferre definitionem syllo/
 gismi: & persuadere ipsi instanti, quòd animaduertimus omnia, quæ quidem in syllogismo ser/
 uantur. Sic sane & in definiendo (definitionem. n. demonstrare, nihil aliud est. quā definire) non
 est opus in medium adducere definitionem definitionis, uerum habemus quoq; hanc cōfessam.
 Sed quando definiētib; nobis quispiam instaret, quòd proprium definitionis, non obseruau
 mus. tunc uti definitione definitionis, & ostendere nos hanc obseruasse in definiendo. Quia dice
 re quòd ista ratio sit ex propriis in eo quòd quid est, & quòd quæ ex propriis in eo quòd quid
 est ratio est, definitio sit, Nihil aliud est, quam definitionem, accipere definitionis. Definitio enim
 ratio est ex propriis in eo qd qd est. & iste quidem, alter modus eorū, qui ex suppositione appel
 lati fuerunt, satis refutatus est. quòd definitionem ostendere non potest. Suppositiuus autē alter
 est quatenus sic quoq; syllogizat. idest ex suppositione, Qui neq; ipse ut ostendetur, definitionis
 recte facere demonstrationem potest, quāquam nō ita illud EX SVPOSITIONE accipiamus
 sed quemadmodum solet dici. neq; hoc modo definitio demonstratur, sed petitur ex principio,
 itaq; syllogizari cogitur. Atq; exempla huius sunt ut definita quidem malum, & bonum, ut de/
 finitiones autem diuisibile, & indiuisibile. Dicimus igitur si malo esse, est diuisibili esse, huic ue/
 ro contrario esse, est contrario esse. Est autem malum contrarium bono. Est ergo bono esse. con/
 trario esse malo. Erat autem malo esse diuisibili esse. bono ergo est indiuisibili esse. Contraria. n.
 sunt diuisibile, & indiuisibile. Primum quidem igitur ratio non in omnibus præualebit defini/
 tis. Quare omnia ita definiētia contraria de contrariis supponunt. Sed in quibus solum contrarie/
 tas inuenitur. in quibus autem non minime. Deinde hoc etiam in loco. ut & quod quid est esse
 ostenderet. accipit quod quid est esse, & si uero quispiam dicat, quòd alterum accipiens, alterum
 demonstrat (id autem non est absurdum) sed primum quidem neq; ipsum manifestum est, quod
 accipitur.

accipitur. Nihilominus propositi, quæsitum est, postea etiam si idem oporteat ostendi, per contrarium ostendetur, ut per inuicem eadem ostendantur, quod à scientia alienum est. Accipere enim permittitur quidem in demonstrationibus, etenim in ipsis aliud de alio prædicatur, quod certe non esset, nisi quid in ipsis acciperetur. Non tamen idem illud est, quod accipitur: & quod ostendi proponitur, sed neque cuius eadem ratio est, ut ostensiones inuicem cõuertantur. Et huius accepti, & per quod acceptum est, sed alterum quid, & aliter se habens, sicque prædicationes fiant. Dicere autem idem est, accipere propositiones, alterum medium ponentes terminorum, quos habere oportet conclusio, quod aut utrorumque erit prædicatum, aut utrorumque subiectum, aut huius quidem hoc modo, huius autem illo. Quod sane & ad definitionis demonstrationem quam maxime proprium est, quatenus uniuersaliter definito, & affirmatiue inest. Hæc quidem igitur ad unumquemque dicta sunt modum, Communiter autem & ad ex diuisione dicentem ostendere definitionem, & ad eum, qui ex suppositione, est dicere. Quoniam nulla necessitas est, quamuis secundum unum prædicata uerificentur de definito, ut & secundum omnia. Tanquam liceat ostendere quod quid est ipsum. Neque enim, qui ex diuisione elegerit ipsi homini animal, & bipes, & gressibile, necessitatem ullam ex acceptis infert, ut unum sit totum prædicatum sed contingit separatim de illo solo prædicari unumquodque; Animal, & gressibile, & bipes, non tamen etiã simul ut unum, animal gressibile bipes, sicuti etiam si diceremus hominem ipsum musicum, & grammaticum, quæ non contingit unum fieri. Neque suppositiue ostendens definitionem, si petere in principio cauens, non aggregatam contrarii definitionem accipit, sed cum secundum unum inesse ipsi contrario posuerit, contrarium ipsi accepto semper contrario inesse syllogizaret, non poterit assignare propter quid, hæc ut unum cõponuntur, & quod quid est perficiat propositum, contingit enim, sæpenumero solum diuisim unumquodque, sed non & omnia, ut unum, de subiecto prædicari. Quare petet hoc, non demonstrabit. Verum & in dicente secundum alterum modum ex suppositione, idem est. Neque enim iste assignabit propter quid definitio sit ex propriis in eo quod quid est, neque de unoquoque eorum, ex quibus composita est, propterea quod in eo quod quid est, dicit, sed unumquodque in eo quod quid est esse petet, & omne quid est similiter.

Sed utrum sit demonstrare quod quid est secundum substantiam; ex suppositione autem accipientem quod quid est esse, quod ex propriis est in eo quod quid, hæc autem in eo quod quid est sola sunt, & proprium omne.

Quod quidem, inquit, neque per conuertibilia, neque per diuisionem definitionem contingat syllogizare, iam ex dictis manifestum est. Nunquid autem alio modo sit hoc facere eos, qui suppositi fuerint aliquid, ueluti sumptum, atque huic alterum applicassent, concederemus concludere definitionem, id uero, quod supponitur, sumptum est, quod omne, quod ex propriis cuiuslibet definiti componitur, hoc definitio est. HÆC AVTEM IN EO QUID EST SOLA SVNT, ET PROPRIVM OMNE & conclusio est, quod hæc ergo definitio sunt hominis, quam ipse præterit, tanquam perspectam. Et ipse quidem est discursus literæ, oportet etiã percurrere partes ipsius, quod quid est, secundum substantiam, dixit, Quoniam est assignare quod quid est, non secundum substantiam, ex materia, aliqua, aut ex accidentibus simpliciter accipientes, ut in descriptionibus fit, sicuti, si diceremus hominem animal recte ambulabile, latunguium, risibile. Ex materia enim tales differentie sunt; non tamen ex forma acceptæ fuerunt. Quamobrem ipsum quidem quid est per ipsas assignatur, quoniam generi applicantur, non autem secundum substantiam. Quia ex forma non sunt, forma enim substantia & uniuersaliusque, & formalia oportet esse, quæ in ostensionem formæ accipiuntur. Similiter qui assignauerit, quid est Socrates: quod uir est caluus concauus, simus, & similia, quid, mehercule sit dixit, non tamen secundum substantiam, quoniam nihil substantiale accepit. Cum autem in præsentia de his, quæ ita assignantur, non agat, sed de ipsa proprie definitionem, iccirco inquit, quod quid est secundum substantiam, disiungens definitionem ab illis. Nunquid igitur, inquit, sit hæc demonstrare. EX SUPPOSITIONE AVTEM, id est non secundum ullum priorum modorum, sed ex suppositione accipientes, uti suppositiones secundum scientias accipiuntur, ut in geometria duæ rectæ lineæ spatium non continent, & ab omni puncto in omnem punctum rectam lineam duci, & omni centro, & spatio circuli circumscribi. Etenim principia hæc geometrica sunt. Quæ tamen non ita se, ut dignitates, habeant, ita

Com. 89.

I. 27.

Com. 90.



ut à seipsis hæc discipuli proponāt, sicuti illas. tamen à magistris accipientes suscipiūt. Nunquid igitur est, uelut in suppositionis ordine accipientes quidem esse, quod quid est esse. idem autem est dicere definitionem, quod est ex propriis in eo quòd quid est. idest illud esse definitionem, quod ex propriis in eo quòd quid est compositum est. uidelicet ex propriis substantialibus prædicatis cuiuslibet definiti. non enī propriis talibus, qualia sunt conuertibilia. sed propria in eo, quòd quid est. proprium genus subiecti dicit, & proprias ipsius differentias. quæ conuenienter composita proprium omne perficiunt, ut conuertatur. hic autem sumpto, atq; huic suppositioni, adiungitur illud alterū. HÆC AVTEM IN EO QVOD QVID EST SOLA SVNT, ET PROPRIUM OMNE. hoc enim est minor syllogismi propositio. Dicitur autem ueluti de aggregatis quibusdam, & inter se compositis in unius rationis perfectionē, quòd hæc autē sola in eo quòd quid est sunt. uidelicet quatenus omnes, quæ in eo quòd quid dicuntur de subiecto potentia, illuc reducuntur, & nulla relinquitur. Nam quāuis proximum genus definiti, & proximas ipsius accipientes differentias in definitione, possumus æqualiter accipere, & alia ultra accepta: quæ & ipsa in eo quòd quid est de definito prædicari possunt, tamen potentia etiam illa accipiunt, quatenus in acceptis spectantur. Qui enim animal in eo quòd quid est de homine prædicauerit, & substantiam animatam, & sensibile de ipso predicauit. Quare omnia illic, quæ in eo quòd quid est sunt, accepta sunt: Alia quidem potentia, alia uero actu, quatenus hæc in eo quòd quid est de finiti sunt, & nihil relictum est, proxima omnia accepta sunt. Vel sic quoq; illud SOLA Quod etiam si sola illa sufficiunt, quæ accepta sunt, ostendere quod quid est, cum de subiecto dicantur, tamen oportet etiam, & ex omnibus illa sola conuertantur cū definito. Vel propterea, quòd maior propositio habeat prædicatum quidem definitionem subiectum autē id, quod ex propriis est in eo quòd quid est. iccirco dixit, quod hæc sola in eo quòd quid est, & proprium omne. idest & singulum proprium, quatenus proprium genus est, & propriae differentiae, & proprium omne, quatenus conuertitur. Nam si non ex propriis, & genere, & differentiis composita sit, non profecto conuerteretur, & si in eo quòd quid est sint ea, quæ accepta sunt, substantia enim animata sensibilis, quæ est ex his, quæ in eo quòd quid est sunt, non solum quidem de animali, uerum etiam de homine dicitur. prædicantur enim illa etiam de hoc in eo quòd quid est. Eorum enim quæ de subiecto dicuntur, quæcunq; de prædicato dicuntur, hæc etiam de subiecto dicuntur. sed de animali quidem propria simpliciter, de homine uero in eo quòd quid est quidem, non tamen simpliciter propria. Aut superius illud PROPRIIS pro eo, quod est propria constituentibus, posuit. uidelicet propriis, tanquam sua ipsorum compositione, proprium cū subiecto omne, & conuertibile perficiētibus, & hoc in loco illud PROPRIUM OMNE est, quatenus, ex compositis perficitur. ut ratio sit talis. omne, quod est ex his quæ in eo quòd quid est, faciunt proprium, definitio est. Ratio ista ex his est, quæ in eo quòd quid est faciūt propriū. ista ergo ratio, definitio est. illud autē HOC ENIM EST ESSE ILLI æquale ē huic HÆC ENIM DICENTES DEFINITIONEM SYLLOGIZAVIMVS. Quoniam hoc est esse definito, quod quidem ratio declarat ex his, quæ in eo quòd quid est sunt, composita & propria existens cum ipso, & conuertibilis. sicuti dignotio est maioris propositionis quod recte sumpta sit. Hoc enim est esse cuiuslibet definitionis, quòd sit ex propriis in eo quòd quid est.

T.c.27.

Aut iterum accepit quod quid est esse. Etenim in hoc necesse est ostendere.

Cōm.90.

Rursus, inquit, idem inconueniens est hoc etiam in loco, quod sane & prius fuit. Nam qui hæc dicit accepit id, quod quæritur in hoc etiam modo, aut syllogismo: quid sane & in superioribus factū fuit. illud enim HÆC AVTEM IN EO QVOD QVID EST SOLA SVNT, ET PROPRIUM OMNE idem est cum hoc HÆC AVTEM DEFINITIO SVNT, nam nihil aliud est definitio, quam ex propriis in eo quòd quid est omnibus propria ratio. illud uero NECESSE EST PER MEDIUM OSTENDERE tale est. quod hoc medio accepto, necesse est per hoc ostendere, quod definitio est. Medium autem istud nihil aliud est, quam definitio. Quare hic quoq; ab initio accepta est. Si enim proponatur definiendus homo. Dicat uero aliquis, quòd animal gressibile bipes hæc in eo quòd quid est sola sunt, & propria ratio hominis. Omne autem tale, quòd quid est esse est. ista ergo ratio, quod quid est esse hominis est, quod initio petierat. Dicendo enim quòd hæc in eo quòd quid est hominis sola sunt, & propria ratio ipsius, idem est dicere definitionem esse ipsius. Ut ratio talis sit, Animal gressibile bipes definitio est hominis omnis defi-

nis definitio alicuius, Definitio ipsius est, animal ergo gressibile bipes, definitio est hominis.

Amplius, sicut neq; in syllogismo accipitur, quid est, ipsum syllogizare. Semper enim tota, aut pars propositio est, ex quibus syllogismus est. sic neq; quod quid est esse oportet inesse in syllogismo. sed seorsum hoc à positis esse, et ad dubitantem, si syllogizatum est, vel non. hoc respondere quod hoc quidem enim erat syllogismus. et ad eum, quod quid est esse syllogizatum non sit; quod ne; hoc enim à nobis positum fuerat quod quid est esse.

Prius quidem crimen, commune præacceptis modis est. hoc autem proprium est eius, quod nunc proponitur: sicut autem, crimen transgressionis alicuius, eorum, qui ita definitionem syllogizare conantur, hoc infert. Complures enim modi quæstionis sunt, per quos nō perfecta quædam reperiuntur ut quærimus & per diuisionem, & per resolutionem, ac per demonstrationem necnon simpliciter per syllogismus: Atq; harum unaquæq; methodū subdiuisiones habet multas, pleriq; enim diuisionis modi, & resolutionis sunt, & syllogismi similiter complures. Quod igitur Aristoteles sicut à syllogismo in eos, qui ita definitiuam accipiunt, infert crimen. id & ab omni methodo quæsitua inferetur. Neq; enim diuidentes, neq; resoluentes, neq; aliqua alia harum methodum utentes, in inuentionem alicuius definitionem methodi in quærendo, in medium adducimus. Sed solum si quis instaret posterius, post eius quod propositū fuit, perfectionem, quod recte methodo haud fuisset usi. Tunc forsitan opus est ipsius definitione, per quā ostendamus, quod à nobis quidem, id, quod conuenit methodo obseruatum est. Quod igitur nulla in methodo solet fieri. Quomodo id in definitiua faciunt? uideamus autem textū. Quem admodum, inquit, neq; in syllogizando definitio accipitur syllogismi. hoc enim est illud QUID EST IPSVM SYLLOGIZARE. Sic neq; quod quid est esse, uidelicet definitionem definitionis oportet accipere in definiendo, facere enim definitionem, aut inuenire definitionem definire est. Quod operari conantur, per dictum modum definitionem inuenire tentantes.

Semper enim tota, aut pars propositio est, ex quibus syllogismus est.

Hoc ostensiuum est, quod syllogismi definitio in syllogizando non accipiatur. Si enim acciperetur, nempe semper maior esset, aut minor propositio, earum duarum, ex quibus syllogismus cōponitur. in qua oporteret poni ipsius definitionem. idq; quod definitur esset profecto, ubi deberet poni definitio syllogismi. siue in maiori, quem totum dicit: siue in minori, quam partē appellat, eo quod oporteat regulam semper similiter se habere. Nunc autem hoc nusquam fieri animaduertitur. non ergo definitio syllogismi accipitur in syllogizando. Non ergo neq; in syllogismo de definitione oportet definitionem ipsius accipere. Duplex autem scriptura ponitur. Nam in quibusdam quidem exemplaribus, ita reperitur. Sic ergo neq; quod quid est esse. illo sane modo nullam habet difficultatem literæ constructio. secundum uero alteram positionem, illud, ENIM non probatiuum iudicabitur. sed expletiuum, pro uidelicet. Ut sit ratio hoc modo. sic sane neq; quod quid est esse, oportet inesse in syllogismo. sed esse quod quid est esse ipsius syllogismi, seorsum à positis, id est à propositionibus positis, & simul descriptis, ut ipsis consequatur id, quod quæritur. Et quasi aliquo interrogante. Si autem neq; in his, quæ nequaquā de nullo syllogizantur definitio syllogismi, in syllogizando de aliqua re syllogizabili? inquit quod quoad adhuc syllogizamus. & uiam in eius, quod quæritur inuentionem syllogistice perficimus, non opus est syllogismi definitione. postea uero expleto syllogismo. Si quis esset ambigens an regula à nobis syllogismi seruata fuerit, nec ne insurgere, & tunc proferre opportune definitionem syllogismi, ostēdetes, quod syllogizauimus. id enim definitio syllogizandi exigit, quod nos fecimus idem oportet facere etiam in definiendo, siue per syllogismum hoc siue aliter aliq; perficiat. post expletam uiam ducentem in perfectionem definitionis. Si quis esset asserēs, quod minime quod quid est esse ostensum sit. Tunc occasio est definitione uti definitionis, ostendentes per ipsam, quod quid est esse ostensum est. hoc enim esse, conceditur quod quid est esse. Planum est igitur ex dictis. quod neq; syllogismi definitionem par sit accipere in syllogizando, neq; definitionis in definiendo. uidelicet definitione probare. Addendum est autem, quod neq; in diuidendo, diuisionis, neq; in resoluendo resolutionis. aut forsità alicuius aliæ methodi in quærendo aliquid per ipsam.

Et si ex suppositione autem ostendat, ut si malo inest diuisibili esse. Contrario uero, quod con-

E iiii

Com. 91.

Com. 92.

T. 6.
Tex. c. 28.



trario est esse. quibuscunq; est aliquod contrarium. Bonum autem malo contrarium est. et indiuisibile diuisibili. est ergo bono esse, quod est indiuisibili esse.

Com. 93.

In alterum descendit modum suppositiue conantem de definitione syllogizare, sicq; inuenire ipsam. Et prius exponit exemplum, quomodo contingat procedere, ex suppositione definitione ostendendo, secundum hoc significatum ex suppositione. postea uero refutabit hunc quoq; tanquam minime consonum. illi uero ET SI EX SUPPOSITIONE AUTEM OSTENDAT oportet inbaudire, quod neq; hoc modo poterit recte definitionem ostendere, aut syllogizare. postmodum exemplum est. ut si proponatur ipse boni inuenire definitionem. huic autem est contrarium malum. postea supponamus mali definitionem, ita ut hoc modo procedat syllogismus ex suppositione. Si malo est esse, quod diuisibili est esse. huic autem contrarium est bonum. Quibus uero sunt contraria, his est esse, contrariis esse, quibus sunt contraria. perspicuum est quod ipsi bono esse, est indiuisibili esse. contrarium enim est diuisibile, & indiuisibile. Est ergo bono esse indiuisibili esse, fit igitur talis modus suppositiuus, ex tribus compositus suppositionibus, quibus infertur conclusio. Refutatur autem & iste modus non bene definitionem syllogizans.

T.C. 29.

Etenim hic accipiens, quod quid est esse ostendit.

Com. 94.

Et iste, inquit, modus definitionis quaesita, in demonstrationem ipsius definitionem accipit. ut uideatur is quoq; petere in principio. sed diceret profecto aliquis. & quidnam inconueniens est? Nam siquidem definitio quaesita acciperetur, aut altera eiusdem definiti. Rationabiliter quidem, quatenus in principio petitur damnaretur. ut si, dum quaeratur definiri bonum, cum boni definitionem acceperit, aut ipsam quam accepit, aut etiam alteram, uti hi, qui per ad conuertentia faciebant conclusit de definito. utroq; enim modo iste peteret in principio. Nunc autem neq; eandem, neq; eiusdem, sed & alterius alteram. ad eum igitur, qui ita rationem adducat, infert.

Accipere autem ad ostendendum quod quid est esse. Alterum quidem quid sit. Etenim in demonstrationibus, quod est hoc de hoc, sed non idem, neq; cuius est eadem ratio, et conuertitur.

Com. 95.

Nam licet quidem accipere in ostensionem definitionis, & alius cuiuslibet, quod in demonstrationem proponitur, & non simpliciter accipere aliquid, quod ad demonstrationem alicuius renuatur. sed alterum quid oportet accipere, at neq; idem, neq; cuius sit eadem ratio, & conuertatur. Vtroq; enim modo in principio petere accidit. hoc. n. in loco tamen non indidem uideatur sumere id, quod quaeritur. tamen cum acceperit id, quod habeat eandem rationem, & conuertatur, in initio sic quoq; petiit. Quomodo autem eandem rationem habeat cum eo, quod ostenditur, id quod in ostensionem acceptum est, & conuertatur cum ipso, dicamus. Quam enim rationem habet malum ad bonum contrarium existens ipsi, eandem etiam bonum ad malum, cum ipsi sit contrarium. & quemadmodum illius accepta definitio in ostensionem ipsius quod quid est esse huius, sumpta est. nec secus etiam conuertitur, huius definitionem accipere in ostensionem definitionis illius, & erunt per inuicem ostensa, & aut ambo ignota sunt, & quomodo ignotum per ignotum ostenditur? aut ambo nota. & superuacaneum est nota quaerere, sed & per idem ostendet utrunq; siquidem, & per utrunq; utrunq;. Si enim cum sit. a. b. est, cum sit. b. a. est. Cum sit. a. erit. a. & conuerso. Quare quando quod similiter se habet, & conuertitur, accipit in demonstrationem, iterum idem ostendebat per idem. & petebat in principio. Illud autem ETENIM IN DEMONSTRATIONIBVS, QVOD SIT HOC DE HOC in confirmationem dictum est quod liceat accipere. Accipimus enim in demonstrationibus propositiones hoc de hoc praedicantes, per quas ostendimus id, quod quaeritur, praeterquam quod neq; idem cum eo quod quaeritur accipimus, neq; eandem rationem habeas, neq; se conuertens. sicuti hic factum esse ostensum est. Illud autem ALTERVM QVIDEM QVID SIT non simpliciter dictum est, sed quonia idem quidem non conceditur syllogistice quid accipi in quaestionibus de definitionibus. Qui autem suppositiue de definitione syllogizat, sic facit. iccirco inquit. Esto autem, & concedatur quid accipi ad ostendendum definitione, uti etiam in demonstrationibus fit. sed talia non oportet sumere, qualia suppositiue hic syllogizans accepit uidetur autem haec ex superabundantia dicere, quod & si concedat ipsi de definitione syllogizare. Redarguit tamen ipsum quod neq; hoc modo recte procedat.

T. C. 29.

Ad utroq; autem, & per diuisionem ostendentem, & ad sic syllogizantem eadem dubitatio est. propter quid erit homo animal gressibile bipes: sed non animal, & bipes, ex acceptis enim nulla necessitas est unū fieri id, quod prædicat. Sed sicut projecto idem, esset musicus, & grāmaticus. Tex. c. 30.

Non sola, inquit, quæ dicta fuerunt sequuntur inconuenientia eos, qui ex suppositione conantur definitionem syllogizare. sed etiam præter hæc aliud est quod etiam his simul, cōtingit. atq; eis, qui diuisione definitionem syllogizāt eo quod utriq; hi modi secundum hoc in idem conspirent. sicut enim ex diuisione concludens diuersa prædicata de aliquo definito, nullam necessitatem infert. quod etiam simul possit, ut unum, cogi prædicatum. sic sane & ex suppositione concludens se habet. ut ex diuisione quidem, si proponatur homo definiendus. Accipit animal esse postea hoc diuidens in rationale, & irrationale, inquit, quoniam haud irrationale est. Rationale ergo, & quoniam omne rationale aut mortale, aut immortale est, homo autem immortale nō est mortale ergo. Diuisim quidem igitur acceptum est animal, diuisim uero conclusum est rationale, diuisim mortale. Quanam igitur est necessitas, ut etiam quatenus unum uerificetur de homine omne prædicatum ex his compositum, & si unumquodq; uerificari concedamus? Non. n. omnia quæ separatim prædicantur de aliquo, simul etiam prædicari possunt. idem quoq; & in his quæ suppositiue concluduntur dicemus. ut si bonum proponatur definiendum. & concludemus separatim quidem, quod bonum secundum naturam, bonum est indifferens ad seipsum quā bonum est indiuisibile, eo quod habeat malum contrarium, præter naturam existens, & ad seipsum differens, & diuisibile. Nam diuisim quidem ea, quæ composita fuerunt, conclusa sunt. nulla autē necessitas est ex ratione, quod etiam in unū hæc conueniant, & perficiant definitionē. Quamobrem neq; per diuisionem, neq; ex suppositione syllogizās necessitatem infert ullam, ut unum fiat, & componatur totum prædicatum. Quare neq; quod sit definitio eius, quod proponitur. Non syllogizāt ergo definitionem. hoc enim est syllogizare quod positis quibusdam, alterum quid à positis, per illa ex necessitate accidat. illud autē PROPTER QUID ERIT HOMO ANIMAL GRESSIBILE BIPES, SED NON ANIMAL, ET BIPES hoc significat. Quod non habebit diuidens causam dicere, propter quam unum quid sit dicere composita ut sit animal gressibile bipes unum quid, sed non diuisim gressibile, & diuisim bipes. quantum enim ex acceptis nulla est causa, ut unum quid sit ex his, sed erit hoc modo. sicuti si unus, & idem homo musicus esset, & grammaticus. sed neq; unum quid ex his est. Com. 96.

Quomodo igitur definiens substantiam ostendet, & quod quid est. Tex. c. 31.

Quoniam omnis ostensio, & omnis inuentio quæ sit alicuius, aut per syllogismum (dico autē syllogismum simpliciter, uel non simpliciter) aut per inductionem aut per sensum est. perspicuū est, quod & ipsius definitionis ostensio, inuentio, & per aliquem horum erit. per syllogismū quidem, quod non sit ostensum est iam, cum omnes modos percurrimus, & simpliciter, & non simpliciter syllogizantes. in quibus omnibus manifestum fuit, quod non est definitionem syllogizare, uidelicet concludere per syllogismum, ut hæc ratio huius definiti, definitio sit. Amplius igitur uniuersaliter quærimus quomodo quispiam cum aliquid definire proposuerit, ostendet substantiam, uidelicet quod quid est, & definitionē? & ipsi per syllogismū ostensioni alteros duos ostensionis modos cōiungimus. Dico autem inductionem, & sensum. Si contingit scrutantes secundum aliquem horum modorum ostensionis, & inuentionis reperire, & ostendere definitionem. Atqui uideretur profecto per syllogismum, quod definitio contingat ostendi, eo quod uniuersalis sit, & circa uniuersalē definitionem. Si autem per hunc minime, multo minus per inductionem, aut sensum. quorum hic quidem simpliciter circa singularia uersatur, hæc uero & si circa uniuersalia fortasse. tamen ex singularibus. Neq; igitur sicut demonstrans ostendet, aut omnino sicut syllogizans. Si quidem demonstranti, & simpliciter syllogizanti in primis confessa opus est sumere, sicq; manifestum facere id, quod quæritur. eo quod illis existentibus, ex necessitate est etiam alterum quid, cum illorum sit, quod non licet in definitione fieri, sicuti pluribus ostensum est iam, neq; igitur sicuti inducens. Primum quidem quoniam inducens ex singularibus notis existentibus, quia ita se habent omnia, nihil autē alio modo, ipsum uniuersale confirmat. & oportet omnes definitiones sumere, quia unaquodq; ipsorum proprii est definiti, ut & uniuersalem definitionem, ita se habere dicamus. Cæterum hoc improprium est omnis ostensionis: quia ostensio

Com. 97.



dere definitionem quærentes, definitiones accepimus, itaq; in principio petiuimus, & per idem ostendimus id, quod quæritur. non ergo ostendimus. Aut enim notum erat, & frustra quæstio, & ostensio fuit, eorum enim quæ manifesta sunt ostensio non est: quoniam neq; quæstio. Aut ignotum, & quomodo ignotum per ignotum ostensum est. sed sane etiam unamquamq; definitionem idem facere. Quare & per ignota ostendentur. Deinde si hanc definitionem, quod huius definiti sit ostendere proponatur. Quomodo ex aliis inductionibus inductiue hoc faciemus? Cû enim inductio singularia acceperit, quæ sub uniuersali, quod quærit, sunt, hoc modo ipsum uniuersale constituit. sed quomodo sub unamquamlibet definitionem alias omnes referemus? subintellige impossibile est. Erit autem modus iste ostensionis & secundum unam definitionum omnium, Quare omnes in omnes reducetur quod quidẽ fieret magis ridiculum? Si quis autem dicat, quod unumquodq; eorum, quæ sub definitam speciem sunt accipientes, quatenus euidenter rationem suscipit, & uniuersale ipsi definito definitionem inesse ostendimus. primo quidem hoc est impossibile, in quibus aut nobis, & naturæ infinita sunt singularia. Nõ enim si huic atq; huic, iam perspicuum est, & omni. Postea aliud problema secundum genus est, quod est, & alterum qd est. Sed inductio, quod sit uniuersaliter hoc de hoc ex singularibus ostendit. non ipsum quid est siue simplex quid sit, siue cõpositum prædicatum. qui nam igitur reliquus est modus ostensionis ipsius quid est. nunquid qui est per sensum, aut quem aliquis profecto digito faceret, porrigens ad id, quod quæritur. sicq; illud sibi ipsi, aut alteri quærenti ostendens? sed singularium hæc sunt. uniuersalis autem definitio est, & uniuersalium rerum quod quid est, Nullus ergo modus ostensionis ipsi quid est relinquitur. Omnino autem, quomodo quispiam ostendet quod quid est? ipsum enim quod omnino supponatur definitionem ostendi, absurdum quoddã habet sequens non paruum. siue homo sit, siue aliquid aliud, cuius quod quid est ostendit. Cæterum in his, quæ cognoscuntur prius, uideamus id quod dicitur. ut ex hoc dilucidius fiat. Necessesse enim est scientẽ quid est homo, uel aliquid alterum, scire etiam quod est simpliciter. Natura enim prius est esse simpliciter, quam quid esse. Quoniam & ipsum ens prius est aliquo ente. Nam commune quidem est, quod simpliciter est. proprium uero quod quid est. Oportet igitur esse prius, sicq; quid esse. Qui ergo nouerit quid est, ex necessitate, & simpliciter nouit quod est. Si autem, quod non est, quid est sciet. ipsum autẽ quid est forma est. aut igitur forma erit, aut habebit formam, quod non est; quæ quidem ambo inconuenientia sunt. Erit enim idem secundum idem, & ens simul, & non ens. Sed cum & ex genere definitio constitutiuisq; differẽtiis sit, habebit quod non est, genus, & differentia. hoc autem impossibile est. Non ergo nesciẽtẽ quod sit definitum, est scire quod quid est, sed sciet quidem quid significet nomen definiti, quod sit autem nesciet. nullumq; absurdum est. quoniam & in non ente quidem nominato autem, scimus neq; quod est, quoniam non est, neq; quid est. ut hircocæruus, quid quidem significet scimus, ut animal forte ex hircocæro, & ceruo compositum, quãtum ex nomine. sed quid sit hircocæruus impossibile est scire. propterea quod nescitur quod sit, neq; enim est. Sic sane quid quidẽ significet ratio scimus. quid autem sit id, cuius ratio est, ignorabimus, ex ratioẽ nesciẽtes quod sit. Quantum quidem igitur apud nos, nihil non entis non uidetur, ens quidem est, ignotum autem est. habebit igitur talis definitio nominis rationem. quod uere est, pro non ente ponitur cum nos qd quidem significet, & ipsam, ut nomine illud cognoscamus, ignoremus autem significatum, quid est. quia nescimus quod est. Quemadmodum igitur in his, quæ cognoscuntur se habet, sic se habebit, & in his, quæ ostenduntur: sicuti enim in his, necesse est, scientem quidem, simul scire, & quod est. sic & in his ostendentẽ quid est, necesse est simul ostendere & quod est. Si enim ostendat quod est, sciet quid est. Si autem sciet quid est, simul sciet, & quod est. Quare etiã simul ostendit cum ipso quid est, ipsum quod est, quando ostendit quid est. Sin autem, sciet quod quid est, cum nescierit quod est: Quod impossibile esse ostensum est. Simul ergo quod quid est ostendat & quod est. Sed quomodo eadem ratione, & utraq; ostendet? Definitio enim unum quid declarat, & demonstratio similiter, unum. Non unum autem est quod quid est homo, & esse hominẽ sed inter se diuersa sunt. Quod igitur non ostendatur per definitionem, & demonstrationem, & quod non idem definitio, & demonstratio sit, ostensum est prius. quod uero ipsum quod est per demonstrationem demonstratur, perspicuum est. Omne enim per demonstrationem ostenditur præter substantiam. uidelicet quod quid est, & definitionem. ipsum autem esse non est substantia. uidelicet quid est, & definitio. & eo magis, quoniam neq; genus ens, etiam si pars definitionis

feri posset. Si enim esset genus, aut unum profecto esset in omnibus prædicamentum, aut unum prædicamentorum, aut sub unum horum decem reduceretur. Nunc autem horum nullum est, sed decem sunt genera, & his decem ens conuenit. non ergo genus est ens, sed neque quid esset. n. ex genere & differentiis, sicque compositum utique esset ex pluribus, quam uno, & unius profecto esset, cuius, & quid esset. nunc autem horum neutrum est. uerum & simplex, & his decem commune est. Quæ & diuersa, & non subalternatim ordinata sunt. Et primum quidem in ipsis, & posterius est. non ergo substantia est ipsum ens. Quoniam autem omne demonstratur, quod substantia non est. & quod est ergo demonstratur. Quare demonstratio est ipsius quod est, non ergo definitio. Ostensum enim est iam pluribus, quod cuius est demonstratio, non est & definitio secundum idem. Manifestum autem est, quod dicimus & à scientiis. Nam cum omnem ostensionem præcedat ipsum quid significat id, quod in ostensionem proponitur, accipitur hoc quidem primum in omni proposito. postea ostenditur si est illud, ut Geometra, quid significat triangulum, cum acceperit quod figura est tres angulos habens, quod est hoc ostendit per syllogismum in data recta ipsum constituens. Quamobrem perspicuum est ex hoc, quod syllogismo, & demonstratione, ipsum quod est ostenditur, igitur quid ostendet is, qui definitione assignauerit quod est, quam scilicet triangulum, & iste? sed demonstrator quidem quod est, definiens uero quid est, quatenus separatim uterque per propriam speciem ostensionis ostendit. planum ergo est, quod non sequitur, scienti per definitionem quid est, scire, & quod est. Quare qui nouerit quid est, nesciet si est, quod impossibile est. Sciet enim quid est, quod non est, id autem manifestum est percurrentibus singulas definitiones. Nam sicut has nunc ponunt definiens, nemo utique reperiretur ostendens quod est, ut circulum ex medio æqualem assignant definiens. propterea quod æqualiter undique distet à centro circumferentia, igitur in hac ratione & quod est circulus ostenditur, nulla enim causa essendi ipsum in ratione significatur, sed neque propter quid hoc sit circulus, quod assignata ratio declarat, ut possit hæc & de quocunque alio dici, possibile enim est, si contingat, & orichalci dicere talem esse definitionem, aut non entis fortasse alicuius, aut & entis quidem, non circuli tamen, propterea quod nulla enunciando inferatur necessitas, ob quam non alicuius alterius sit, sed circuli, definitiones enim quæ assignantur, neque hoc declarant quod possibile sit id, quod dicitur, ut simul cum ipso quod quid est, & ipsum esse commonstretur, neque de definitionibus demonstrant, quod ista definitio huius sit, cuius inquirunt esse definitionem, assignantes ipsam, uerum licet dicere uolenti addubitare, propter quid hoc est circulus? & propter quid est circulus? cum ipsius definitionis assignatio nullam possit sistere harum questionum. Quoniam igitur definitas duorum alterum ex necessitate ostendit, uel quid est res, uel quid significat nomen suum. Si nequaquam quid est ostendit, ut ratio nunc monstrauit, ostendit ergo quid significat nomen, idem igitur mehercule significaret cum nomine, ut idem sit hominem dicere, proferens uocem articulata, & animal rationale mortale, mentis, & scientiæ capax sed hoc est absurdum. Nam primum quidem & non entium essent definitiones, significare enim per nomina est non entia. Ac si idem significare definitionem uti & nomen concederemus, essent & non entium definitiones, & idem esset nominare, & definire. Deinde omnes orationes, definitiones essent, non solum quia erit nomen ponere cuiusque orationi. Atque si idem significat nomen perinde ac definitio, esset utique nomen quod orationi ponitur definitio, & quoniam idem est cum definitione definitum, nominata oratio, eadem profecto esset cum nomine eo quod nominetur, uidelicet cum definitione. Si quidem igitur res esset, esset profecto & altera ut definitum, sed quia oratio nequaquam altera est, definitio ergo. Quare erit omnis oratio definitio. Non solum autem hoc modo, sed etiam, quoniam omnis oratio ex nominibus componitur, nomen autem, & definitio idem significant, essent utique omnes orationes, definitiones. Quamobrem etiam optates, & imperates prohoemiacque facientes, necnon narrantes, ac quocunque modo dicentes definitiones profecto diceremus omnes. Atque omnis poësis iliadis esset utique definitio. Sed sane concedatur definitionem esse enarrantem orationem, quid significat, quod dicitur, nomen, & idem esse definitionem cum nomine, quod ipsi ponitur, etiam neque sicut definitio significatiua erit, quod huius sit, cuius esse definitio dicitur, non enim hoc ex ipsius assignatione manifestum fit. Magis uero sicuti nulla demonstratio demonstraret quod hoc nomen huius rei sit significatiuum, cui impossibile sit, sic neque definitiones hoc ostendunt. Aut sane, quemadmodum nulla demonstratio nomen consequitur, quod huius demonstratio sit, ut ueluti in hoc nomine, homo, non est ostendere



quòd huius sit, & non alterius alicuius, nullaq; necessitas est quòd ipsum significare commo-
 stretur cum nomine. Nec secus neq; in oratione dicente animal gressibile bipes, quòd huius defi-
 nitio sit. Quòd autem non indidem cum ipso nomine nulla talis necessitas simul ostèdatur. nul-
 laq; cum ipso demonstratio extra, ut ex necessitate huius nominati ostensua sit. perspicuum est,
 ad placitum enim nomina sunt, quòd certe non esset, si ex necessitate res sequerentur, sed natura
 utiq; essent. cæterum neq; essent æquiuocationes, cum ex his in illas descendant nomina, si ex ne-
 cessitate posita essent rebus nomina. Non enim contingit ostendere altero modo, quòd ex neces-
 sitate hoc ostendit, quòd enim ex necessitate ita ostenditur non contingit altero modo, & quòd
 contingit altero modo, non ex necessitate hoc modo. non hercle igitur prodesset significare ratio-
 nem idem cū nomine ad id quòd ex necessitate sit eius definitio, cuius definitio esse dicitur. nisi
 & potius econuerso ex similitudine ad nomen. cuiusq; profecto & ipsa conueniret. Cum igitur
 de definitione dicere proposuerimus, quomodo reperiat, priorem omnem de hac errore abstu-
 limus. atq; ex dictis ostendimus, neq; definitionem esse eandem cum syllogismo: neq; idem sub
 utrisq; in cognitionem proficisci. sed alterum syllogismo concludi: atq; alterum definitione cog-
 nosci: præterea uero, quòd definitio in assignando ipsam, nullam demonstrationem assignificet
 sed neq; ostensionem simpliciter. quòd ex necessitate huius sit, in quo fuerit assignata. & quòd
 ipsum quid est, neq; diuisione sit cognoscere. quoniam nulla ab ipsa ad id necessitas infertur, ut
 firmiter hoc, & indubitanter habeamus. Neq; uero demonstratione, quia nulli modo syllogismi
 quòd quid est subiicitur. Quid sane ex his factum sit uideamus: & quid ex sequentibus adhuc
 fiet. Quoniam definitio imitatur naturam specificatam ea, quæ suscipiunt species: par erat eum,
 qui aliquid de definitione dicere proposuisset ex huius inuentione naturam imitatum fuisse.
 & quemadmodum illa accipiens subiectum non omne specificat, sed omne reiciens quòd super-
 fluum est, & idoneum profecto, quatenus commodum, & proprium est, ad speciei susceptione,
 hoc post improprii abiectioem, & refutationem informat, & perficit. ita etiam ipsum facere, om-
 ne, quòd cunq; improprium est ab opinione, & ratione, ad definitionis perfectionem: Represen-
 tationem quidem habens proprietatis, seducens autem, & peruertens discursum, & impedimen-
 to perfectioni definitionis existens. hoc refellere argumentis ex iussu, postmodum sic leuiter,
 & nullo negotio recte dirigere ad definitionis complementum. Et quoniam noster discursus pro-
 pter colligantiam cum corpore, & habitum. tenebram ex generatione, ueluti quoddam ex cre-
 mentum sibi ipsi coniunxit: atq; hinc opinionibus extraneis seduci, obducitq; cogitur: Oportet
 eum, qui de his necessariis in scientiam dicere proposuerit, omnem prius detrahere inutilitatem,
 & incommoditatem ad ueritatis formationem, sicq; efferre ipsa cum uenustate omni, specificatio-
 nem, nihil habentem monstruosi, neq; immoderati, neq; caligine falsitatis adumbrati, sed elegans
 omne, moderatum, bene dispositum, & ornatum. Etenim aliter absurdum est, fabros quidem, &
 conarios, aliosq;, quicunq; aliquarum talium fabrilium artium susceptores sunt, plurimam pro-
 uidentiam splendidiorum operum facientes, ut perducant in finem. ornate se habent, accurate
 quidem prius fabricatam materiam constituere, postea poliendo detrahere, quòd cunq; adhuc
 superfluum relictum est. atq; hoc modo artificiose perficere opificia: Naturæ moderatione quan-
 tum licet imitando. quatenus sane subiectum genus suscipit diligentia, philosophicas aut, & sciē-
 tificas sciētias, erroris, & falsitatis turpitudine apud ipsas cōcedere cum traditionibus cōmisceri.

*Quomodo igitur definiens ostendet substantiam, aut quòd quid est: neq; enim sicut demonstrat
 ex confessis esse manifestum faciet, quòd necesse sit illis existentibus, alterum quid esse. Demon-
 strationis enim hoc est, neq; sicut inducens per singularia manifesta existentia, quòd omnia ita se
 habeant, cum nihil aliter sit, non enim quid est ostendit, sed quòd, aut est, aut non est.*

Cōm. 98.

Cum sufficienter ostendisset per prædicta, quòd nullo modo contingit syllogistice definitio-
 nē demonstrari. Nunc ostendit quòd neq; per inductionem, quinimmo neq; per sensum. inquit
 igitur quòd postquam demonstratum est, quòd non est ostendere definitionem per syllogismū:
 quomodo definiens ostendet substantiam: postea interpretans quid per substantiam intelligat,
 infert, aut quòd quid est. Nam absq; disiunctione hæc **AVT** coniunctio hoc in loco est, non. n.
 quatenus aliud existens. infert illud **AVT QVOD QVID EST** sed quasi exponens quid
 per substantiam intelligat. uidelicet quòd quid est. Repetit autem etiam demonstrationem, ut
 cum omnes

cum omnes modos in eodem contraxerit, per quos contingit aliquid ostendi, ex omnibus neget posse ostendere definitionem. Neq; n. inquit, per modum demonstrationis ostendet. Hoc autē est ex confessis quibusdam manifestum facere alterum, quibus sane existentibus, illud ex necessitate est. ita enim facere demonstratio est. Ostensum est autem quod per demonstrationem definitio non ostenditur. Videtur uero communiū nūc demonstrationis nomen accipere. loco enim dicendi, sicut syllogizans: sicut demonstrans dixit ET LOCO DICENDI HOC ENIM SYLLOGISMI EST, hoc enim demonstrationis est, dixit. Et manifestum est ex proprio, quod dixit esse demonstrationis, illud enim CONFESSIS QVIBVSDAM, ALTERVM QVID MANIFESTVM EST FACERE, QVIBVS EXISTENTIBVS, ILLVD EST non demonstrationis sole, sed simpliciter syllogismi est. Nisi quis dicat, quod necessarium est, non in conclusione solum, sed etiam in re subintelligi. Cum autem sufficienter de demonstratione prius locutus fuisset, nihil amplius in præsentia de ipsa dicit. quam solum quod neq; per demonstrationem quicquam definitionem demonstrabit, postmodum cum dixisset, quod neq; sicut inducens, percurrit modum secundum quem inductio fit. Manifestis existentibus singularibus, quod omnia ita se habeant. uidelicet quod omnibus insit prædicatum, quod de uniuersali prædicat, qui per inductionem ostensionem facit, cum nihil aliter sit. hoc enim modo uerum est uniuersale. Nam si quid eorum sit, quæ sub uniuersali sunt, quod non hoc modo, sed alio sit. haud uerum est uniuersale. Quod autem neq; inductio ostendat definitionem, perspicuum est. quoniam aliud quidem est esse, aliud autem quod quid esse. uel ut clarius loquar. aliud quidem est quod est hoc, & non est hoc, aliud autem quid est hoc. Nam illic quidem est enunciatio. ipsum uero quod quid est non est enunciatio. Qui igitur per inductionem aliquid ostendit, enunciationē ostendit. Alterum autē ipsa est secundū genus, ab ipso quid est, non ergo quod quid est inductio ostendit.

Quid igitur est alius modus reliquus: non enim ostendet sensu, aut digito.

Quoniam, inquit, neq; per syllogismum, neq; per inductionem quod quid est ostenditur. quid igitur modus ostensionis relictus est? interrogauit autem hoc modo tanquā nullo relicto. qua propter intulit. NON ENIM OSTENDET SENSU, AVT DIGITO Nam tam & si inquit isti modi relictī fuerint. tamen nullam causationem quisquam habet, ut arbitretur per horū alium quem quod quid est ostendi: quocirca nulla etiam ratione dignos putauit.

Com. 99.

Amplius quomodo ostendet quid est homo: Necessesse enim est scientem quid est homo, vel quidlibet aliud scire etiam et quod est, quod enim non est, nemo scit quid est.

Tex. 7.

Tex. c. 32.

Uniuersaliter, inquit, neq; oportet petere principiū, ostensione ipsius quid est. Qui enim ostendit quid est debet simul ostendere cum ipso quid est, & quod est illud, quod, quid est ostendit. Sed si hoc est. aut erit eadem res, & quod quid est esse ipsum, aut, diuersa. & quod quidem diuersa sint, perspicuum est. Nam pauloante ostensum est, quod genere ab ipso quod quid est. diuersum est non solum ipsum si est, uerum etiam, & quod est. Quomodo igitur eodem modo ostensionis duo ostendentur? Sin autem quod est cum ipso quid una demonstratur, sciet quid est, ignorans an omnino sit res, cuius quod quid est assignat. Quare quod non est, quid est sciet. quod absurdum est. Exercet autem sermonem suum in his, quæ prius cognoscuntur. ut ex manifestioribus, quatenus se habeat id quod dicitur, & in his, quæ quærentur cognoscamus. Cū enim dixerit. quomodo ostendet quid est homo, tanquam quæretur ipsum quid est per suppositionē de homine. infert NECESSE ENIM EST SCIENTEM QVID EST HOMO, VEL QVID ALIUD, SCIRE ETIAM ET QVOD EST Hanc ob rem autem dixit illud VEL QVIDLIBET ALIUD ut ne in homine solum, stemus. sed in omne sermonem extendamus, cuius quod quid est nouimus. itaq; inquit necesse est & in homine, & in quolibet alio, scientem quid est illud, etiam scire quod est illud. Nam si penitus ignorauerit quod est. neq; quid est sciet. quod enim non est, nemo nouit quod sit. non enim contingit, inquit, aliquem scire quid est, quod non est. Nam si concesserimus ignorantem an sit scire quid sit, quispiā sciet quid est, quod non est. Quid quidem, quod absurdum sit ostensum est prius.

Com. 100

Sed quid quidem significat ratio, aut nomen. Cum dixerō hircocerus, quid autem sit hircocerus impossibile est scire.



Co. n. 101 Quoniam, cum nomen significatiua uox sit, uidetur rem significare nominatam, & enarratiua ipsius ratio definitio quædam esse. est autem nomina, & non entibus ponere, & rationes horum nominum expositiuas fieri. ¶ Quispiam forsitan dicet contra ea, quæ dicuntur, quòd contingit & dum ignoratur quòd est res, quod quod est de ipsa assignari: signum autem huius est. Etenim & non entibus quidem, nominatis tamen. hoc fit, & quod quid est de ipsis assignatur. Ecce enim hircoceruus non est quidem. iccirco neq; esse ipsum, sed non esse cognoscimus. Et non entis uero ipsius, & nomen ipsius dicimus, & definitionem assignamus interpretatiuam nominis: forte quòd animal sit ex hirco, & ceruo compositum, duo habens cornua, pedes autem octo. uel alio quocunq; modo. Nuda est discursus, aut phantasiæ finctio, rei substantiam omnino non habens. Quare & in non ente quidem, ignorato autem quòd sit, possibile est assignare, & nomen & rationem. ¶ Aduersus igitur ita dicentem facit oppositionem. quoniam talis ratio, idest nominalis, & nomen hircoceruus, quod sub tali ratione interpretatur, significationem quidem præbet alicuius. impossibile autem est scire quid sit hircoceruus & à nomine, & à ratione ipsum interpretante. Etenim quid est ex genere componitur, & constitutiuas differentias. Quomodo igitur non entis alicuius genus habebimus, & constitutiuas differentias. Amplius ipsum quidem quid est cum proprium sit, sub ipso simpliciter esse est. Vbi igitur simpliciter esse non est, neq; cognoscitur, quomodo ipsum proprium, uel erit, uel cognoscetur? sin autem, erit à principio sine principio, & sub principio, carens principio, & aut principium sub ipsum, aut ambo principio carètia. Quæ quidem omnia quod inconuenientia, & impossibilia sint, quid opus est uerbis? non modo congeriem indigestam, & incomptam, nec non confusam in entibus ferentia, sed etiam in id, quod neq; penitus est progredi compellentia? Defectuose aut dictum est illud **SED QUID QUIDEM SIGNIFICAT RATIO, AUT NOMEN, CVM DIXERO HIRCOCERVVM** oportet ut adiungantur possibile est scire. cum enim dicam hircoceruum, aut quado interpretans dictum nomen dicam animal ex hirco & ceruo compositum possibile est scire quid significat, sed quid sit impossibile est scire itaq; quando fuerit quidem res, ignoretur autem quòd est, dum nomen ipsius dicitur, & ratio nominalis assignatur. Quid sane significant hæc scimus quid autem sit illud nescimus. sed si significat aliquid etiam scimus. Rursus quomodo non est id, quod significat? accidit enim in eadem tunc nomen significare, & non significare: nosq; scire, & nescire. Aut sicuti quod non est opinabile est, non quia est, sed quia non est. sic & de non ente nomen significat quod non est, nosq; scimus consimiliter, non quod est, sed quòd non est. ¶ Par est autem non latere, quod quando in non ente, aliquando nomen positum significare uideatur: non per se hoc est, sed quatenus ex his, quæ significant compositum est. Nam blytyri quidem, & scindapfus, & similia, & nihil significat, & neq; uidentur. hircoceruus autem, quoniam ex hirco & ceruo compositum est, quæ in entibus ponuntur. iccirco imaginatione significationis præbet. Sed falsa hæc est imaginatio, quoniam res quoq; non ita se habere reperitur. Quapropter & si ratio quædam fuerit assignata ad nomen. tamen quod quid est non ostendit. quomodo enim quod non est? sed potius ex quibusdam compositum est nomen.

At uero si ostendet quid est, & quod est, & quomodo eadem ratione ostendet: Etenim definitio unum quid ostendit, & demonstratio unum, quid autem est homo, & esse hominem aliud est.

Co. n. 102 Quod quidem necessarium sit ostendentem quod quid est, una etiam ostendere, & quod est, ostensum est. quod enim in his, quæ cognoscuntur dictum est, hoc omnino conuenit, & in his, quæ ostenduntur. Si quis autem dicat, quòd simul ostendit ipse quod quid est ostendens una cum ipso, & quòd est: alterum inconueniens sequetur. Nam quomodo una, & eadem ratioe duo monstrabit inter se differentia? Etenim definitio unum aliquid ostendit, & demonstratio rursus unum. & sicuti demonstrationem ostendete quòd est, non contingit una etiam ostendere cū ipso & quod quid est: sic neq; definitionem ostendentem quod quid est. contingit una cū ipso ostendere, & ipsum quòd est. Nam si quidem unum esset quid est homo, & esse hominem, ostenderetur utiq; & una ratione, siue definitione, siue demonstratione. sed quia hæc quoq; diuersa secundum genus sunt, non contingunt una, & eadem ostendi ratione.

Tex. c. 33. *Postea & per demonstrationem dicimus necessariū esse ostendi omne quod est, nisi sit substantia, esse autem nulli est substantia, neq; enim genus est ens. Demonstratio ergo erit quod est.*

Ostensum

Ostensum est prius, quod neq; definitio, & demonstratio idem sunt, neq; quod sub his utrisq; ostenditur idem. Atqui à demonstratione necessarium est omne quòd est ostendi, præterquam substantia. uidelicet, quod quid est. non ergo ipsum quòd est sub definitione ostenditur. Nam si id quod ostenditur sub definitione, & demonstratione erit idem, idem quoq; erunt definitio, & demonstratio. Atqui hæc quòd impossibilia sint ostensum est prius. sed neq; potest dicere aliq; quòd esse sit substantia, quoniam neq; genus est, ut quamuis definitionis pars fieret, tamé æquiuoce de omnibus decem prædicatur principiis. si non substantia est esse. Omne autem quòd nò est substantia demonstratione ostenditur. Demonstratione ergo ipsum quòd est ostenditur. iterum enim hic uidetur demonstratorem communius accipere quòd syllogismo, quoniam nò ex his, quæ per se sunt, & quatenus ipsam, ac primis & causis conclusionis omne uidetur ostendi, quod non est substantia. Si autem & de accidentibus per se accipiemus ea, quæ dicuntur, & simpliciter de his, quæcūq; per demonstratorem ostendunt, nò simpliciter syllogismo, sed solæ demonstrationi conuenient uerba. Atq; erit hoc propositæ intentioni magis proprium, nam per demonstrationem, demonstrabilia etiã, & quatenus se habeat ad quòd quòd est, propositum ipsi hoc in loco est.

Quod quidem et nunc faciunt scientiæ. Quid enim significat triangulum accepit Geometra, quod est autem ostendit.

Fortassis hoc nò ad proximum refertur, sed ad superius, in quo dicebat quod ex nominibus, & rationibus hæc interpretantibus, quid significant cognoscimus, non quod quid est, perspicuum enim inquit, hoc est, & ex scientiis. Nam Geometra ex nomine TRIANGULVM nihil aliud cognoscit, quam quid significat. quòd à tribus lineis rectis contineatur quoddam spacium. Cū autem hoc acceperit, quod est triangulum, quod in data linea recta describitur, aut aliqua alia ostendit, nondum sciens quod quid est, ne aliquis posset dicere, quòd sciens prius quid est triangulum, quòd est postea ostendat. Atqui non esse simpliciter triangulum ostendit, sed hoc modo aut illo, esse autem simpliciter etiam ante demonstrationem sic. Non enim profecto demonstraret hoc modo, nisi nosset esse simpliciter. Si autem, & ad proximum uelit aliquis assignare id, quòd dicitur, sic utiq; acciperetur. Quòd uero ipsum quod est à demonstratione ostendatur, declarat scientiæ. Nam Geometra cum solum acceperit quid significat triangulum, quòd sit triangulum ostendit, potest autem simul ad utraq; sumi, simulq; ostendere ex scientiis. quod ex nominibus significationem solū cognoscimus. simul quoq; quòd ipsum quòd est per demonstrationem ostenditur.

Quid igitur ostendet definiens, quam quid est triangulum. sciens ergo aliquis definitione quid an sit nesciet, sed impossibile est.

Quoniam inquit ostensum est ipsum quod est demonstratione ostendi, conspicuum est, quòd non definitione itaq; definitio ostendens triangulum, quid igitur ostendit, quam quid est. Hoc autem penitus seorsum ab ipso quòd est ostender, illud enim demonstratione ostenditur. Quare sciet definitione quid est, ignorans an penitus sit sed hoc impossibile ostensum est, nam quod non est sciet, quid est, nam tametsi fortasse sit, tamen ipsi non est, quoniam si est ignorauit.

Manifestum autem est, et secundum præsentis modos definitionum, quod non ostendunt definiens ipsum quod est.

Demonstrationes dicens ostendere ipsum quòd est. Atq; ex hoc id à definitionibus alienas, propterea quòd non idem sit id, quod definitione, & demonstratione ostenditur, scientias illuc adiunxit, ceu ipsius quòd est facientes demonstrationes. Nunc autem quod quid est dicēs, absq; ulla ipsius quòd est declaratione à definitione ostendi, definitiones apposuit: ex inductione ostendens propositum, quatenus enim definiunt definiens non ostendunt, inquit, quòd est. Cū autē quod nunc faciunt scientiæ prius dixisset, & rursus præsentis modos definitionum, non quòd præsentibus scientiis, aut nunc definitionibus insensus sit ita dicit, sed ut ita dicam exequās. Nā olim inquit & usq; nunc scientiæ, & usq; nunc definitiones, ita se habent, ut nunc dicimus, nisi quis esset innouans uias, & alios modos instituens scientiis, & definitionibus.

Nam tametsi est ex medio aliquod æquale, tamen propter quid est quod definitum est, et pro



pter quid est circulus. esset enim utiq; et orichalchi dicere esse idem.

Com. 107 Cum proposuisset ostendere ex propositis definitionibus id, quod dicitur. quod neq; esse re definitione significatur. neq; propter quid assignata definitio huius est, in quo assignata fuit, & nō alicuius alterius. definitionem in medium affert circulo conuenientem. ista autem est, quod ex medio æquale est, idem autem est dicere cuius à centro æqualiter distat unde quaq; circumferentia. Medium enim in circulo est centrum inquit igitur. Nam tam & si indubitanter est aliquid tale in entibus, ex medio æquale est, tamen quatenus secundum definitionis assignationem est interrogare de definito propter quid est, & propter quid hoc est circulus? quod definitionem hanc suscipit. propterea quod nulla necessitas ex definitionis assignatiōe appareat, neq; quod res sit, neq; quod ipsius definitio sit, & non alicuius alterius, & tantum ita, ut cuiusq; ipsa conueniat, ueluti orichalco aut cui libet alii: aut enti quidem, non circulo autem existenti, aut neq; enti penitus, quatenus non apparet causa. ex assignatione, ob quam circuli sit, & non alterius alicuius. Orichalcum autem alii quidem speciem materiæ esse dicunt, quæ ita appellatur, & hoc tempore non inuenitur. alii autem album æs. usus est autem hac dictione Hesiodus in aspide sic ait atq; aereas splendescenti induit ex orichalcho.

Quid orichalchi.

Neq; enim quod possibile sit id, quod dicitur, significant definitiones, neq; quod illud sit, cuius dicunt esse definitionem.

Com. 108 Neutrum enim inquit horum definitiones assignatæ commōstrant, neq; quod possit esse res, in qua assignatæ fuerunt, neq; quod illa res sit, & non aliqua alia, cuius assignatam definitionem esse dicunt. illud autem **QVOD POSSIBILE SIT** aut æquiuoce pro, necessarium, dixit. aut tanquam facile sit, posse esse aliquid, quam ex necessitate esse, ut ita intelligatur. Si enim neq; quod possibile sit penitus commonstratur definitione, Multo minus quod ex necessitate sit.

Sed semper licet dicere propter quid.

Com. 109 Tantum abest inquit ut significant aliquid eorum, quæ dicta fuerunt definitiones, ut liceat semper dicere post definitionis assignationem, propter quid hoc est, & nō aliud quod à definitione significatur, aut propter quid omnino est, quæ quidem non liceret interrogare, si definitio illa ostendisset.

Tex. c. 35. Si ergo definiens ostendit, aut quid est, aut, quid significat nomen. Si non est nullo modo ipsius quid est. esset utiq; definitio, ratio cum nomine idem significans quod inconueniens est.

Com. 110 Reliquum est, inquit, cum definitio duorum alterum ostendere debeat, uel quid est res, uel quid significat nomen. nequaquam autem ostendit quid est res, sicuti dictum est. indicat ergo quid significat nomen, ut nihil aliud sit definitio, quam ratio æque ac nomen, idem significans. Verum hoc inconueniens est ut ostendatur. illi autē **SI NON EST NULLO MODO IPSIUS QUID EST** oportet subaudire significatiua, aut ostensiuia.

Nam primum quidem et non substantiarum profecto esset, et non entium, significare enim est, et non entia.

Com. III. Ex multis inconuenientibus quæ sequuntur orationem dicentem, quod nihil plus definitio significet, quam nomen. Primum erit hoc, quod fieret, ut & non entia definiantur. quoniam & nominare est. Nam & non entia Hircoceruum appellamus, & Hippocentaurum quorum significant quidem nomina. Attramen non etiam sunt ea, quæ ab ipsis significantur. sed nomina sunt à rebus subsistentibus nuda. Quamobrem si eadem significant definitiones cum nominibus cū ipsa nominabimus, etiam definitiones ipsorum assignabimus. aut in nominando ipsa definiemus, si idem significat definitio, & nomen, & priora sequuntur inconuenientia, quod sit quod quid est, & cognoscatur extra esse simpliciter & reliqua. illud autem **NON SUBSTANTIARUM, ET NON ENTIVM** ex geminatione idem est, sumitur enim aliquando substantia, & in ente simpliciter. Illud uero **SIGNIFICARE ENIM EST ET NON ENTIA.** uidelicet est enim & non entibus quidem, fictis autem per imaginationem, & cogitationem nomina ponere significatiua.

significatiua. definitiones autem horum non est assignare. essent uero definitiones, & rationes, quæ positorum nominum declararent proprietates. sunt enim & iste rationes, eadem significantes cum nominibus. ut si quis dicat, quod homo est, qui dearticulatâ habet uocem. & equus est qui, pedibus desiderium suum, & alacritatem significat aut nocet. Sed quâquam iste idem significant causa nominibus, tamen non sunt simpliciter definitiones. Quoniam non significant substantiam illorum, quibus posita fuerunt nomina.

Amplius omnes orationes definitiones utiq; essent. Effet. n. profecto nomē ponere cuilibet orationi. Quare definitiones equidem differeremus omnes. et ilias definitio utiq; esset.

Alterum inconueniens sequens ostendit dicentem orationem idem significare quod nomen id autem est. quod omnes essent orationes definitiones. probat uero hoc, ex eo quod possibile sit nomen ponere cuilibet orationi ut illa Homeri. utinam sic prebescere, uisq; mihi firma esset appellaretur utiq; deprecatio, & illa, quos, unde es hominum, ubi nam tibi ciuitas, & parētes? interrogatio. atq; alia uocatio, & alia prohemium, nechon alia narratio. Quoniam igitur, inquit, nomina omnibus sunt (eadem autem significant cum definitionibus nomina) essent profecto omnes orationes definitiones. ¶ Sed quomodo hoc accidat mediis fidiis uideretur, quasi improprium. Nam suppositum erat definitiones rebus positas, æque ac nomina significare, Nunc autem cū orationibus non ut definitionibus noia, posuerit dicit propterea quod ipsi nomina ponunt definitiones sunt ipsæ. uideturq; inconsequens. Nam huiusmodi orationes, quatenus res quædam ponuntur ipsis nomina. & non solum nomina propria, uerum etiam proprias definitiones unaquæq; species ipsarum suscipit. Quem igitur prætextum habent, eadem significare ipsas, ut propria nomina, & iccirco esse omnes definitiones? ¶ An non simpliciter uideretur de nominibus dicere, ut & eadem dicamus, quæ generaliter orationibus ponuntur. sed de his, quæ proprie ponuntur, ut distinguatur omnis suppositio. sicut dicimus, est nomen orationis poesis, historia, scriptio syllogismus, inductio, prohemium, narratio, enunciatio, deprecatio, iussio, uocatio, interrogatio hæc omnia similia generalia sunt, & non huic, atq; huic orationi congrua. sed omnibus his, quæ ita formantur, atq; ita significant. ut sub hoc, uel hoc genus referantur, deprecationem forte, aut uocationem, aut scriptionem, historiam uel, aut poësim. illud autem ilias nomen, & odyseea, & similia propria sunt nomina. propositum libri paucis secernentia. De huiusmodi nominibus uideatur dicere. quæ quidem propria unicuiq; orationi ponuntur. Nam idcirco inquit, esset enim utiq; nomen ponere cuicunq; orationi tanquam possibile sit unicuiq; discursum significatum ab omni oratione, quæ dicatur, commodum nomen ponere. Quoniam igitur, inquit, idem significant definitiones cum nominibus, idem autem, & nomina cum orationibus, quibus proprie ponuntur, eundem discursum secernentia: essent profecto definitiones, quæ talibus orationibus assignantur, idem significantes cum orationibus, in quibus assignatæ fuerunt. Quamobrem essent omnes orationes definitiones. Nam quemadmodum nomina ponere orationibus propria possibile est. sic item definitiones assignare in ipsis possibile est. Quale quoniam poësi homeri, in qua continentur, quæ in ilio gesta fuerunt à Troianis, & græcis, ilias nomen impositum fuit, possibile est etiam orationem assignare secundum nomen. significat igitur oratio & ut propositam est, idem cum nomine. nomen autem idem cum omni oratione poëseos. Quapropter & oratio, quæ est secundum nomen idem cum omni oratione poëseos. & si illa definitio est, & poësis ergo definitio est. Duarum enim rationum idem significantium, si altera definitio est, altera quoq; similiter est. Quare mehercule non solum ilias omnibus definitio esset, sed etiam odyseea, quia & ipsi nomen proprium positum est, & ratio profecto assignaretur ipsius secundum nomen. atq; omnes rationes similiter, historiaq; & scriptiones. iudicia, & consultationes, & laudes, & definitiones utiq; tractaremus unusquisq;. Quoniam possibile est unicuiq; orationi proprium nomen ponere. & rationem uero assignare secundum nomen. Nam quâquam non eodem modo ut orationes significant ea, quæ ipsis posita sunt nomina. tamen eadem certe significant altero modo. Nam hæc quidem confusæ, hæc uero discretiue. ¶ Ambigendum est autem contra ea, quæ ita dicuntur. Etenim significatiua rerum nomina eadem cum rationibus ipsarum significant, & quod quid est unius cuiusq; declarant. ita ut quoq; per inuicem definiantur definitio, & nomen. & sit quidem definitio, a scriptum nomen: nomen uero, rursus explanatum, definitio. Atqui oratio, oratio est nō nomen, ac nomen, non oratio, nomen est. Attamen propter eandem significationē mutuo sua ipso

Com. III.

Dubita.

Solutio.

Dubita.



rum nomina ipsis attribuuntur. Quomodo igitur nunc, sicut absurdū dicitur, quod idē significent definitiones, ut nomina? Amplius aut significant nomina, aut non. Si quidem igitur non significant, frustra accepta sunt, & non habebunt finem, cuius gratia posita sunt, utrum & definitiones ex nominibus compositæ, nihil significabunt, & neq; nomina, neq; definitiones, definitiones, & nomina erunt, neq; est, quibus inuicem nos res significabimus. Si hoc per nomina & orationes facere nō possumus, sed inconuenientia hæc sunt, significant ergo aliquid nomina, & aut res, quæ sane etiam a definitionibus significari dicuntur, aut altera quædam præter ipsas. Et si quidem altera rursus & definitiones ex nominibus compositæ altera significant, non res. ut si animal non substantia animalis significet, & rationale non rationalis, & mortale, non mortalis, sed quodcunq; aliud, neq; ex his composita ratio, compositam ex his substantiam declarabit, sed aliquid aliud. Aliis igitur quibusdam opus erit, ut hæc declarem, & aut uocibus articulatis, aut nutibus, strepitibusue illiteratis. Ac si quidem his, melius nihil, quam feræ dispositi erimus. Si autem illis, similiter ut surdi inter se, nos habebimus: si uero uocibus articulatis, etiam in illis eadem dicemus. & in infinitum; atq; à nullo res ipsæ significabuntur. Quid autem aliud, nisi id, in quo ponitur, nomen significabit; non est dicere. Quomodo uero & definitiones assignantur, dū post nomina interrogatur quod quid est? An perspicuum est, quod illud significantibus nominibus, quod & definitiones, quid est percurrunt, præterquam quod cum collectim, & comprehensim nomen significauit definitionum ad explanationem, & diluciditatem substantiæ indigemus. An neq; idem significare definitionem, & nomen simpliciter dicitur, sed definitio quidem per se, nomen uero per accidens. Quoniam impositum alicui, significat id, quod pronunciat ab his, qui familiariter consuetudinem habent pronunciationis, quia hoc est, quod dicitur, dum consuetudo defert ipsorum discursum ad rei intelligentiam. Si enim esset per se significatiuum entis nomen, sicuti & definitio, non profecto & non entibus nomina poneretur, nec multa eidem nomina essent: neq; uero multis rebus nomē idem. Nunc autem definitio eiusdem secundum idem, una est, & non multæ. Nam tametsi diuersæ rationes de eodem interdum assignentur, tamen una uniuscuiusq; proprie definitio est, quæ cum genere specificis concurrentibus differentiis perficitur. Quoniam & natura una, & forma una est quæ a ratione significatur. Nomina autem complura eiusdem esse contingit, quæ à quibusdam quidem consequentibus ipsi ponuntur. æqualiter autem mutuo declarantia ipsum subiectum his, qui consuetudinem habent nominum. Nam ἀνθρώπος, & μέγας, & ἄριστος, quæ sunt nomina hominis idem sunt, hoc quidem, quoniam inspiciat sursum, hoc autem quia habeat uocem diuisam, hoc uero quia corruptibilis sit. & ex aliis fortasse consequentibus ipsi quilibet inueniet posita nomina. Definitio autem, quæ proprie est, una est. Animal enim gressibile bipes, quoniam ex materialibus connectitur improprie est. & animal implume, pedes habens, bipes, similiter. Animal uero rationale mortale, quoniam formales habet differentias, proprie definitio est. Verum & definitio eadem, nunquam ponetur differentibus secundum speciem, sed nomen idem sæpenumero his, quæ secundum speciem distinguuntur, ueluti canis secundum speciem, alter cælestis est, & terrestris, necnon marinus, quod quidem non esset si per se nomina, quemadmodum definitiones significarent res. Ac mutaret profecto aliquis alicuius nomen in alterum: definitionem autem minime. Atq; ex nominum proprietate, nempe aliquis perdiceret, quod secundum accidens significant rerum entitates. Nam cum ex his, quæ consequuntur naturas accipiantur, atq; ex illis proprietates suscipiāt, illa etiam per se significare dicuntur. Quoniam igitur per se definitionibus rerum significatio est, per accidens autem nominibus entium quoq; ex necessitate definitiones sunt, nomina autē & non entium sunt: & immutabiles quidem sunt definitiones, mutantur autem nomina, & complura altera similia. Quomodo haud absurdum est, dicere, quod æqualem potentiam simpliciter nomina æque, ac definitiones habeant: quamquā uero definitio diceretur nomē, sic sane appellaretur, ut per accidens ostendat idem, quod uere definitio per se.

Amplius nulla scientia demonstraret, quod hoc nomen, hoc significet, neq; definitiones igitur hoc assignant.

Com. 113.

Esto sane, inquit, & idem significet definitio cum nomine, sicuti igitur non est demonstratio ostendens, quod hoc nomen huius rei sit significatiuum, sic neq; definitiones hoc declarant, uide-

licet

POSTERIORVM RESOLVTIVORVM.

sicet commonstrat in assignationibus. quod hac definitio, huius sit definiti. & non alterius alicuius, Quod autem non contingat esse demonstrationem ostendentem, quod huius. quod significatur nomen sit, & non alterius, perspicuum est. cum quia nomina sunt ad placitum, tum quia multis interdum secundum speciem differentibus idem ponitur nomen quemadmodum se habent æquiuoca. tum etiam quia multa nomina eidem ponuntur rei, quorum nullum profecto inesset, si demonstratio esset. quod huius, & non alterius nomen sit. quod. n. aliquis scit, impossibile est aliter se habere, ut dictum est in primo libro.

Ex his igitur nec definitio, neque syllogismus videntur idem esse. neque eiusdem syllogismus et definitio.

Hac est breuis collectio eorum, quae dicta sunt. Quod autem non idem sint syllogismus, & definitio, potest quidem, & a definitionibus cognosci: alia enim utriusque ratio est, quod quid est esse significans. monstrauit uero etiam ipse, quando ostendebat non esse idem id, quod syllogismo, & definitione ostenditur. Nam quod non eiusdem syllogismus sit, & definitio, multifariam ostensum est. & definitionis quidem est quod quid est, syllogismi uero quod est. ostendit enim ex initio, quod non contingit, quod sub altero horum ostenditur, ab altero ostendi.

Com. 114

Ad hac autem, neque definitio quicquam, neque demonstrat, neque ostendit.

Nam si neque esse rem, cuius quod quid est assignatur, definitio ostendit, neque quod illius sit, in quo assignatur. sed neque quid est definitum, ut ipse dixit. quid quaeso alterum ostendet? Quatenus, autem aliud est, a demonstrare, ipsum ostendere, utraque etiam posuit. Nam hoc quidem scientificae, & necessario est, & quaecumque in primo libro de demonstratione assignata fuere. Ostendere autem est, & simpliciter, & seorsum a talibus circumscriptionibus.

Com. 115.

Neque quod quid est, nec definitione, neque demonstratione cognoscere est.

Ostensa item hac fuere, quod definitione quidem non ostendatur quod quid est. Neque enim nec quod definitio hoc sit, quod assignandum est, ex assignatione manifestum sit. neque quod huius sit, neque penitus sit, quod definitum est, definitione significatur. iccirco neque quod ipsum quid est ostendatur. Demonstrabit autem, quod definitio principium est demonstrationis, ideo ab ipsa non ostenditur, & si quid alterum de his, dictum est.

Com. 116.

Iterum autem speculandum est quid horum dicitur bene, et quid non bene, et quid sit definitio et ipsius quid est, nunquid quodammodo sit demonstratio, et definitio an nequaquam.

Tex. 8.
Tex. c. 36.

Cum ea, quae dicta fuerunt summam collegisset, addit sequentia, de quibus dicere, & ostendere uult. Nam primo quidem dicit, quod non undequaque bene, uidelicet non uere se habent ea, quae dicta fuere. sed est in quo aberrauit. Quamprimum quod non possit idem per definitionem, & demonstrationem cognosci. Deinde, & quod non possit ostensio definitionis per demonstrationem, aut omnino per syllogismum fieri. Horum enim utrumque simpliciter quidem dictum, minime uerum est. partim autem dictum uerum est sicuti manifestum est, & ex his, quae his opposita sunt. Neque enim quod possibile sit idem per definitionem cognosci, & demonstrationem simpliciter uerum est, neque quod non possibile sit. sed partim utrumque, ut precedentibus apparbit similiter, & quod possit, uel non possit ostensio definitionis fieri. Namque horum partim uerificatur unumquodque, & partim non uerificatur. sicut erit & hoc perspicuum. consimiliter quoque in his, & quod possit definitio per syllogismum ostendi. Etenim hoc aliquo modo licet aliquo uero modo non. Quamobrem de his quidem, quae in parte uerificatur, qui simpliciter enunciat, uel argumentatur, partim quidem bene dicit. partim autem non bene. Quoniam autem de definitione sermo ab ipso motus est, & partim distinxit ipsam a demonstratione, & partim cum ipsa uidetur communicare opere praetium quoque erat, & quid sit definitio assignare. quemadmodum & prius de demonstratione loquens, quid sit demonstratio assignauit, & ante ipsam cum de syllogismo diceret, Quid sit syllogismus eo quod absurdum est secundum Platonem dicere de aliqua re, ignorantem quid illa sit. prius igitur ostendens, quod nequaquam definitionis est demonstratio, modos accepit secundum quos non contingit definitionem demonstrari. Quoniam autem est quidam modus, ab illis diuersus, quo definitione per demonstrationem contingit fieri. hunc

Com. 117.



deinceps, ubi tradiderit, sermonem de hac perfectum faciet. cum prius quidem quomodo non fiat ostendisset, postea uero, quomodo fiat. Recte autem, probeque ita agit, ut secundum æquum progressum suus procederet sermo, non secundum præuaricationem, & secundum generationem, non secundum corruptionem, ex negatione in affirmationem, atque ex non ente in ens. & non ex contrario. quoniam & imitatur naturam definitiuæ methodus. sicut illa formas ipsi materiæ quadrans, in motu substantias perficit, quarum esse principium dicitur. sic ipsi generi differentias addens, definitorum etiam cognitionem præbet. Cum igitur hæc dixerit modos exponit, secundum quos definitionem contingit per demonstrationem cognosci. utitur autem his, quæ antea demonstrata fuere, in quibus dicebat idem esse scire quid est, & scire causam ipsius si est. Dicebamus enim quod cum forma definitio sit, forma autem causa, perspicuum est, quod & definitio causa est. sed causa alicuius, uel omnino essendi rem, cuius definitio, definitio est. Causam igitur quod possit definitio per medium aliquod ostendi, hanc assignat ex diuisione hoc modo procedentem, Nam causarum, sicut & definitionum, alia quidem eadem est cum illo cuius est causa, alia autem ab illo diuersa. Deinde iterum subdiuidit, & inquit, quod quæ diuersa est, aut demonstrabilis, aut indemonstrabilis est, sunt enim quædam definitiones, ut procedentibus ex exemplis apparebit, quæ non conuertuntur. cum definito, quapropter & apparentes definitiones, & non propriæ sunt. Atque harum alia quidem ex materia, alia autem ex forma accipiuntur. quæ tunc igitur ex materia accipiuntur & non conuertuntur, istæ demonstrabiles sunt per media eorum, quæ sunt ex forma, quæcumque uero ex forma sunt, istæ indemonstrabiles sunt, propterea quod nullum inter ipsas, & definita reperiatur medium. Si igitur talis definitio fuerit, ut ex materia accipiatur, & non conuertatur cum definito hac de causa alia quidem est à definito. potest tamen per medium ostendi, sumpto enim medio accepto ex forma, quod & ipsum non conuertatur cum definito, immediate autem insit ipsi, fit syllogismus in prima figura, definitionem concludens per definitionem de definito: quia uniuersale, & affirmatiuum id, quod ostenditur est. Hoc autem in alia non contingit, præterquam in prima figura ostendi. Hæc igitur cum ita disposuerimus, faciemus per exempla sermonem splendidiorem, diuidentes prius diligentius, & accuratius. Nam definitionum, quæ de aliquibus assignantur definitis, alia quidem ex generibus sunt & specificis differentiis constitute. alia quidem ex generibus fortasse, non tamen ex specificis differentiis. sed ex his, quæ insunt in materia, accipiuntur. ut qui quidem, animal rationale mortale, mentis, & scientiæ capax, hominem esse dicit, ex forma differentias accepit, uel omnes, uel plures. qui uero dicit animal recte deambulabile, latunguium risibile. ex his, quæ insunt in materia composuit. Horum autem rursus utrarumque, alia quidem conuertuntur cum definito. ueluti ambo, quæ dictæ fuerunt alia uero non conuertuntur. ut dum accipitur quidam ex materia, & non conuertitur, quæ iram accensionem dicit esse. sanguinis circa cor. Ex forma autem & non conuertitur, quæ iram dicit esse appetitum uindictæ. neque enim omnis accensio sanguinis circa cor, ira est. sed contingit etiam non irascente aliquo accendi sanguinem circa cor. Nam febricitantium in humidis feruet sanguis circa cor, non tamen & idcirco irascantur. Neque uero omnis appetitus uindictæ ira est. Cōtingit enim aliquem uindictam appetentem quiescere, & nulla affici animi perturbatione. nam in assumptionibus appetituum secundum imaginationem, aut secundum actum factis, subiectorum commotiones innatæ sunt fieri, non tamen & ex eo quod in ipsis maneat. sed oportet ambo concurrere, ut ita fiat. propriæ igitur definitiones sunt, quæ hæc ambo habent. & quod ex forma accipiuntur, & quod conuertantur: quæ autem harum altera carent, impropriæ sunt, & multo magis, quæ utrisque. Definitionem igitur ex forma & conuertibilem eandem inquit esse cum eo, cuius est causa, non conuertibilem uero diuersam, siue ex forma siue ex materia sit. & quamquam illa, quatenus causa, diuersa est ab eo cuius est causa, tamen quoniam conuertitur, atque æquatur, & formam demonstrat, iccirco eadem est cum eo, cum quo æquatur: uel quatenus quidem entis simpliciter est, diuersa est, quatenus uero huius entis, eadem est. Et definitio causa est, quod hoc huic enti sit, secundum enim definitionem hoc huic enti est quod quid est. quod autem ista sola proprie definitio sit, perspicuum est. si quidem definitionis proprium est uel maxime, propriam esse, & in eo quod quid est eius, cuius definitio est. Si igitur omnis ita debeat esse, quæ non erit ita, neque erit definitio, hanc quidem sic, eam autem, quæ ex materia est, & non conuertitur, & alteram dicit esse, quoniam neque conuertitur, & mediatam, quatenus per medium eius, quæ ex forma accipitur, demonstratur: illam uero, quæ ex forma quidem est non

tamē cōuertit̄, diuersam etiā ipsam ab eo dicit, cuius est causa, sed imediatā, & idcirco neq; ostēdi. Quod enī ita sit feruor sanguinis circa cor, ostēderet̄ profecto p̄ mediū hoc appetitus uindictę qđ aut sit appetitus uindictę, nō utiq; ostēderet̄: propterea quōd imediata est cū ira, hoc enim præcedit illud, uero sequitur. Nam prius aliquis appetit uindictam sumere, postea accenditur ipsi sanguis circa cor, dum appetitui consentit, & adducitur ad ulciscendam iniuriam. Quare nō per medium aliquod cum ira. Hoc autem per medium illud. Quapropter & talis definitio cōclusio demōstrationis in primo libro dicebatur, ceu quæ per medium eius, quæ ex forma accipitur, de aliquo concludatur in huiusmodi oportet ambo hæc concurrere, ut conuertatur, & definitio p̄fecta fiat. ira est feruor sanguinis circa cor, propter appetitum uindictę. Diuisim autem utrunq; neq; conuertitur, ut dictum est, neq; proprie definitio est. Hoc uno quidem modo inquit, quōd ostenditur quod quid est, per aliud cum scilicet, & illud sit quid est. Nam necesse est, quod quid est si debeat ostendi, per medium quid est ostendi, quemadmodum & proprium per mediū proprium, quatenus hoc quidem est ostensuum, hoc autem non. Hoc sane modo definitionem per definitionem syllogizata dixit etiam prius: & nunc rursus dicit non esse demōstrationē, quoniam accipit id, quod uult, demōstrare. Definitionem enim alicuius ostendere uolens, definitio nē ipsius accipit SED EST, INQUIT, LOGICVS SYLLOGISMVS IPSIVS QUID EST, Logicum autem dicit syllogismum ex probabilibus syllogizatum. uel quod magis propriū est hoc in loco ostendentem quidem per medium aliquod alterum de altero extremorum, non tamen seruantem quoq; dictas demōstrationis obseruationes. Verum si quidem eandem ostendit definitionem, quam etiam assumpsit, inquit, Alexander quōd in principio petiit. Si autem aliam quidem accipiat, aliam autem ostendat, non amplius petit in principio. Quoniā & qui inhærens aliquod alicui demōstrat inhærens accipiens, inhærens demōstrat, sed non ob id, id, qđ in principio est accipit, sed alterum quidem accipit, alterum autem ostendit. Cæterum si quidem concederemus plures esse eiusdem definitiones, nullum esset inconueniens aliam per aliam ostēdi. Si uero non essent plures, hæc utiq; esset causa, quōd non sit demōstratio. An hoc est hominis dubitationi manus dantis & Aristotelem dicentis non bene dicere causam, ob quam non sit hoc ipsius quid est demōstratio, eo quōd per alterum ostendatur quid est, sed quōd sit logicus syllogismus, quoniam id quod quæsiuit accepit. Deinde neq; penitus esset de definitione syllogismus. Si non est medium accipere definitionem, cum una sit definitio. Quare non solū nō erit demōstratio, sed neq; logicus syllogismus, sicut iste dicit, de definitione, quia non est mediū reperire, si quidem ipsorum quid est, medium est quid est, & priorū propriū. sed & duo quid est eiusdem pro confesso habentur, ipsius enim iræ quid est utrunq; est, & sanguinis accensio circa cor, & appetitus uindictę. Quomodo igitur dicemus? An fortasse quōd propriæ quidem definitiones eiusdem plures sint, non profecto concederemus. improprie autē concederemus utiq;. Quoniā igitur ambo istæ quidem compositæ, & formam iræ demōstrant, & conuertuntur, diuisim autem hæc utraq; minime, logicus profecto esset syllogismus. qui per alteram concludit alteram. Quia non ueram definitionem, sed apparentem concludit, uel etiam dum quærit, quænam sit definitio iræ, definitionem accepit iræ. Non enim iam concesso, quōd definitio iræ sit appetitus uindictę quæstio nempe fieret quænam sit definitio iræ, sed nondum manifesto existente quænam sit ipsius definitio. Quare cum res ita, ignota sit, & quærat, qui accipit definitionē, id, quod quærebat accepit. Sicut etiam si quærebat, an sit aliquid inhærens, accipiens inhærens, id, quod quærebat accepit esse. Hoc quidem uno inquit modo est, per quem definitionē syllogistice quidem, non autem demōstratiue reperiri contingit, & definitionem non simpliciter, sed aliquam definitionem. Quoniam autem per demōstrationem quærebat, si possibile sit reperire definitionem, & hanc proprie, ut in eo quōd quid est, & proprium sit. Descendit in alterū modum, secundum quem inquit cōtingit per demōstrationem reperiri definitionem. ceu hoc nō liceat per priorem, percurreret autem rursus ea, quæ ab initio de quatuor problematibus tradita fuere, tanquam proposito ipsi multum conferentia, incipit uero iterum à nobis notioribus, hæc autem sunt composita problemata: Dico autē ipsum quōd sit, & propter quia sit, & inquit proportionabiliter cum his se habent & simplicia, uidelicet an sit, & qđ sit. Sed diuidamus prius. Nam omne quæsitum, aut rem quærit, aut causam rei, & rem, aut quatenus per se consideratur aut quatenus in altero esse habet, & causam rei similiter, aut existentis per se, aut in altero esse habentis. Quando quidem igitur ut alterum in altero quæritur, ipsum quod, & propter quid pro

Alexander



blema fit. hoc quidem dum quæritur res, hoc autem causa ipsius. Quando autem ut per se consideratur, ipsum an sit, & quid sit. hoc dum hic etiam quæritur res, hoc autem causa rei. itaque sicuti in prioribus non utique quæreremus causam rei. dum ignorat ipsam esse: Sic sane & in posterioribus, dico autem simplicibus, & quemadmodum ibi simul quidem contingit cognoscere ipsum quod, & propter quid, prius autem ipso quod, propter quod cognoscere impossibile est, nec secus hoc etiam in loco, simul quidem esse, & quid est esse cognoscere contingit, prius autem ipso esse, quid est esse impossibile est quoniam illic, atque hic stultum est quærare causam rei dum ignoratur an omnino ipsa sit. Nam tametsi causa natura prior est eo, cuius est causa: tamen cognitione secundum nos ex imperfectis procedente in perfecta, quod res sit cognitio prius fit. deinde hoc modo & causa ipsius, Aut sane & simul quandoque, e converso autem nunquam. Non enim mehercule aliquis alicuius causam sciens, quod causa huius est, quæret unquam si est illud. Et si aliquando ipsum quærit, causam ipsius quærit, si est aliqua causa essendi ipsum, siue eorum, quæ in alteris hoc, siue eorum, quæ per se considerantur sit. inveniens autem quod sit aliqua causa essendi ipsum inde quærit, quænam ipsa sit. Sic enim ex initio dictum est. At certe quemadmodum stultum est quærare proprietatem rei, dum ignoratur an ipsa sit. sic sane stultum est quærare propriam causam alicuius, dum ignoratur an sit omnino causa ipsius. Hic sic se habentibus, Quoniam ipsum an sit, & huius cognitio, præcedit ipsum quid sit, & cognitionem ipsius. Sicuti habemus probationem in cognitione ipsius an sit, sic etiam ad quid est ducimur. si quidem ab accidentibus quibusdam, & non substantiæ eius, quod quæritur partes sunt, esse ipsum cognoscimus, superficialis cognitio est, & proxima quasi, quod neque cognitio sit. Quapropter & ex ipsa ipsius quid est perceptio est vix apparens, & ut ita dicam debilis. Si autem ex substantialibus quibusdam, & quæ partes substantiæ sunt rei, ipsius an sit cognitionem habemus, facile iam inde, & ad imperfectam ipsius quid est cognitionem ducimur. Ut si de tonitruo, aut de defectione quærimus, quid horum sit utrumque. Si quod ipsa sint, ita habeamus cognitionem. quod hoc quidem, strepitus quidam est nubium, hoc autem quod luminis priuatio quædam est. Similiter, & hominem, quod animal quoddam sit, & animam, quod ipsa sit seipsam mouens. Quoniam, hæc substantialia sunt cum his, quæ accepta sunt, facile ab his, & ad ipsum quid est unumquodque habebimus. Si autem de tonitruo quidem, quoniam aliqui attoniti fiunt, de defectione autem lunæ, quoniam cum sit plenilunium, & à nebula non obtinebantur, repente obscura fit, & in aliis consimiliter. si ex talibus esse cognitionem habeamus, nihil inde est ad quid est pertrāsire. quia neque ipsum esse cognoscitur, ex talibus uideri cognosci. Hoc autem dum non cognoscitur, quærare quid est, neque quærare est. Præclare igitur, & recte dictum est, quod sicut nos habemus de esse, sic etiam habemus de ipso quid est esse. Non omnia tamen, neque quæ à re accipiuntur, paria sunt, sed alia quidem propius, alia autem longius. & ex his ad definitionem ductio ipsorum proprietates ad rem proportionales est. Accipit igitur exempla eorum, quæ dicta sunt, & primum quidem in his, in quibus cognitio substantialis est ipsius quod est, per quam & in quid est dicimur. postea uero, & eius, quæ est secundum accidens ipsius an sit cognitionis exemplum accipiet. Atque ostendet per hoc, quod nihil nobis talis cognitio ad definitionem confert. Exemplum autem cognitionis ipsius an sit, habentis aliquid ipsius quid sit tale est. maiorem terminum defectionem ponit, qui est a. lunam minorem, qui est c. medium, terræ interpositione, qui est. b. Quando igitur quærimus inquit utrum deficiat, an non, hoc quærimus, nunquid est. b. uel non. idem autem est dicere. nunquid est aliqua causa defectionis lunæ, uel non. Ac si fuerit causa, perspicuum est, quod & causatum. Cum. n. sit ipsum à terra obstrui, quod erat. b. erit etiam & a. ex necessitate, quod est deficere. Ratio enim & causa defectionis est terræ interpositio simul igitur in hoc, & defectionem, & causa ipsius cognoscitur. Hoc autem est quid est. Quare ita scientifica ipsius an sit cognitio, cum seipsa quid est commonstrat subdit quoque & alterum exemplum. triangulum duos rectos habere. Cum enim duæ sint enunciationes oppositæ inter se secundum contradictionem. Quærimus cuiusnam horum sit causa, utrum eius, quæ dicit habere duos rectos triangulum, aut quæ dicit non habere. inuenientes igitur eius, quæ dicit, habere causam. scimus etiam quod habeat duos rectos, & propter quid habeat duos rectos. Cum enim hoc sit, duobus reliquis æquales esse trianguli angulos, causam inuenimus, quod ipsi sint duobus rectis æquales, simul ergo in hac ratione, & quod est & propter quid est accipimus, & fortasse secundum exemplum, non propterea quod possit cognosci definitio per demonstrationem, acceptum est. sed ad ampliorem confir-

mationem, quòd contingat simul quòd, & propter quid cognosci. Nam possibile est in pluribus hoc fieri, Non tamen necessarium est æqualiter, ubicunq; inuenitur, in definitionis inuentionem conferre. Aut sane & in hoc loco medium, & causam, definitionem quispiam dicet, si quidem re/cti anguli ista est definitio. Quid enim est re/ctus angulus assignantes dicimus, Quàdo supra re/ctam lineam constitutus, reliquos angulos æquales inter se faciat, uel etiam hoc modo is, qui fit eo quòd constitutatur re/cta linea supra re/ctam lineam, ut & reliquos angulos æquales inter se faciat. Hoc igitur in. b. ponentes, uidelicet medio, facimus demonstrationem. ipsius trianguli tres anguli duobus reliquis æquales sunt, duo autem reliquis duobus re/ctis æquales sunt, triangu/li ergo tres anguli duobus reliquis æquales sunt. simul igitur & ipsum quòd habemus, & propter quid. Si per media fuerit, proprie autem media sunt, si non conclusionis solum. sed etiam rei causæ sunt. hoc uero est, quando medium tale fuerit, ut nō modo dum in syllogismo accipitur, necessario habeat sequentem conclusionē, sed quòd etiam causa sit prædicati in conclusione, siue ut definitio ipsius, siue ut alia quædam aliarum causarum sicut est in triangulo uidere. Quàdo enim re/cta linea super re/ctā constituta, angulos qui deinceps sunt uel duos re/ctos faciat, uel duobus re/ctis æquales, causa est, ut ratio, essendi tres angulos duobus re/ctis æquales: Nam quid est re/cti anguli hoc est fiat constituendo re/ctam supra re/ctam. Nisi aliquis, unde principium motus est causam dicat, propterea quòd & facere dicatur, quòd si constitutatur re/cta supra re/ctam, aut duos re/ctos, aut duobus re/ctis æquales angulos qui sunt deinceps facit? Demonstratio enim est medium non solum ut causam formalem habens sed etiam aliquam aliam causarum, ut Aristoteles procedens dicet, forsan autem non modo & quòd sit habemus, & propter quid ex his, uerum etiam an sit & quid sit. Nam quatenus quidem eorū, quæ in altero esse habeat est id, quod quæritur, & composita problema est, & ipsius quòd, & propter quid, quatenus autem ut ignotum est adhuc quæritur, ut defectio, aut duo re/cti, & per mediam definitionem ipsius an sit, & quid sit esse ostenditur. Nam hæc quidem, quæ prius dicta fuerunt, de eo quòd conferat cognitio ipsius an sit si per substantialia fiat, ad quod quid est, in omnibus conueniunt definitis, & in his, quæ per se sunt, & in his, quæ in alteris esse habent, Quapropter & mixtim illic exempla accepta sunt. Defectio tonitruum, homo, anima, per demonstrationem aut definitionem monstrare haud in omnibus est. sed in his solis, quæ in alteris consideratur. Quamobrem etiam talia, loquendo de hoc exempla accepta sunt. Defectio, tonitruum, duo re/cti. Nam idcirco & quandoquòd sit, quandoquòd autem an sit problema appellat. hoc quidem propter compositionem, hoc autem propterea quòd, quæratum prædicati existentia. Si quidem igitur inquit per talia media syllogismus fiat, cum non solum causæ sint conclusionis, sed etiam rei, utraq; cognitiones habemus, & ipsius quòd necnon ipsius propter quid. Sin autem per hæc, ipsum quòd quidem, propter quid autem minime. Sint enim rursus extrema quidem eadem. luna. c. defectio. a. b. autem, uidelicet medium in plenilunio umbram non facere, nullo nostrum in medio existente manifesto. in sit igitur ipsum quidem. c. minori, uidelicet lunæ. b. autem medium, non posse umbrā facere in plenilunio, nullo interea existente manifesto, huic autem, scilicet. b. medio ipsum. a. quòd est deficere. a. igitur inest ipsi. c. uidelicet ipsum deficere lunæ. Connexa quidem est, & hoc modo conclusio, & perspicuum factum est, quod deficit; non tamen & propter quid deficit, ex hoc manifestum est, propterea quòd non accipiatur medium causa rei, & quæ quid sit defectio scimus, quod est ipsum an sit, quid autem sit defectio ignoramus, Nam quemadmodum dictum est, si ruti habemus probationem ad ipsum an sit, sic etiam ad ipsum quid sit ducimur. Cum igitur cōsequens quoddam, & accidens defectio ad cognoscendum quod ipsa sit acceperimus, Atq; hoc medium posuerimus, ipsam concludemus. Nihil autem substantiale in cognitionē essendi ipsam accepimus iccirco ex necessitate neq; in cognitione ipsius quid est ducimur, nihilq; nobis demonstratio in definitionem contulit. Quando igitur ita imperfectam cognitionem habeamus rei, cuius alia præter ipsam, causa sit. locus relinquatur quærendi propter quid est. Quærere autem propter quid inest id, cuius ipsum quòd inest seorsum à causa habemus nihil aliud est, quā quærere medium quid est. sicut in quodam diximus exemplo. Cum enim manifestum sit, quòd deficiat luna, ex eo quòd in plenilunio umbra non fiat, nullo existente in terra manifesto, ueluti nebula aut aliquo alio. Quoniam causam non habemus propter quam hoc sit, quærimus propter quid. Hoc autem quærere, nihil aliud est, quam medium quid est, uidelicet causa defectiois. Nunquid obstructio, aut reuolutio lune sit ceu cū illuminata est pars ipsa, quæ auersa est in altē



ra, ac luminis expers facta est ea, quæ est uersus nos, aut extinctio luminis existentis in ipsa. id autem si uere aliquis assignet, nihil aliud est, quam ratio, & definitio alterius extremi eorum, quæ in conclusione accepta sunt. uidelicet maioris, quod erat defectio. Est enim defectio obstructio à terra. idem sane & in tonitruo dicens. Quonia enim & ipsum est eorum, quæ in altero subsistunt (nam in nebula est) etiam causa ipsius strepitus in nebula, alia ab ipso est, Quado scimus, quod est eorum sum à causa, quærimus propter quid, Atque hoc quærentes nihil aliud quærimus, quam quid est medium. Et ipsum propter quid inuenientes, rationem reperiemus, & definitionem tonitruui. Nam propter quid strepitus in nebula fit. uidelicet propter quid tonitruum est, quoniam ignis in nebula extinguitur. Quid est tonitruum, ignis extinctio in nebula. Ad ampliorem autem rei confirmationem accipiamus etiam cum literis, ut perspicuum fiat quomodo demonstratio procedat causam habens. Sit enim nebula. c. tonitruum. a. extinctio ignis. b. id autem medium est quod concludit. a. maius de minori extremo ipso. c. inest igitur ipsi. c. nebulae. b. quod est extingui igne in ipsa: huic autem ipsum. a. strepitus, uidelicet tonitruum: Atque est strepitus, uidelicet tonitruui ratio. & definitio ignis, ipsum. b. ipsius a. scilicet medium maioris extremi. Est igitur rursus & hoc in loco quid est, constitutum demonstrationis propter quid. Et ipsius propter quid demonstratio medium rei causam habens causationem facit cognitionis ipsius quid est, & diuersa quidem inter se sunt definitio, & propter quid demonstratio simpliciter, tamen concurrunt inter se hæc aliquando: Quando in his, quæ in alteris insunt, causam quærentes, propter quæ hoc huic inest, rationem ipsius quod quid est esse prædicati. causam inueniemus in essendi in subiecto. Verum & qui nouit in huiusmodi ipsum quid est, nouit etiam propter quid est, Qui enim nouit quid est esse tonitruui, quod ignis extinctio est in nebula, iste etiam propter quid est tonitruum nouit etenim est propter extinctionem ignis in nebula. propriæ igitur definitiones prædicatorum, & subiectis immediate insunt, & dum media in demonstrationibus accipiuntur, demonstratione propter quid perficiunt, ueram conclusionem, & necessariam concludentem. Si autem aliquando accidat rationem quidem maioris accipi, non tamen neque hanc immediate inesse minori, neque uero necessariam concludi conclusionem, ista ratio non est perfecta, neque proprie definitio, eo quod non conuertatur cum definito, neque ex forma, sed ex materia accipiat: Atque ista est ex rationibus illis, quæ nonnullæ sunt deficientes, id est perfectione carentes, & additione indigentes, quam assequentes: & perfectæ, & conuertibiles cum definitis fiunt, & si mediæ acceptæ fuerint post perfectionem. demonstrationem propter quid perficiunt, ueram & necessariam conclusionem concludentem. ut in irascente aliquo non immediatam minorem propositionem accipit, non enim immediate irascenti, quatenus irascens est, feruere sanguinem circa cor inest, sed per medium ipsum appetere uindictam. Ac conspicuum est quod hoc oportet præcedere, ut illud sequatur. neque dum taxat irascenti inerit, & si inesse suppositum fuerit, nisi illud præcedet. Est autem hæc ratio, quæ ex forma iræ accipitur, & eorum quidem quæ immediate insunt irascenti, Attamen neque ipsa conuertitur cum ira. Ex his autem inter se compositis perfecta, & conuertibilis definitio fit: & cum mediæ accepta fuerit, demonstrationem propter quid constituit. Cuidam appetenti uindictam accenditur sanguinis circa cor, omnis cui appetenti uindictam accenditur sanguis circa cor irascitur: quidam ergo irascitur: Quando igitur rationis accepte. b. c. propositio, quæ minor est, altero indiget medio, ratio accepta non est perfecta, sed aliqua est ex deficientibus, & imperfectis. Nihilo uero minus ea, quæ dicta fuere, & in maiori conueniunt propositioni, neque irasci enim quod maior extremitas ponitur, & dumtaxat de medio prædicatur, sanguinis accensione circa cor, ostendere profecto per medium appetere uindictam. Accensio sanguinis circa cor propter appetitum uindictæ fit: ea, quæ fit propter appetitum uindictæ, ira est, accensio ergo sanguinis circa cor ira est. Et est logicus syllogismus: Quamobrem neque necessariæ propositiones sunt. nec enim ex necessitate propter appetitum uindictæ accessio ipsa fit, sed contingit & per aliud neque & si appetitus uindictæ alicui fiat, irascitur statim, neque enim statim necessarium est accendi ipsi circa cor sanguinem, Sed contingit appetitum elidi, & expelli propterea quod maneat quietus. Cæterum conuerteretur profecto cum ira appetitus uindictæ, & definitio esset ipsius alio minime indigens, si ex necessitate existente appetitu eodem inesset quoque ira, Quæ uero de hoc dicat Alexander dicemus literam percurrentes ITERVM AVTEM SPECVLANDVM EST QUID HORVM DICITVR BENE, ET QUID NON BENE, ET QUID SIT DEFINITIO, ET IPSIUS QUID EST NVNQVID QVODAMMODO SIT DEMONSTRATIO, ET DEFINITIO

ET DEFINITIO? AN NEQVAQVAM. Prius quidem simpliciter monstrauit, quòd nec possibile est idem per definitionem, & demonstrationem scire, neq; definitionis contingit esse demonstrationem, neq; uero definitio demonstrat aliquid, aut ostendit: Atq; admodum ex dictis uideretur utiq; neq; penitus ratio, aliqua substantialia syllogismo ostendi, nullumq; modum demonstrationis in definitionis conferre inuentionem, neq; uero prorsus quicquam ostendere definitionem. Quoniam autem & ratio est inueniendi substantialia syllogismo concludentē, & per medium alterius rationis subiecto inesse ostendentem, quales ipse dixit esse conclusiones demonstrationis, & modus quidam est demonstrationis, per quem definitio mōstratur, iccirco ea, quæ dicta fuerunt, partim quidem bene se habent, partim autem minime. Nam recte quidem se habet quòd perfecta definitio demonstrationi non subicitur, & quòd non est certam definitionem syllogismo concludi: Non recte autem, quia secundum nullum modum demonstrationē in inuentionem definitionis conferre dixit: & quòd nulla prorsus ratio substantialis est, quæ syllogismo concludatur: Nam per ea, quæ nunc dicuntur, apparebit, quòd cōtingunt quodammodo, & ambo hæc, & quòd definitio potest quodammodo esse sui ipsius ostensiuā. De definitione autem loquens necessario assignabit, & quid sit definitio, & quot modis accipiat. illud autem

ET IPSIVS QUID EST NVNQVID QVODAMMODO EST DEMONSTRATIO ET DEFINITIO? AN NEQVAQVAM hoc est, quoniam prius quidem uniuersaliter dicebatur, nullo modo esse demonstrationem definitionis, neq; uero definitionem quicquā penitus ostendere. Nunc autem debet ostendi & modus quidam demonstrationis ostensiuus definitionis, & quòd definitio ostendit aliquo modo quòd quid est, & quòd per utraq; contingit quodammodo quòd quid est ostendi & per demonstrationem, & per definitionem.

Quoniam autem, ut diximus, idem est scire quòd quid est, & scire causam ipsius an sit. Ratio autem huius est, quoniam est quædam causa, & hæc aut eadem, aut alia est, & si profecto alia, aut demonstrabilis, aut indemonstrabilis. Tex. c. 37.

Et prius dixit, quòd definitio causa est, forma enim est. Si igitur quòd quid est definitio est, definitio autem forma est, forma uero causa, quòd quid est, ergo causa est. sed causa alicuius, uel essendi rem, de qua assignatur; si quidem & esse unicuiq; secundum formam est. Quare idē est scire quòd quid est, & scire causam ipsius an sit. Cum igitur proposuisset in hoc loco ostendere, quòd ostenditur definitio, his utitur. Ratio autem huius, inquit, est, quoniam est quædam causa; id est huius quòd sit idem scire quid est, & scire causam ipsius an sit; quia causa quædam est definitio, quatenus forma, aut ratio est; & causa est, quòd definitio per syllogismum ostendi possit, & si hoc modo literam ipsam interpretabimur, esset prior deficiens, ibi, QVONIAM AVTEM, VT DICEBAMVS, IDEM EST SCIRE QUID EST, ET CAUSAM IPSIVS AN SIT, Oportet enim addere, quòd possibile est per syllogismum ostendere quòd quid est esse. itaq; sequeretur profecto illud RATIO AVTEM HUIUS EST, id est causa autem huius est, quòd cum sit causa est quid est, possit ostendi per syllogismum definitio, quia est quædam causa, atq; hæc, aut eadem cum eo, cuius est causa, aut altera, & si sit altera, aut demonstrabilis aut indemonstrabilis, hoc est, aut mediata, aut immediata. Nam definitio cum sit causa si quidem in eo quòd quid est, & propria est, ut conuertatur cum definito, eadem est cum eo, cuius est causa. Si autem altera est, si quidem ipsi immediate inhæreat, indemonstrabilis est, Si uero per medium demonstrabilis. sicuti est reperire in ira, & in tonitruo. atq; in plerisq; aliis. Accēssio enim sanguinis circa cor, ratio quædam est iræ, quæ ex materia accipitur, attamen non immediata, quatenus habet causam alteram præcedentem ipsam, quæ oportet prius fieri, ut ipsa illam sequatur, erit ira. Est autem illa uindictæ appetitus, quo facto, si accensio sanguinis in corde sequetur ira fit, Quamobrem opus est etiam ambobus his ad ire generationem: ideoq; dum simul componuntur, definitio iræ perfecta est, neutram autem per se: Quare causæ quidem, & ambo iræ sunt, sed non eadem sunt, cum eo, cuius sunt causæ, si inter se separentur, eo quòd non conuertantur cum definito. Atq; hæc quidem per mediam alteram inhæreat definito, hæc autem immediate. illa igitur demonstrabilis est, quæ per mediam hanc concluditur: hæc autem indemonstrabilis, propterea quòd non habeat medium per quòd subiecto inhæreere ostendatur, si tamen in unum mutuo conuenerint, & conuertitur cum definito, & non amplius alia est ab eo, cuius est causa, sed cum illo eadem est. idem est & in tonitruo, etenim sonus in nebula est, & ignis extinctio: & causæ quo



dammodo ambo hæc sunt tonitruus: sed hæc quidem mediata sonus in nube, hæc autem immediata ignis extinctio, atq; illa per hunc ostenditur: Neutra autem perfecta definitio est. Quapropter & alia utraq; est ab eo, cuius est causa, si diuisim accipiat: Simul autem quatenus unum accepta & perfecta definitio est, & eadem cum eo, cuius est causa, idem enim est cum tonitruo, sonus in nube propter extinctionem ignis. Quod autem alia sit, causa, & cuius est causa, non in orationibus, solum, sed etiam in simplicibus erit rebus. ut cum animal medium substantiæ, & hominis ponatur, causa, utiq; esset, quod homo sit substantia, sed non eadem cum substantia. Verum & quod homo animal sit ipsum rationale causa est, sed non eadem cum animali. In huiusmodi igitur causis, quæ quidem aliæ sunt ab his, quorum sunt causæ, si reperiatur aliquod medium, ut non immediatæ ipsæ causatis insint, hæc demonstrabiles sunt, & demonstratio est in prima figura.

Si igitur est alia, & contingit demonstrare, necesse est medium esse causam, & in figura prima ostendi, vniuersale enim & prædicatiuum est, quod ostenditur.

Com. 119. Duo enim inquit, oportet concurrere, ut demonstretur causa, & ut alia sit ab eo, cuius est causa, & ut contingat ipsam demonstrari, uidelicet ut non immediata sit, & proxime inhærens causato, sed per medium aliquod per quod & demonstrari possit. Si igitur talis fuerit, necesse est medium per quod debet ostendi, illud quoq; causam esse. aut ergo hoc modo oportet dicere, aut quod necesse est medium causam esse magis propriam, uidelicet magis propinquam, & immediate inhærentem causato.

Vnus quidem igitur modus utiq; esset, qui nunc inquisitus est, quod per aliud quod quid est monstratur.

Com. 120 Cum proposuissemus, inquit, ostendere, quomodo contingat per syllogismum, & demonstrationem inueniri definitionem, unum quidem modum iam tradidimus, & est iste, qui nunc perscrutatus est, & assignatus. is autem est quod ostendatur quod quid est, per aliud quid est per proximum & immediatum, id, quod est non proximum, nec immediatum, quod & conclusionem demonstrationis in primo libro esse dixit. propterea quod per medium magis propinquum, & magis causam concludatur. Quod autem ita QVOD PER ALIUD dixit, ut quod quid est subaudiatur, declarat inferens ipse.

Nam & ipsorum quid est, necesse est medium esse quid est, & proprium proprium. Quare hoc quidem ostendet, hoc autem non ostendet ipsorum quod quid est esse ipsi rei.

Com. 121. Cur enim inquit, per aliud quid est, tale quid est ostenditur? propterea quod oportet medium ipsorum quid est, id est cum ut medium definitio in demonstratione ipsorum quid est accipiat, quid est esse debet, & proprium consimiliter proprium. Etenim in propriis simpliciter, si quis debet medium sumere, proprium ex necessitate assumet. eorum enim quæ alteris adhærent magis propria sunt propria. Nam ea, quæ haud propria sunt, & aliis cõmunia, iccirco & minus propria sunt. Quando uni cuidam entia accipiuntur eorum, quæ participant de ipsis. Quæ autem propria sunt, solum sunt eorum, quorum sunt propria. Quare & hac de causa magis propria sunt. Absurdum igitur mehercule esset per ea, quæ magis impropria sunt, ostendere magis propria. Oportet ergo per alia propria propiora, propriorum ostensiones fieri. Alioqui & definitio definito proprium est, uel maxime. Si iterum esset definitio definitione propinquior, per hanc, ut immediatam, mediatam ostendimus, per aliquam uero altero modo se habentem ostendere penitus inscium est. hoc quidem ergo ostendet ipsorum quid est, hoc autem non ostendet in eadem re. Cum enim utraq; eidem quidem definito inhæreant, sed hoc quidem proxime, hoc autem per medium. hoc quidem per medium ostendet per ipsum proximum: hoc uero & proximum, & immediatum non ostendet.

Tex. c. 38. *Is quidem igitur modus, quod non utiq; sit demonstratio dictum est prius, sed est logicus syllogismus ipsius quid est.*

Non solum

Non solum per ea, quæ prius ab ipso dicta fuerunt non profecto esset demonstratiuus, qui de/ Com. 121.
 finitione ita ostendit syllogismus, sed logicus, quoniam petitur id, quod est in principio, sed etiã
 per altera fortasse. tum quia non conuertibilem definitionem ostendit: non enim conuertitur cū
 ira, accensio sanguinis circa cor, si quidem & non irascente aliquo, ipsum feruere, & accendi con/
 tingat. non conuertibilem autem ostendere, neq; definitionem est ostendere. Quare minime id,
 quod proponitur ostendit. Tum etiã, quia neq; necessarias accipit propositiones: neq; enim uin/
 dictam appetens, ex necessitate ipsam appetit. sed licet & non appetere, neq; si appetet statim &
 accensio sanguinis circa cor sequitur.

Quo autem modo contingat dicemus, repetentes iterum ex principio.

Modum paulo ante dictum ipsius quia est ostensionis, tanquam non demonstratiuum, sed Com. 123.
 logicum, reprobatur. Non enim hoc potissimum propositum fuerat, si omnino contingat de defini/
 tione syllogizare, sed si est definitionem reperire per demonstrationem. Cum autem in præsentī
 hoc docere proposuisset, inquit, quoniam dictus modus improprius est demonstrationis, dica/
 mus nunc quomodo contingat definitionem reperire per demonstrationem.

*Sicut enim propter quid quærimus habentes ipsum quod: aliquando autem et simul manifesta Tex. c. 39.
 fiât: sed neq; prius propter quid possibile est cognoscere, quam ipsum quod, manifestum est quod
 similiter, et quod quid est esse non sine ipso quod est.*

Quoniam ipsum quidem propter quid, quæsitum proprium demonstrationis est: definitio/
 nis autem quod quid est. (Quærimus autem ostendere si per demonstrationem definitionem Com. 124
 reperire contingit, iidem autem est dicere per ipsum propter quid est, quod quid est) opus est etiã
 & posterioribus duobus quæsitis in propositi confirmationem, ut procedentibus apparebit. Nec/
 cessario hæc quatuor in medium adducit, differentiasq; ipsorum inuicem, nec non communita/
 tes exponit, & inquit quod composita quidem problemata sunt, ipsum quod, & propter quid:
 Simplicia autem an sit, & quid sit. Opus est igitur à compositis, tanquam nobis manifestioribus
 progredi ad simplicia. Quam igitur rationem in compositis habet ipsum quod sit, eandem in sim/
 plicibus ipsum an sit, & quam illic propter quid, eandem hic quid: & quemadmodum in compo/
 sitis ipsius quod sit cognitio præcedit eam, quæ est ipsius propter quid, & nunquam propter quod
 sciemus, ignorantes quod sit, interdum autem simul cognitio fit utrorūq; quando ipsum quod Com. 125
 sit per causam cognoscimus, prius autem propter quid sit scire, quam ipsum quod sit impossibi/
 le est. Sic etiam in simplicibus opere præteritum est scire prius an sit, & hoc modo cognoscere quid
 sit. Nam quid sit causa est rei. non contingit igitur quid sit, & definitionem scire rei, ignorantes,
 an sit omnino ipsa. Quomodo enim possibile est scire causam rei alicuius, siue quatenus in alte/
 ro est, siue quatenus per se cōsideratur, ignorato esse ipsam? nisi & quod non est cognouerimus
 propter quod est. Nihil enim ipsum non ens ignorantibus inconuenit, & si fuerit, quod ab his igno/
 ratur si omnino est. Quemadmodum igitur quod non est, aut quid est, aut propter quid est im/
 possibile est scire, nec secus id, quod ignoratur an sit, aut quod sit indifferenter quod sit pro an
 sit nunc accipit. quoniam & dicuntur aliquando, tum ambo quod sit, tum ambo an sit. Nã possi/
 bile est & ipsum quod sit, quatenus per se consideratur, accipere, & an sit quatenus in altero
 est, dum quæritur res sumi, & præsertim, quod uult procedens dicere, quod dum ex demonstra/
 tione demonstratur quod quid est, in his, quæ in alteris esse habent conuenit: non in his, quæ per
 se subsistunt, erat autem in illis ipsum quod sit, in his autem an sit. Quare in his, quæ in alteris
 sunt, est an sit, & quod sit. iccirco cum dixisset quod quid non absq; ipso quod sit intulit.

Impossibile enim est scire quid sit ignorantes an sit.

Nam quatenus quidem ut definitum quæritur, ut ipsum quid sit sciamus, an sit oportet co/
 gnoscere prius: quatenus autem eorum, quæ in altero sunt id est, quod accipitur, idē est in hoc Com. 125.
 an sit cum ipso quod sit.

*Hoc autem an sit quandoq; quidem secundum accidens habemus. Quandoq; autem habentes
 aliquid ipsius rei, ut tonitruum, quod sonus quidā est nubium: et defectionē quod est priuatio que*



dam luminis atq; hominem, quod est animal quoddam, nec non animā, ipsa seipsam mouens.

Com. 126. Quoniam dixit, quod consequenter cognitione ipsius an sit ipsius quoq; quid sit inuentio fit. ponit ex necessitate, & differentias cognitionis ipsius an sit, & inquit quod dupliciter esse rem cognoscimus: aut enim ab aliquo accidente, aut ab habendo quid est rei ipsius: id est ab eo quod suscipiatur perceptio quaedam substantiæ habens ipsam. Ponit autem & exempla. Cum enim nō eadem conditio sit eorum, que secundum substantiam accipiuntur in aliquo. sed alia quidē planius idem demonstrant: alia autem obscurius, proportionabiliter etiam cognitio fit ex his efficiendi rem: nec non ad quod quid est esse ipsius utilitas. Strepitus igitur nubium genus est tonitruum, & luminis priuatio defectio. Sed ex eo quod sciamus horum unumquodq; non statim & quod quid est esse cognoscere possumus, propterea quod neq; ipsius esse cognitionē perfectam habeamus, etenim planissima cognitio est quoddam animal esse hominem, utpote quæ & pluribus sit communis secundum substantiam ipsius differentibus, Quatenus igitur & scire de defectio est, solum quia priuatio luminis fit. secundum multos enim modos est suspicari, luminis priuationem fieri. secundum obstructionem, secundum reuolutionem, secundum extinctionem. iccirco nondum maxime propriam esse defectioem depræhensum est. Quare neq; ad ipsum quod quid est esse, inde rectam directionem habemus. idem est & de tonitruo, & de anima, ut ne singula percurramus. Si autem qualis strepitus, & cum quoddam prælucescit ipsa fit. similiter uero & priuationem luminis, & quomodo habens quod quid est animal homo, a reliquis distinctus est. & quomodo se habens anima ipsa, seipsam moueat habebimus statim sequentem & cognitionem ipsius quid est. Ex substantialibus igitur accepta sunt exempla: cōmuni tamen. iccirco & obscuriorem ipsius est cognitionem præbentia dictorum unumquodq;. Si autem tibi curæ est in his, & exempla accipere cognitionis ipsius esse ab accidentibus, habebis tonitruum quidem, quaedam coruscationes fieri. defectioem autem umbram in plenilunio nō fieri, nullo existente interea manifesto. hominis uero affabile per orationem, aut rectum figuræ, aut aliquid huiusmodi. animæ autem, locos permutare corpus animatum, nemine ipsum extrinsecus impellente.

Quæcunq; igitur secundū accidēs scimus quod sunt, necessariū est nullo modo habere ad quod quid est, neq; enim quod est scimus. Querere autē quid est non habentes quod est, neq; querere est.

Com. 127 Cum duos dixisset esse modos cognitionis ipsius an sit inquit quomodo horum uterq; se habeat, ad ipsius quid est cognitionem. Quorūcunq; enim cognitionem ipsius esse ab aliquo habemus accidentium. necessario inde nullam utilitatem ad quod quid est horum habemus. idē autē est dicere, impossibile est duci ad definitiones eorum, quæ dicuntur cognoscendum, ex cognitione secundum accidens ipsius esse ipsa. Atq; huiusmodi cognitionis exempla paulo ante dicta fuerunt. intendens autē, quod impossibile est, adiūgit, *NEQVÆ ENIM QVOD EST SCIMVS* id est, hoc enim ipsum nescimus, cuius cognitio ad quod quid est nobis conferre debebat. Quomodo igitur ex ipso in illud licet nos progredi. Nam scire aliquid ab accidente neq; scire est ipsum. Alterius enim est generis accidens ab eo, cui accidit. Ex altero autem genere, alterum cognoscere non est cognitio scientifica, neq; propria rei. aliene autē cognoscere neq; cognoscere est. sicut uero ita cognoscere neq; cognoscere est. sic quærere de aliquo quid est, nescientes esse ipsum, neq; quærere est, sed temere, & imprudenter laborare, Certitudinis autem gratia, modos diuidamus ampliori modo cognitionis ipsius esse. Cognitio ipsius esse, aut secundum accidens, aut secundum substantiam fit: Atq; horum utrunq; in duo diuiditur. Nam accidentium, alia quidem cognitio scitiua quodammodo subiectorum sunt. ueluti recte deambulabile, mansuetum natura, risibile hominis: alia autem penitus aliena, tanquam nullam prorsus subiectorum cognitionem præbentia ut album, nigrum, deambulare & similia, & eorum, quæ secundum substantiam sunt, alia quidem pluribus communia sunt, & ideo procul à proposito magis sunt. alia autem paucioribus, & iccirco propria. itaq; ex accidentibus quidem penitus alienis, nullam prorsus deductionem habemus ad subiecti perceptionem, & si in ipso subsistentia reperiantur, ex magis propriis autē habebimus fortasse, sed undiq; immanifestam, & obscuram. ex his uero quæ secundum substantiam sunt, procul tamen, propterea quod pluribus sint communia, planiorem quidem habebimus cognitionem, quam ex accidentibus, attamen confusam adhuc, & inarticulatam, ex his autē, que proxime

proxime sunt, & manifestum iam ipsius esse rem apprehensionē habemus. & ex ipsa facile quod quid est nobis adest.

De quibuscunq; autem habemus aliquid facile est.

Tex.c. 40

Iste est alter modus cognitionis ipsius an sit res, qui & uerus est, & ad quod quid est confert. iste autem est ab his, quæ rei ipsi contigua sunt. De quibuscunq; enim inquit habemus aliquid realiter, & proprie cognoscibilibus circa ipsius an sit cognitionem, facile in his nobis est inuenire etiam quod quid est.

Com. 128.

Quare quemadmodum habemus quod est, sic etiam habemus ad quod quid est.

Hoc est eorum, quæ dicta fuerunt ueluti quædam conclusio. Nam cū de ipso quid est dicere proposuisset, si contingat hoc secundum aliquem modum per demonstrationem reperiri: dixit quod quemadmodum habemus ad ipsum an sit probationem, nec secus inde, & ad ipsius quid sit inuentionem ducimur: Atq; hoc per ea, quæ dicta fuerunt monstrauit. Intulit igitur conclusionem. quod sicuti ergo cognitionem ipsius esse rem habemus. sic quoq; habemus & promptitudinem ad quod quid est. tu autem perspicias quod sepe numero in his indifferenter usus est ipso quod sit, & an sit. propterea quod in his, quæ in alteris insunt debeat ostendere propositū.

Com. 129.

Quorum autē habemus aliquid ipsius quid est, sit primum quidem hoc modo. Defectio in quo. a. luna in quo. c. oppositio terræ in quo. b. quærere igitur utrum deficiat aut non, ipsum. b. quære re est. utrum sit aut non: hoc autem nihil differt quærere, quam si est ratio ipsius. et si fuerit hoc, illud quoq; dicimus esse.

Com. 130

Cum duos ipsius an sit cognitionis modos exposuisset, quorum alter quidem dicebatur conferre ad quod quid est, alter uero minime. exercet nunc & in exemplis sermonem suū. ponit aut primum uerum modum cognitionis ipsius an sit & inquit, quorum autem habemus aliquid ipsius quid est, & reliqua. Est autem id, quod dicitur tale. Quarum autem rerum simul cognoscendo ipsam quod sunt habemus aliquid etiam ipsius quid est. uidelicet definitiōis. Sit hoc primum exemplum quod ita dicitur, ut per demonstratiōem cognitio fiat. minor terminus defectio, in quo. a. litera ordinatur. luna minor, in quo. c. medius terræ oppositio in quo. b. Quando igitur quæramus prius, deficiat luna uel non? b. quærimus. uidelicet medium nunquid est, uel non? Nam quærere an sit defectio, uel non idem est, ac si quæramus an sit causa defectionis, uel non. atq; si fuerit causa, est & causatum. ac si inueniamus alterum, repertum iam & alterū habemus. Nam uniuersalis quidem æqualiter causa simul cum causato est. si quidem simul ea, quæ sunt ad aliquid natura sunt. in definitione autem uel maxime, eo quod non liceat neq; definitionem esse sine definito, neq; definitum sine definitione.

Com. 131

Aut utriusnam contradictionis est ratio. utrum habendi duos rectos, aut non habendi. Cum autem inueniamus simul quod est, et propter quid est sciemus, si per media sit.

Tex.c. 41.

Cum primum dixerit exemplum, per quod manifeste nobis monstrauit, quomodo per demonstrationem medium causam habentem, & simule esse, & quod quid est esse apprehendimus. Secundum quoq; ponit. Est autem hoc. aut si uis, inquit, in triangulo. quærimus enim & ibi, contradictione habente duas enunciationes, secundum affirmationem, & negationem. habere duos rectos, & non habere. utriusnam harum duarum ratio sit, & causa: utrum dicentis habere duos rectos, aut dicentis non habere. nam ratio est eius, quæ est, non eius, quæ non est: & cuius ratio est, illa est. Sed quoniam minime propositum fuerat ipsum quod, & propter quid inuenire, sed an sit, & quid sit, & de his erat sermo noster. quomodo possibile est eius, quod proponitur ex demonstratione definitionem inuenire. Verum fortasse quoniam & prius cognitioni ipsius quod sit, & propter quid, eam quæ est ipsius an sit, & quid sit similem dicebat, quod sicuti interdum simul manifesta fiunt quod, & propter quid, sic etiam an sit, & quid sit, cū dixisset in altero quomodo sit, dicit nunc quomodo, & in altero sit. Aut igitur hoc modo, aut quoniam ostendi definitionem ex demonstratione, non in his, quæ per se subsistunt, sed in his, quæ in alteris esse habent innatū est fieri, in quibus & an sit, est quod sit, & quid sit propter quod, sit & eoduerso, iccirco

Com. 131.

Com. 131.



ita rationem monstravit. Demum uero idem dixit, indifferenter in his, ipso quod sit pro an sit, & ipso propter quid, loco ipsius quid sit usus. illud autem **SI PER MEDIA FVERIT** pro eo quod est per causas intelligit, non solum conclusionis, sed etiam rei. Nam si per talia non fuerit ipsum quod solum, non propter quid scimus, ut & ipse dicit deinceps.

Si vero non quod est, propter quid autem minime. Sit. c. luna, Defectio. a. plenilunium umbram non posse facere, nullo nostrum interea existente manifesto, in quo. b. Si igitur ipsi. c. inest. b. umbram non posse facere, nullo nostrum in medio existente, huic autem. a. quod est defecisse. quod quidem deficit manifestum est, sed propter quid nondum, et quod quidem est defectio scimus, quid est autem nescimus.

Com. 132.

Cum certae cognitionis demonstrabilium exempla posuisset, per quam simul quod, & propter quid cognoscitur, aut dum an sit cognoscitur, & quod quid est esse appropinquatur. Quoniam & alterum modum cognitionis inesse dixit, ab accidente procedentem, per quem & ipsum quod, aut sane ipsum an sit obscure cognoscitur, neque propter quid, neque quid est ex ipso inuenire possumus. Huius quoque in praesentia exemplum ponit, extrema quidem eadem ponens, alterum uero accipiens medium, quod accidens quoddam est, medium quidem existens, & causa, sed dumtaxat conclusionis, non etiam rei. Rursum enim & in hoc loco, sit defectio. a. luna. c. medium uero. b. in plenilunio umbram non posse fieri, nullo in medio existente & illius, & nostrum. quod quidem deficiat perspicuum est, inquit, propter quid autem minime. tantum enim ab accepto medio, deficere quidem manifestum sit, non tamen autem, & causa, propter quam hoc fit. Nam umbra non existente conspicuum est quod est lumen, quo existente umbra fuit, nobis stantibus in lumine. propter quid autem hoc fiat, tantum ab accepto medio demonstrationis ignotum est, propterea quod medium accipiat, quod solae conclusionis, non item uero sit, & rei causa. Quare & esse quidem defectioem scimus ex hoc, **Quid sit autem defectio, nescimus: quod nobis aderat prius, accipiendo medium rei causam, PROPTER QUID AUTEM NONDUM.** dixit insinuans, quod imperfecta cognitio est, in qua non accepta sit rei causa, & adhuc indigens processu, usque quo reuelata fuerit causa.

Cum autem manifestum est, quod. a. ipsi. c. inest. sed propter quid inest est querere ipsum. b. quid est. utrum sit obiectio, aut conuersio lunae, aut extinctio luminis. hoc autem est ratio alterius extremi, ut in his, quae sunt, ipsius. a. est enim defectio obstructio a terra.

Com. 133.

Per ea, quae nunc dicuntur confirmat adhuc, quod ipsum quid est, commonstret per demonstrationem ipsius propter quid. procedit autem ratio sua a quaestione causae. Quando enim inquit manifestum fuerit inesse. a. ipsi. c. maiorem minori, ut defectioem ipsi lunae. tunc querere & dicere, sed propter quid inest: hoc est querere quid est. b. uidelicet medium huius, & causa, quanam sit. utrum obstructio, aut reuolutio lunae, aut extinctio sit? Cum enim adhuc ignotum sit medium, complura assumere contingit, quaecumque consentaneum est, quod causae sint suspicari. ut cum ex his propriam elegerimus, abiciamus alienas. haec autem, quae inuenitur, nihil aliud est, quam ratio, & definitio alterius extremi. uidelicet maioris. sicut erat in proposito ipsum. a. uidelicet defectio inuenta enim uera causa, definitio eluceffit. Nam nihil aliud est defectio lunae, quam oppositio terrae.

Quid est tonitruum: ignis extinctio in nube, propter quid tonat? propterea quod extinguitur ignis in nube. Sit nubes. c. tonitruum. a. extinctio ignis. b. ipsi. c. igitur nube inest. b. extinguitur enim in ipsa ignis. huic autem. a. strepitus, et est ratio. b. ipsius. a. primi extremi.

Com. 134

Annititur exemplis pluribus confirmare quod dictum est, abundanter, & benigne exhibens, & ponit maiorem terminum tonitruum. Sicut illic defectioem, minorem nebulam, sicut illic lunam, medium ignis extinctionem, sicut illic obstructionem. & per ea demonstrans quomodo inter se concurrant ipsius propter quid est assignatio, & ipsius quid est. separatim tamen definitionem tonitruum, & demonstrationem ponit, propterea quod dilucidius fiat in quod dicitur. Nam quid est

quid est tonitruum? perspicuum est, quòd est extinctio ignis in nube, dicentes autem propter quòd tonat, facimus demonstrationem, & prædicamus. b. ignis extinctionem de ipso. c. nebula, eo quòd in ipsa ignis extinguatur. de ipso autè. b. uidelicet ignis extinctione prædicamus. a. quòd est strepitus. ut sit syllogismus ita se habès, in nebula ignis extinguatur. ubi ignis extinguatur strepitus fit, in nebula ergo strepitus est. Et ecce rursus quòd. b. medium definitio est ipsius. a. primi extremi. Sic enim assignatum fuit, quando dicebamus quid est tonitruum? extinctio ignis in nube, uidelicet ipsius strepitus, & tonitruum, ignis extinctio. Nam iccirco in re, in qua notum fuit quòd quid est, sermonem exercet, post definitionem, cum exposuisset demonstrationem, ut inde manifestum fiat, quomodo definitio in ipso propter quid est, & in demonstratione medium assumatur. Quare, & in quibus quæritur quòd quid est eorum, quæ in altero esse habent, dum assignatur propter quid est & eum ipso demonstrari potest.

Si autem rursus huius aliud medium fuerit, ex reliquis erit rationibus.

Ex hoc dicimus, ut polliciti fuimus, de hoc consequenter cum Alexandro. Non enim uitandum est, & ea quoque assumere, quæ ab aliis dicuntur utilia, & præsertim summis philosophis, & qui studiose laborarunt Aristotelis uoluminum claritatem facere. Sed non ita sicut nos negligenter aliorum sententia eos ipsos in præsentem sermonem adduximus. Quinimmo neque ea, quæ huius uiri in medium afferuntur expertia conuenit esse nostræ additionis ad certiore propositi dignotione. Nā theorema quòd in hoc loco proponitur de definitione, hoc erat, Quomodo possibile est definitionem uenari per demonstrationem. Atque hoc monstrauit in his, quæ in alteris subsistunt, quæ necessario sequuntur subiecta. aut quatenus per se ipsis adhereat, aut fortasse, & quatenus necessario post fiunt. Veluti si in luna quispiam dicat defectionem. Quando igitur hoc fiat, nos pauloante Aristoteles docuit. & an, sit simul, & quid sit per demonstratione cognoscamus, accidit in eadem ipsa quatuor problemata ostendi. Si enim compositorum est propter quid, ipsius propter quid demonstratio composita est. Quando igitur ipsum quòd per mediam causam cognoscemus, simul cum ipso quòd, & propter quid cognoscimus. sed propter quòd per mediam causam, ut dixit. Causa autem ratio est maioris extremi. Quare etiam quòd quid est simul cum illis habemus. impossibile autem est quòd quid est scire, ignorantes an sit. Quatuor ergo in eodem connexa fuerunt problemata in cognitione ipsius quòd est per causam. Nā quatenus quidem cuiuslibet compositi propositi, quòd, & propter quid, est, quòd ostenditur. quatenus autem per se considerati maioris extremi an sit, & quid sit. Cum igitur res ita se habeat. postquam nobis regulam tradidit, quòd Quandoque ex cognitione ipsius an sit, quòd quid est demonstratur, Quandoque autem minime, & quòd quando quidem ipsum an sit secundum accidens habeamus, tunc nihil à nobis ex hoc ad cognitionem ipsius quid est aquiritur. Quando autem aliquid ipsius rei habeamus in cognitione ipsius an sit, inde iam, & ad quòd quid est ducimur. Exempla etiam posuit, in quibus mediæ definitiones maiorum extremorum sumebantur, sicut in lunacea defectione, considerabatur, & tonitruo. At non semper huiusmodi media assumuntur, unde aliquid rei habemus. Sed contingit esse quidem aliquod substantiale medium, non tamen rationem quamprimum, aut maioris extremorum, aut minoris. Quare neque erit. in demonstratione tale medium habente, ipsum an sit cognoscere, & quid sit. sed ipsum quidem an sit scire, ignorare autem adhuc quid sit, ut si ostenderetur homo esse substantia per medium animal. Nam causa quidem in hoc loco accipitur, essendi substantiam hominem, attamen definitio neutrius extremorum animal est. Quare neque immediate, nec maior ipsi medio, neque medium dicitur inesse minori, sed licet in utraque propositionum quærere, & inuenire ipsum propter quòd, propter quòd enim homo animal est, quoniam est substantia animata sensibilis, & propter quid animal substantia est? quoniam contrariorum uicissim susceptuum est. per huiusmodi igitur media, & causas uideretur utique esse id, quòd dicitur. Nam ueluti aliquo interrogante, quòd cum non omne quòd substantiale est alicui, definitio ipsius sit, sed quòd contingat, & non esse, quando tale medium sumptum fuerit, quomodo ex hoc definitionem habebimus? Ad hoc respondens inquit quòd si tale fuerit medium ita, ut & aliis indigeat mediis, EX RELIQUIS ERIT RATIONIBVS, hoc autem dupliciter intelligitur. Aut enim quòd id, quòd acceptum est, ex rationibus est, & causis illis, quæ deficientes sunt perfectione, & non substantiam rei significantes perfectam, sed aliquam partem ipsius assumentes, pars enim substantiæ hominis animal est. Aut

Com. 135.

Prima expositio.

Secunda quæ & melior.

quod et melius est, quod erit perspicuum hoc, & demonstrabitur ex reliquis definitionibus & maioris, & minoris. Nam cum & utraq; mediatae sint propositiones, uidelicet maior, & minor, manifesta erit conclusio ex definitione medii, & maioris, sicut in accepto syllogismo sumptae fuerunt: ut per definitionem quidem medii, medium de minori demonstretur. Rursus autem per definitionem maioris, maior de ipso medio, ut manifesta ex his, & prima conclusio fiat. Si autem & plura fuerint media accipere ea, quae inveniuntur, oportet, & id, quod facit media syllogizare, usquequo in definitiones deueniemus. Nam quando quidem definitio fuerit maioris extremi id, quod acceptum est, & immediata, & indemonstrabilis erit propositio illa. Non enim contingit inter definitum, & definitionem medium terminum inuenire, per quem definitionem definiti esse definitionem demonstramus. Quemadmodum, & prius ostensum est, quod definitionis demonstratio non est. Quando autem substantiale fuerit medium, sed nondum definitio, oportet reliqua accipientes ostendere, quousque definitionibus occurremus, inter quas, & definita nihil est medium. Neque dicendum est, quod aliquid derelictum sit. Aut ostendens inquit Alexander quod ostensio ipsius inesse aliud alio per causam propriam per definitionem fit maioris extremi, quae est praedicatum in conclusione. De minori propositione dixit, quod si autem huius fuerit medium ex reliquis erit rationibus, id est quod maior immediate sequitur propriam definitionem, ut existente illa, & illa sit, & per mediam ipsam concludatur de minori. Si autem rursus fortasse fuerit aliquod medium inter maiorem, & minorem, ut non immediate insit maioris definitio, minori extremo, medium horum duorum ex reliquis erit rationibus, ex his, quae non acceptae fuerunt in syllogismo, sed inhaerent minori. Ut si quis ostendat animal esse hominem, per medium substantiam animata sensibile, ista quidem ratio est maioris, non tamen immediate homini inest. Non enim est definitio ipsius quoque, sicuti animalis, ut sit maior propositio immediata, neque uero & minor. Si igitur accipiamus animal esse hominem, aut substantiam animatam sensibilem, per ipsum animal rationale mortale, esset utriusque hominis ratio accepta in demonstrationem.

Tex. c. 41. *Quemadmodum igitur accipitur quod quid est, & fit notum, dictum est.*

Com. 136. Id, quod nunc proponitur, ueluti quaedam eorum, quae dicta fuerunt affirmatio esse uidetur. Nam cum prius quidem approbauerit sufficienter, non esse demonstrationem definitionis, postea modum quendam tradiderit, per quem contingit definitionem per demonstrationem reperiri. Nunc dicit quod neutra harum rationum a ueritate aberrauit, nam syllogismus quidem, & demonstratio non est ipsius quid est, ita ut aliquis ostendat, ista definitio huius definiti est definitio, fit tamen manifestum per demonstrationem. Non in omnibus autem hoc est definitis, sed in quibus causa altera est ab eo, cuius est causa. Et oportet scrutari quid est id, quod dicitur. Sunt enim nonnulla, quae praecedentibus alteris ipsa sequuntur. Ut oppositione terrae praecedente, ex parte luminis, fit luna dum ignis in nebula extinguitur strepitus percipitur, qui tonitruum est. Aliud igitur oppositio est, & aliud luminis priuatio. Aliud extinctio ignis, & aliud strepitus est, propterea quod ratio, & causa diuersa sit ab eo, cuius est causa, & ratio, in huiusmodi mediis definitio in demonstratione per causam, atque causa ea, quae accipitur simul ipsum quod, & propter quid ostendit, & an sit, & quid sit, ut superius diximus, in quibus autem non altera est causa, ab eo, cuius est causa, in his non est possibile id, quod dictum est, ut in homine animali rationali, mentis, & scientiae susceptiuo, non enim est ab homine definitio ipsius diuersa. Sed uideretur profecto, simpliciter in his, quae per se existunt, hoc rationem habere. Nam tametsi aliqua substantiarum, de subiecto aliquo ostenderetur, cum medium, ut causa ipsius quod quid est esse accipiat, ipsius, ut Alexander ait, tamen non utique hoc proprie demonstratio esset. Non enim altera in hoc loco causa est ab eo, cuius est causa, & is profecto quod in principio est peteret, qui per mediam definitionem hic demonstrare tentaret. Namque animal de homine concluderetur certe per medium, substantiam animatam sensibilem, sed non alterum est hoc, ab animali: Quare idem per idem animal de homine concluditur, sed hoc erat in initio. In quibus igitur causa alia ab ipsis est, in his non absque demonstratione definitio accipitur, sed non ita ut per demonstrationem concludatur, at ut accipiatur quidem medium, quod causa sit in demonstratione ipsius propter quid, haec autem sit, & ratio, & definitio. Cum enim quaeritur propter quid hoc huic inest? ratio quaeritur, & si propter quid assignemus, rationem assignauimus. Quamobrem est defectio? propterea quod terra opposita est, quid est defectio? terrae oppositio, bene ergo prius dubitatum fuit, quod definitionis

nitionis non est demonstratio. Rursus bene dictum fuit, quod per demonstrationem non fit, in quibus alia causa est, etenim propter quid in huiusmodi proprie quærit, atq; hæc talia sunt proprie demonstrabilia, in quibus autem non aliæ causæ sunt ab ipsis, neq; propter quid commodum est in his, neq; proprie demonstratio fit. Nam ipsum quidem propter quid causæ est quæstio: demonstratio autem, causæ assignatio. In quo igitur non alia fuerit causa ab ipso, si causam assignabimus, aut idem de eodem assignabimus, & idem per idem ostendemus, aut idem ab eodem diuidemus. Quorum hoc quidem impossibile est. hoc autem non scientificum, & penitus insyllogizabile: Alteris enim positis, alterum quid à positis, ex necessitate per ea, quæ posita fuerunt sequitur in syllogizando. Quando autem non altera fuerit causa, neq; syllogizare penitus per hæc est. Cum uero dixisset definitionem secundum aliquem modum per demonstrationem notam fieri. quoniam non in omnibus, quæ cuiuslibet definitioni subiciuntur, hoc innatum est fieri, sed est in quibus nullum modum reperire est, secundum quem demonstratio ad inuentionem ipsius quid est confert. horum differentiam tradit. facit autem rationem per diuisionem, & ait quod rerum, aliarum quidem altera quædam causa est. aliarum aut non est altera, quemadmodum & presumens dixit. Quidnam id sermo significet, est, quæcunq; quidem habent causam alteram à seipsis, hæc sunt etiam demonstrabilia: quæcunq; uero non, hæc minime sunt demonstrabilia. Causa autem in hoc loco est. Quam & propinquam, & formalem appellat. Quare & ipsorum quid est, & definitionum, hinc sumemus differentiam. nonnullæ per demonstrationem cognosci possunt, nonnullæ uero minime. Nam à quibus quidem definitis altera causa est, hæc demonstrabilia sunt. Demonstrabilium autem definitorum medium causa accipitur, quæ est definitio. Quorum ergo definitorum altera causa est, horum manifesta definitio per demonstrationem fit dum quidem demonstratur esse ipsa, simul commōstratur quoq; & quid est. Quod autem sint quædam huiusmodi, quorum non sit altera reperire causam, perspicuum est, propterea quod sint principia scientiarum, quibus non sunt altera priora, & quorum esse sine demonstratione. accipitur, aut supponitur, aut inductione notum fit, aut fide traditur, aut experimento, aut aliquo alio modo accedit, Demonstratione autem, aut syllogismo nequaquam. Si enim non, aut circulo omnia ostendentur, & inuicem, & mutuo causæ, & causata, atq; eadem de eisdem dicuntur aut in infinitum abibit. Quorum utrunq; quod absurdum, & destructiuum scientiæ sit, sæpe penumero ostensum est. Sunt ergo ex necessitate prima quædam, quorum non est demonstratio, quæ per alios modos nobis accedunt. Quorum nullam causam reperiemus ab his alteram, & si definitio ipsorum assignetur. neq; altera ab ipso est, ut medium accepta in demonstrationem ipsam ponatur. sed eadem cum ipso est. Neq; uero alio modo nota fit. sed aut, ueluti definitum, ex suppositione fortasse, aut fide aut inductione, aut aliquo huiusmodi accedit. Etenim Arithmeticus unitatem supponit esse, & definitionem ipsius, non alteram ab ipsa assignat, sed eandem cum ipsa. Unitatem dicens esse, secundum quam unumquodq; entium unum dicitur, & uidet quod non extitit quippiam alterum, cui esse unitatem, secutum sit. Secuti forte linearum inuicem declinatio secundum perpendicularum, ut recta fiat. quod & causa cum sit, & ratio recte linearum, alterum ab ipsa est. Rectus enim est angulus. Quando recta linea supra rectam cōstituta, reliquos angulos æquales inter se faciat. Sed in unitate non est ita: Non enim prius natura existente quod secundum ipsam entium unumquodq; dicatur unum, ipsi consecutum est. Verum & simul ipsa est, & secundum ipsam unumquodq; entium unum dicitur. Quapropter neq; erit ab ipsa quod quid est alterum. Quorum autem quod quid est, ab ipsis alterum est, licet demonstrantes ipsa, ostendere quod quid est ipsorum per demonstrationem, medium ipsum in demonstratione accipientes, quemadmodum dictum est. Quoniam igitur aliquæ definitionum demonstrationi subiciuntur, quatenus per ipsam ostenduntur, Aliquæ autem cum demonstrationibus eadem sunt, positione sola ab ipsis differentes, Aliquæ uero neutrum horum: sed superiacent omni simpliciter demonstrationi. Reliquum est, ut differentia secundum speciem sint definitionis significata: quorum autem nominum differentia secundum speciem significata sunt eorum quæ multifariam dicuntur illa sunt. Opere pretium est igitur, & quot modis definitio dicatur inquirere, & quid est unumquodq; eorum, quæ sub ipsa significantur dicere. ut ex hoc etiã sciamus, quænam per demonstrationem monstrantur, & quæ demonstrationi assimilentur, necnō quæ demonstrationi superponatur: hac enim de causa, & in initio quid sit definitio assignare pollicitus fuerat tanquam necessarium sit scire definitionum differentias secundum speciem, & quo



modo se habeat ad demonstrationem unaquæque species. Si autem & sicut genus dixeris definitionem in hæc ita diuidi distincta, nihilominus oportet quid hæc differant inter se cognoscere, & quomodo unumquodque se habeat ad demonstrationem. Primum igitur rationem definitionis planiorem assignat. dicens esse definitionem rationem ipsius quid est, ut manifestum sit ex hoc, quod quæcumque, quæ tali rationi subiciuntur, Omnia hæc definitiones nominantur, ut & ipsa definitio nominetur, quæ sola declarat quid significat nomen. Ac si dicatur definitio esse quædam ratio ipsius quid significat nomen, aut quod æquale est huic, ratio nominalis, ista enim altera quidem est uocabulo à præaccepta, re autem eadem. Nihil enim differt secundum intelligentiam, rationem dicere quid significat nomen, & rationem nominalem. Nam idcirco nominalis est, quia ad solam respicit nominis interpretationem, non autem naturam significati alicuius rei. Ut si quis in eo quod quid est triangulum assignet, quid significat, quid est triangulum secundum trianguli appellationem, quod habeat tres angulos. Dupliciter enim quod quid est dicitur aut in rei existentia, aut id nominis significatione. habentes igitur definitionem hanc, & scientes, quod hoc significat nomen, non sufficienter habemus causam propositi, Neque quænam causa ipsius sit, quatenus ab hac ratione cognoscimus, neque si causa omnino ipsius, & ratio sit, sed quærimus adhuc ipsam. Si quidem, & in non entibus est reperire nomina posita. in cognitionem autem, & scientiam essendi aliquid progredi à tali modo difficillimum est. Etenim prius dictum est quod ab accidentibus conari in scientiam deuenire ipsius rei difficile est, rem enim hoc modo scire, neque scire est, siue sit, siue non, aut solum per accidens, proprie autem, & per se minime. Accidit enim rei, quod sub tali uoce significetur. Signum autem est, contingit enim & sub altera significari. Quod autem contingit cuilibet uni, & eidem esse, & non esse, hoc accidens est. Quoniam igitur ex nominali ratione, nullam est scire rei causam, neque an sit, omnino causa ipsius scimus, quatenus ex tali ratione. Quare neque an sit omnino, ut uacuum, quid quidem significat, sciemus forte inquietam quandam naturam, aut sic quodammodo. Nescimus tamen quod sit, magis uero neque propter quid sit. Quoniam autem de definitione dicimus, una uero ratio definitio est, & una proprie unum significans, ut cum ratione res ipsa concurrat. Est autem & aliter una ratio, siue cum accidens de accidente prædicatur, siue & accidens de substantia. quarum nulla ita una est, quatenus definitio, quia inter se diuersa sunt, ea, quæ sub ipsa significantur, eo quod non sit unum aliquid ex ipsis, & propositio quidem una est, res autem diuersæ. Multo minus una est ea, quæ coniunctione una est, ut ea quæ dicit quod omne ens est, aut facere, aut pati. Necessario quæstio pertinuit, quor modis una ratio dicitur, Nulla igitur altera ita una est, sicuti definitio, idcirco neque definitio ulla ipsorum est, quia neque unum ex his sit, quæ component ipsam, quod proprium definitionis est. Quare neque ilias homeri definitio est, & si ratio una est, Quia non simpliciter una, sed coniunctione est. Nihil uero minus ea, quæ de una ratione dicuntur, & ad ostendendum non esse definitionem, nominalem rationem conferunt. Si enim concederemus nominalem rationem, propterea quod idem significet cum nomine, & una sit, idcirco esse etiam definitionem. Quoniam & ilias, uidelicet opus totum, de his, quæ in ilio gesta fuerunt, ab Homero compositum, & ratio una est quodammodo per coniunctionem (contiguæ enim inter se sunt, uersuum decantationes omnes, & coniunctionibus coeunt) & præterea idem significat cum nomine ratio tota. (Nam quod significat hoc, ilias, nomen, hoc latius narrat totum opus) erit definitio quoque ilias. Nunc autem non sufficiunt hæc ad id, quod definitio ratio sit, sed uera definitio, & una est simpliciter, & quæ unum de uno significat, non secundum accidens. Nam quæuis multa forte essent nomina, ex quibus definitio componitur, tamen unum quidam est ex omnibus quod significatur de definito uno existente, & eodem, & non secundum accidens. Non enim secundum accidens est quod quid est de quo assignatur: Quorum neutrum neque nominalis habet ratio, neque coniunctione una, neque quæ aliter quidem una est, non existens definitio. Neque nullam rei existentiam de altera significat nominalis, ratio sed solum uocabulum manifestat, unde acceptum sit: neque non secundum accidens, sed potius secundum accidens. Nam ad placitum nomina sunt, talis igitur ratio non utique esset proprie definitio, Quemadmodum Aristoteles & prius dixit, & nunc quoque admonuit. Quoniam & non entibus quidem, nominatis autem congrueret atque, & sit ista una definitio definitionis improprie assignata. pertranseamus autem ad alias assignationes. Quæ proprie definitiones definitionis, secundum speciem nobis demonstrant. Est definitio definitionis altera, ratio significans propter quid est. id est causam continens, propter

quã res est. ueluti quæ dicit, ira est accësiõ sanguinis circa cor propter appetitum uindictæ. cau-
 sa enim ob quam ira est, est uindictæ appetitus. Qualis, & ea, quæ dicit, defectiõnem lunæ, esse
 priuationem luminis, propter terræ interpositionem. Similiter, & quæ dicit tonitruum esse stre-
 pitum in nubibus, ob ignis extinctiõnem. Nam omnes, quæ huiusmodi sunt, causam demonstrat
 ob quam res est de qua unaquæq; ipsarum assignatur. igitur prior quidem significat certe, ni-
 hil tamen ostendit. Non enim substantiam aliquam, aut existentiã rei significat. Quæ aut post
 illam dicta est, ueluti demonstratio quædam est ipsius quid est subiecta res. positione differens à
 simpliciter demonstratione. in ipso enim propter quid tonat, & quid est tonitruum ea, quæ assi-
 gnantur, eadem sunt, aliter autem, atq; aliter cadentia, atq; ordinata. Nã aliquo interrogante pro-
 pter quid tonat; propterea quod extinguitur ignis in nubibus respondemus: Quid autem est to-
 nitruum interrogante; dicimus strepitum, dum extinguitur ignis in nubibus. si quidem igitur,
 quemadmodum acceptum est, ad interrogationem propter quid causæ assignatio est, obscurũ
 uidetur quomodo positione differant inter se, talis definitio, & demonstratio. Sed quoniã causæ
 assignatio constituit demonstrationem syllogistice, oportet formare ipsam, & tunc dignoscemus
 id, quod dicitur. hoc autem acceptum fuit, quia talis definitio causam habet, & causatum. atq; in
 demonstratione causatum quidem conclusio fit, causa uero medius terminus accipitur. Vt in ne-
 bula ignis extinguitur, ubi ignis extinguitur strepitus fit, in nebula ergo strepitus fit. Ecce igitur
 in demonstratione præcessit quidem ignem extingui, secutus est autem strepitus, si uero defini-
 tio assignata fuerit, e conuerso est. quid est tonitruum? strepitus dum extinguitur ignis in nebu-
 la, strepitus hic prior positus est, post ipsum autem dum extinguitur ignis ordinatum est. Qua-
 re talis definitio positione à demonstratione diuisa est. Sic dices etiam de aliis, ira dico, & lunæ de-
 fectiõne. Quid est lunæ defectiõ? priuatio luminis ob terræ interpositionem. Demonstratio autẽ
 est. luna obstruitur à terra, omne quod obstruitur priuatum lumine, luna ergo priuatur lumi-
 ne. Consimiliter & de ira, ira est accensio sanguinis circa cor, propter appetitum uindictæ. Demõ-
 stratio autem, quidam appetit uindictam sumere, appetentis uindictam sumere accenditur san-
 guis circa cor, cuiusdam ergo accenditur sanguis circa cor. Et fortasse resolutiuus syllogismus
 iccirco ipsius propter quid demonstratio dicitur. quoniam à minori extremo, ad maius procedit
 ipsi minori primo causam applicans, tanquam & primam factam illi, cui sequens etiam maior de
 minori per medium ipsius concluditur. Sic quidem igitur dum talis ratio accipitur, demonstra-
 tio est continua. illa autem definitio. Continua autem demonstratio dicitur, quoniam in prima
 fit figura. Vniuersale enim affirmatiuum in altera figura non concluditur. sed quamobrem in
 prima figura continui sunt syllogismi; quoniam non diuiditur medium extremorũ, ut in aliis
 extra ipsa ponatur, sed in recta linea secundum continuitatem prædicatio terminorum procedit
 aut & propterea quod ita acceptum est, sicut ipse accepit. Continuum eandem Aristoteles appel-
 lauit. Non enim secundum propositiones diuiditur, sed sub unum collata est. Nam ratio, quæ
 in ipso propter quid tonat assignatur, quia ignis in nubibus extinguitur, atq; inde in eodem stre-
 pitus fit, non est in propositiones diuisa, neq; bis habens medium sumptorũ, sed continuos ipsos
 tres terminos. Altera post ipsam ordinatur definitio, quæ est conclusio ipsius quid est demõstra-
 tionis. Vt quid est tonitruum? strepitus in nube. quid est lunæ defectiõ? luminis priuatio. Quid
 est ira? accensio sanguinis circa cor. ipsius autem quid est demonstrationis conclusiones, huius-
 modi definitiones dicuntur. Quoniam per ipsum quod quid est esse procedens, medium quidẽ
 terminum habet causam rei. quod autem huic sequitur tanquam causatum de minori conclu-
 ditur. eo quod definitiones sint utraq; seq; habeant inter se, ut causa sit alterius alterum. Dum
 igitur ambo accipiuntur perfecta definitio fit. diuisim utrũq; imperfectæ quidem sic definitio-
 nes sunt. fit autem in demonstratione, à qua talis definitio positione differt, hoc quidem mediũ,
 hoc autem maius extremum, quod de subiecto concluditur, Vt fit altera definitionũ cum subie-
 cto, conclusio demõstrationis in nubibus ignis extinguitur, ubi ignis extinguitur strepitus fit, in
 nubibus ergo strepitus fit. itaq; strepitus in nubibus definitio quædam cum sit tonitruum, in de-
 monstratione hac habente quod quid est, conclusio fuit, ita etiam luminis priuatio, atq; ita ira
 est. Nam sæpenumero dictum est de his, & non oportet eandem rem iterum, atq; iterum repe-
 te. similis his est, & ea definitio, quæ dicit prouidentiã esse ordinem omnium, Nam etiã ista sine
 causa assignata imperfecta est, & in demonstratione causæ mediæ acceptæ conclusio fit. Causa autẽ
 est diuina gubernatio. Omnia à deo gubernantur, eorum, quæ à deo gubernantur, ordo est, omniũ



ergo ordo est. Definitio autem providentiæ ex utrisq; à demonstratione ipsa, positione differens ita se habebit. Quid est providentiæ? ordo omnium, propter diuinam gubernationem. Est & alterum definitionis significatum, quod immediatis principiis conuenit. Sunt. n. principia scientiarum, prima, & indemonstrabilia, de quibus quæ definitiones, assignantur, neq; definitiones sunt positione differentes à demonstratione, neq; uero conclusiones demonstrationum. quoniã neq; demonstrationes sunt ipsarum, neq; causæ, sed ipsæ potius principia sunt demonstrationum, & causæ aliorum, non causata aliquorum. & est talis definitio, positio ipsius quid est, simplex, & sine demonstratione. Quoniam & ipsa definita talium definitionum absq; omni demonstratione, accipiuntur, & ponuntur. Nam quemadmodum & pauloante dictum est, & esse, & quod quid est esse principiorum supponitur, quod. n. est unitas, & quid est unitas, Arithmeticus supponit, similiter & Geometra, quod est linea, & quid est linea, & neq; causam habet ratio dicens, linea est longitudo illatabilis, neq; conclusio est demonstrationis, quia non est ulla ostensua lineam esse, aut ipsam esse hoc sed hoc est principium. & si aliquis, uelit hoc aliquid ostendere, quod linea sit, illa ratione lineæ utetur. Quoniam autem causam amplectentem definitionem compositam dicebamus ex causa, & causato, ac positione differentem à demonstratione, necnon alteram partem ab altera diuidentes, dico autem causatum à causa, definitionis quoddam significatum à priori alterum assignauimus, conclusionem hoc dicentes demonstrationis, quandam alteram partem huius definitionis, dico autem causam, nominabimus, & cum aliquo significato construemus per seipsam hanc diuidentes, aut omnino cum demonstrabilibus ipsius quid est positionibus. Nã sicuti illorum, nulla est causa, neq; demonstratio, Sic manifestum est, quod & harum: uindictæ enim appetitus nullam habet causam alteram, propter quam insit ire, sicuti neq; terræ interpositio propter quam ipsi lunæ defectio. & in aliis consimiliter. huiusmodi quoq; substantiarum definitiones sunt, neq; enim possibile est ipsas in causatum, & causas diuidere, nec causa in substantiis alia est ab eo, cuius est causa. Substantia enim animata sensibilis, cum animali eadem est, sicut & cum homine, animal rationale, mentis, & scientiæ capax. Quapropter neq; proprie demonstratio est, quando substantiam de substantia concludat aliquis medio causa utens, maioris definitione: uideretur enim peti id, quod in principio est, ut prius etiam dictum est. Opere præteritum est igitur reassumere, & enumerare ea quæ dicta fuerunt. Primum quidem acceptum de definitione significatum non oportet connumerare cum reliquis, quoniam neq; definitio est, proprie significans idem cum nomine ratio. Relinquuntur igitur tria, & est una quidem, ut a prima postremo dicta incipiamus, quæ prius quidem positio dicta est, ipsius quid est indemonstrabilis. consequenter cum his, quæ in primo libro de hoc negotio dicta fuerunt, illic enim immediatum principium in positionem diuidentes, & dignitatem, positionem rursus in suppositionem, & definitionem diuisimus. Concinne igitur illic positionem, atq; hic talem definitionem nominauimus. iterum autem dicatur ratio ipsius quid est indemonstrabilis. Nam rationes quidem, & reliquæ duæ sunt ipsius quid est, sed non simpliciter indemonstrabiles, uerum hæc quidem cū demonstratione eadem est, sola positione differens, quemadmodum dictum est. hæc autem conclusio demonstrationis una quidem igitur est, ista autem altera rursus una est, quæ actu quidē & secundum solutionem suam, quam suscipit, definitio est, syllogismus autem existens, potentia & demonstratio, propterea quod casu solo à demonstratione differat, causam in eodem continens & causatum, eo quod possit ipsa syllogismus fieri commutata positione. tertia autem, & ultima est, quæ causatum existens in definitione differente positione sola à demonstratione, conclusio fit, in eo quod commutatur positio talis definitionis, & demonstratio fit. Cum enim tales definitiones ex materia, & forma sint composite causa est forma ipsius materiæ. Nam propterea quod talis forma est, talis materia apta est suscipere ipsam, & est pars quidem definitionis ratio ex materia. pars autem ratio ex forma, & in demonstratione dum medium causa accipitur concludit causatum uidelicet id, quod est ex forma, id, quod est ex materia. Nisi aliquis dicat, & tanquam efficientem esse causam, dum extinguitur ignis ipsius strepitus in nubibus, & dum opponitur terra priuationis luminis lunæ sicq; in aliis nonnullis. Quæ autem hoc in loco de definitionibus dicuntur, & in primo libro dicta fuerunt. paulum in uerbis commutata. Nam illic quidem hæc dixit definitionem principium demonstrationis, hanc autem definitionem positione differente a demonstratione hanc uero conclusionem quandam demonstrationis. hic autem hanc quidem positionem ipsius quid est indemonstrabilem, rursusq; eandem rationem ipsius quid est indemonstrabilem

monstrabilem. principiū enim demonstrationis indemonstrabile est, sub seipso habens demonstratiōnem, non autem subiectum demonstratiōni. Cum autem definitio sit, & positio est, & ratio ipsius quid est. Deinde alteram partem quidem rationem significantē quod quid est. partim autē definitionem ipsius quid est, positione differentem à demonstratiōne, partim autem syllogismum ipsius quid est, positione differentem à demonstratiōne. Tertiam autem ipsius quid est demonstratiōnis conclusionem. quæ eadem sunt cum his, quæ in primo libro dicta fuerunt. Diuidens autem definitionem æquipollentem demonstratiōni, alteram quidem ipsius partem, quæ ex materia est, conclusionem dixit demonstratiōnis. Alteram autem dereliquit. & manifestum est, quòd & ipsa cum sit positio ipsius quid est, indemonstrabilis est. immediate enim & indemonstrabiliter ipsa quoq; subiecto inest. Ex dictis igitur manifestum fuit, quòd non demonstratur quidem ita definitio, ut per demonstratiōnem ipsa concludatur de definito, & ostēdatur per ipsam, quòd ista definitio huius definiti definitio sit. & ob id, non utiq; diceretur definitionis esse demonstratiōnem. Quoniam autem in demonstratiōne accipitur, & quoniam in ostendendo rem quòd est per medium causam definitio rei elucescit. & quia sunt nonnullæ definitiones positione sola à demonstratiōne differentes, ita ut syllogismis similes quodammodo uideantur hanc ob rem erit demonstratiō definitiōnis, & definitio ipsa demonstrabitur. Amplius autem & aliquæ sunt definitiones, in quibus id, quòd dictum est consideratur. sed in solis illis, quæ positione sola à demonstratiōne differunt, uel etiam quia sunt definitiones quædam, quæ per demonstratiōnem concluduntur. Nam earum quidem, quæ causam continent definitionum, & indemonstrabilium positionum, & prætera earum, quæ secundum formam medium, & causa accipiunt non est demonstratiō, neq; per demonstratiōnem concluduntur. Quæ autem conclusiones sunt demonstratiōnum, harum est demonstratiō, tales enim per demonstratiōnem ostenduntur. Et hoc quoq; perspicuum fuit quot modis definitio dicitur, & prætera quò definitio, & quò quid est ostendit, & quomodo non. Nam quatenus quidem in demonstratiōne medium ponitur, ostendit, quatenus autem conclusio demonstratiōnis fit, non ostendit, sed ostenditur. Aut quoniam multis existentibus significatis definitiōnis, nulla alia ostendi apta est, quam solum ea, quæ positione differt à demonstratiōne. & aliquorum est definitio, & aliquorum non. Nam simplicium quidem est definitio. Compositorum autem minime. Definitio enim ratio est unum de uno significans non secundum accidens. Quare si aliquod unum fuerit secundum seipsum non diuisum aliquibus differentiis, ex quibus non est una quædam natura, huius erit definitio, eius autem, quòd non ita se habeat non erit. Hoc enim homo ambulat non est definire per se, sed ueluti propositiōnem, & quomodo se habet ad demonstratiōnem, quia positione differt à demonstratiōne, ratio continens causam, & quomodo contingit eiusdem esse definitiōnem & demonstratiōnem, & quomodo non contingit. Nam secundum idem esse definibile, & demonstrabile idem, nō contingit. Aliter autem, atq; aliter idem esse definibile, & demonstrabile, contingeret utiq; ueluti lunæ defectiōnem aliter quidem definimus, aliter autem demonstramus. Quid est lunæ defectiō? luminis priuatiō, ob terræ interpositionem. luna obstruitur, quòd obstruitur deficit. luna ergo deficit. Quare differentes sunt modi, per quos, & definitur, & demonstratur. sed nō unus, & idem. QVEMADMODVM IGITVR ACCIPITVR QVOD QVID EST, ET DEFINITVR, AC NOTVM FIT DICTVM EST PRIVS. Cum duas rationes dixisset oppositas inter se, quantum ad apparentiam, unā quidem, quòd non est quòd quid est demonstrari, alteram autē, quòd per demonstratiōnem inuenitur quòd quid est, & utraq; corroborasset. Nūc quasi sententiā suam infert his quæ dicuntur. Nam quemadmodum quidem, inquit, accipitur quòd quid est, & notum fit, dictum est prius, & non dixit demonstratur quòd quid est, sed accipitur, & notum fit. Non enim concluditur dum per demonstratiōnem concluditur, sed ipsius propter quid demonstratiōne procedente, dum commonstratur ipsum accipitur, & notum fit, quòd huius est definitio, quòd quæritur. Quapropter infert.

Quare syllogismus quidem ipsius quid est non fit: neq; demonstratiō. Manifestum tamen fit per syllogismum et per demonstratiōnem.

Cum in duo diuisa sit præsens ratio, altera quidem ipsius pars, eorū quæ prius dicta fuerunt est diiudicatio. altera autem eorum, quæ post illa, quasi ascensio ita ut neq; illa, neq; hæc decidat à ueritate. secundum quem modum in utrisq; partibus contingit dominari ueritatem. Nam si



cuti inquit, ex dictis quidem patuit, syllogismum ipsius quid est non fieri. Si autem non syllogismus, perspicuum est, quod neque demonstratio, per syllogismum tamen declaratur, & elucescit, ipsius enim propter quid demonstratione procedente ita elucescit. Cum uero dixisset per syllogismum, intulit, & per demonstrationem, quasi interpretans per syllogismum, uidelicet per demonstrationem, non enim quemadmodum accidit, & ex contingentibus dum fit syllogismus, quod quid est ostenditur, sed dum demonstratiuus, & propter quid demonstrat hoc huic inest.

Quare neque sine demonstratione est cognoscere quod quid est, cuius sit causa alia, sed neque demonstratio ipsius est, quemadmodum, & in dubitationibus diximus.

Com. 138. Notum inquit factum est, quam maxime demonstratio conferat ad quod quid est. & tantum, quod non sine ipsa sit cognoscere quod quid est. Et rursus, quod non est demonstratio ipsius quid est, ita ut differentia modi inter se rationes conueniant, & concordent. Non enim eodem modo, & sine demonstratione non est cognoscere quod quid est, & non est demonstratio ipsius quid est, sed quatenus quidem conclusio est, dum per demonstrationem concluditur, non est demonstrare quod quid est, quatenus autem demonstratione procedente demonstratur non est scire ipsa cognoscere quod quid est. Quamobrem & prius bene dicebatur non esse quod quid est demonstrari, & nunc quoque bene, quod traditum est utile demonstrationis ad definitionem. Dubitationes autem, priores rationes appellauit, propterea quod omnino uidebantur inter se diuersae esse definitio, & demonstratio. Atqui familiaritatem plurimam inter se habent, ita ut definitio interdum per demonstrationem demonstratur, Rursusque quod quid sit demonstrationis principium. Cum autem dixisset, **NON ABSQUE DEMONSTRATIONE ESSE COGNOSCERE QVOD QVOD EST**, adiunxit. **CVIVS SIT CAUSA ALIA**. Non enim penitus, & in omni definitione uerum est, quod non sine demonstratione quod quid est cognoscatur, sed ubi est causa alia id est ubi non est idem causa, & causatum uidelicet definitio, & definitum. Aut in definitione alia quidem est causa, aliud autem causatum, sicut in ira, tonitruo, & lunacea defectio dictum est.

Tex. 9. Est autem quorundam quidem altera quaedam causa, quorundam autem non est. Quare manifestum est, quod & ipsorum quid est, alia quidem immediata, & principia sunt, quae & esse, & quid est supponere oportet, aut alio modo manifesta facere.

Tex. c. 43. Quod facit Arithmeticus, etenim quid est unitatem supponit, & quod est. Habentium autem medium, & quorum est quaedam altera causa substantiae, est per demonstrationem, ut diximus, ostendere, non quid est demonstrantes.

Tex. c. 44 Definitio autem quoniam dicitur ratio ipsius quid est, manifestum est, quod aliqua quidem ratio erit ipsius quid significat proprie nomen, aut ratio altera nominalis, ut quid significat quid est triangulum, quod habentes quid est, quaerimus propter quid est. Difficile autem est sic accipere, quae non scimus quod sunt. Causa uero difficultatis prius dicta est, quoniam neque an sit, aut non sit scimus, nisi secundum accidens.

Tex. 10. Ratio autem una dupliciter est, haec quidem coniuncte, ut ilias, haec uero unum de uno ostendens non secundum accidens. Una quidem igitur definitio definitionis est, quae dicta est, alia uero definitio ratio est, demonstrans propter quid est. Quare prior quidem significat, minime autem demonstrat, posterior uero manifestum est, quod erit ut demonstratio ipsius quid est, positione differens. Differt enim dicere propter quid tonat, & quid est tonitruum. Dicit enim sic quidem propter ea quod extinguitur ignis in nubibus. Quid est tonitruum? sonus extincti ignis in nubibus. Quare eadem ratio alio modo dicitur. Et sic quidem demonstratio continua est. Sic autem definitio.

Tex. c. 46. Amplius definitio est tonitruum sonus in nubibus, hoc autem est ipsius quid est demonstrationis conclusio, immediatorum uero definitio, positio est ipsius quid est indemonstrabilis. Est igitur definitio una quidem ratio ipsius quid est indemonstrabilis. Unus uero syllogismus ipsius quid est casu differens a demonstratione. Tertia uero ipsius quid est demonstrationis conclusio est.

Manifestum

Manifestum est igitur ex his, et quomodo est ipsius quid est demonstratio, et quomodo non est, et quorum est, et quorum non est, et quot modis definitio dicitur, et quomodo quod quid est ostendit, et quomodo non, et quorum est, et quorum non est. Amplius autem et ad demonstrationem, quomodo se habet, et quomodo contingit eiusdem esse, et quomodo non contingit.

Tex.c. 47

Hæc interpretatiua sunt illius, CUIVS ALIA CAUSA EST/ oportet enim inquit scire, quod quorundam quidem altera quædam causa est, quorundam autem non est. id est dupliciter est diuidere causata, & causas. Ceu sint causarum alia quidem eadem cum causatis, alia aut diuersæ. sed dictum est pauloante de his, & de reliquis sufficiēter. illud uero RATIO AVTEM VNA EST DVPLICITER intercalatio est in sermonem de definitione conferens. Quoniam enim unam quidem rationem dixit nominalem, & unam rationem debebat dicere significatē quod quid est, & reliquas alteras. Est autem & altero modo una ratio, quatenus coniunctione una est, & non quatenus definitio. idcirco necessario, & quot modis una ratio dicitur, docet. Cætera uero arbitror copiosioris non indigere orationis eo quod sufficiēter prius explicata fuerūt.

Com. 139.

Quoniam autem scire opinamur, cum causam sciamus, causæ autem quatuor sunt. una quidē quod quid est esse, altera uero cum aliqua sint necesse est esse, alia uero, quæ primo aliquid mouit. Quarta autem cuius gratia omnes ipsæ per medium ostenduntur.

T. II.

Tex.c. 48.

De definitione quidem quod altera sit à demonstratione, & quod altera methodus demonstratiua à definitiua sit, & quod definitio non demonstratur quidem. (Contingit autem aliquando dum demonstratio fit definitionem cum demonstratione commōstrari) & quando hoc & in quibusnam sit, sufficiēter dictum est. Quoniam autem per medium causam demonstratio fieri innata est, non solum autem definitio causa est, sed sunt etiam alteræ, Necessariū est de omnibus inquirere, & cum enumerauimus secundum genus, quot, & quænam causæ sint apud Aristotelem dixerimusque quomodo est unaquæque ipsarum medium terminum ponentes poterimus facere demonstrationem, causæ igitur quatuor secundum genus sunt. una quidem, quam diximus est quod quid est esse, uidelicet definitio, & forma. Altera autem materia, quam oportet præcedere, ut materialis forma in ipsa fiat. Alia uero efficiens, quæ principium mutationis ad esse suppeditat ei, quod fit, aut materiam mutans potentiam ipsius prouocat ad actum, aut quæ quidem leuigans, & poliens subiectum, aut aliter quodammodo commutans, & mouens, formam ad quā innatum est in ipso facit elucescere. Et ultra has, est quarta, finis cuius gratia mutatio ē ad ipsum erat, aut & ipsa res fit, aut est. Causæ igitur ipsæ sunt. Quemadmodum autem definitio, procedēte demonstratione propter quid demonstratur, dum medium in ipsa reperitur, sic etiam reliquæ causæ, & de ipso quidem quid est dictum est sufficiēter, quomodo per demonstrationem inueniatur. Dicendum autem iam est, & de reliquis, quomodo & ipsæ manifestæ aliquando fiant dū accipiuntur mediæ in demonstrationibus. Materialis igitur causa est quidem, & indidem manifesta ex demonstratione ipsa. Quando enim dicimus quod hoc existente, necesse est hoc esse, nō propter propositiones profecto hoc, sed potius propter medium uideretur dici, quoniam propositione una existente non mehercule esset demonstratio, neque enim syllogismus est, ad minimum autem duas esse ipsas necesse est. Medio autem existente uno, sic ex necessitate sequitur conclusio cum igitur necessarium, quod in causis est, ipsi materiali adiunctum fuerit, hoc autem medium habet, conclusionis existens causa, necnon communitatis, & colligantiæ, ipsius & propositionū inuicem, esset profecto sicuti materialis causa ipsius syllogismi, quatenus syllogismus est quamuis ad rem, quatenus res, secundum aliquod aliud genus causæ, causa interdum dicatur. Necessarium enim duplex est, hoc quidem simpliciter, hoc autem ex suppositione. quod quidem igitur simpliciter est, inest his, quæ semper similiter se habent quod uero ex suppositione est, his omnibus, quæ generantur, & corrumpuntur. Quapropter & in illis quidem conuertitur necessarium, à præcedentibus ad sequentia, & econuerso. Cum enim mouentur præcedentia, ex necessitate mouentur etiam sequentia & econuerso. in his autem, quæ in generatione sunt minime. Si n. est domus, necesse est hæc esse, & hæc, quæcunque spectant ad ipsam. Non tamen si hæc, atque hæc sunt, ex necessitate etiam est domus. Necessarium igitur ex suppositione reperire est, & in syllogismis, & in demonstrationibus, præterquam econuerso. Nam illic quidem, si erit finis, aut for-

Com. 140.

lib. 1.



ma, necesse est esse ea, quæ ad ipsam spectant, Non tamen si illa sunt, ex necessitate hæc quoque est. Hic autem si medium, & propositiones sunt, necesse est, & conclusionem esse. nõ si hæc est ex necessitate, & illa sunt. Contingit enim ex falsis ueram concludi conclusionem. itaque medium quidẽ quatenus materia, causa dicitur, ut in ipso syllogismo, & demonstratione est, propterea quod & ipsi, necesse est, ut sequatur conclusio, est autem & proprie assignare, quomodo est, quando materialis causa medium in demonstratione accipitur. ut propter quid corruptibilia nostra corpora sunt, quoniam ex contrariis componuntur, ex calido enim & frigido, & humido, & sicco. hæc autem contraria sunt. Nostra corpora ex contrariis componuntur, ea, quæ ex contrariis componuntur, corruptibilia sunt: Nostra ergo corpora corruptibilia sunt. Medium igitur hoc in loco materialis causa est. Ex quibus enim tanquam ex materia, nostra corpora constituta fuerunt, hæc contraria sunt. Rursum propter quid æs bene sonans est, propterea quod multum ærei habeat. & hoc ex materia assignatum est. æs multum habet ærei, omne quod habet multum ærei, bene sonans est, æs igitur bene sonans est. de reliquis uero causis dicemus postea literam percurrentes.

QUONIAM AUTEM SCIRE ARBITRAMUR, CVM CAUSAM SCIMVS. Quoniã dixit pauloante, quod proprie demonstratio, medium terminum causam rei accipiens, ex hoc definitionem demonstrat, quæ medium in ipsa ponitur, ut forma existens, & causa. Ne aliquis arbitraretur, quod & aliis existentibus causis, sola ex his definitio, medium accipi apta sit in demonstrationibus, reliquarum autem nullum in syllogismo accipiatur medium, aut & si accipiatur quidem, mediũ causa altera, syllogizet quidẽ, tamẽ nõ demonstrat. iccirco hæc addit, quatuor dices esse causas, secundũ quas propter quod assignates gescimus, quatuor igit, inquit, cũ sint causæ, quod quid est esse, uidelicet forma, materia, efficiens, finalis. omnes istæ per medium ostenduntur. idest omnes propterea, quod medium accipiuntur in demonstrationibus, demonstrantur. dum enim medium assignatur partim quidem sic, partim autem aliter. propterea quod hoc est quatenus hoc est, unaquæque ipsarum demonstratur. & quomodo quidem in definitione hoc fiat, dictum est sufficienter. diximusque, & de materia manifesta exempla. dicitur autem & de reliquis post eorum, quæ proposita fuerunt, claritatem.

QUONIAM AUTEM SCIRE OPINAMUR CVM CAUSAM SCIAMVS. Communis, inquit, est opinio, quod tunc scit aliquis, cum causam rei nouit. Ut non alio modo sit scire, quam cum causa cognoscatur. Si autem quatuor causæ sunt, secundum quatuor oportet fieri etiam scientias. Sunt autem hæ, quas enumerat ipse. Primũ aut formalem, & materialem ordinauit, quatenus coordinatæ sunt cum re. & idcirco etiam nobis notiores. forma autem materia prior est, tum quia est melior, tum quia manifestior, & planior est. Ex priuatione enim est quæ quidem inde apprehenditur. & ipsa finali efficiens, quoniam hæc quidem ante rem est, hæc autem existentiam rei, & in naturalibus, & in artificialibus consequit. & si cogitatio facientis præordinata sit, ante id, quod fit. Quatuor autem causas ipsas enumerat, instrumentariã omittens, & exemplariã, propterea, quod ubicunque naturaliter loquitur. Natura autem cum proxime agat in mobilibus, nullo tanquam instrumento utitur. neque ad aliquid respiciendum tanquam prescriptum, atque exemplum. Appellat autem formalem quidem quid est esse ipsum enim quid, & substantialis ratio rei, & forma est. Materiam uero quibusdam existentibus necesse est hoc esse, tanquam propter necessarium usum subsistentiæ talium formarũ existat ipsa. Sicuti enim si sit domus, necesse est ligna, & lapides esse, & in uniuersum omnia, ex quibus ipsa per artem constituta est, eo quod non utique existeret ipsa, nisi illa essent. ita etiam si sanitas erit, aut homo, aut aliqua alia naturalium formarum, necesse est, hoc esse, aut fore, tanquam materiam, ex qua forma erit, aut in qua subsistet. Efficientem autem, quæ primo aliquid mouit ut cum immobilis sit materia, & magis per seipsam, quatenus materia est. indigeat quoque mouente & potentiam in ipsa prouocante ad actum, & formæ susceptionem. hoc autem est efficiens, omne enim quod in opus agit potentiam, & non in solum actum, efficiens dicitur. Quemadmodum & factiue artes huiuscemodi sunt, quæ sane artificis actu cessante, opus subsistens habent. ut fabrilis, æraria, & ipsis similes. Sicuti actiue etiam quæ actionem solam finem, & non opus habent. ut musica, & medica. Quarta autem causa manifesta est, propterea, quod cuius gratia nominatur, gratia enim finis est id, quod propter ipsum factum est. Oportet autem non latere quod ex contrario hic materiæ, & formæ consequentiã accepit his, quæ in naturalibus tractatibus dicta fuerunt. ut in libro de generatione, & corruptione, in libro de partibus animalium, & alibi, illic enim si forma erit, inquit, necesse est materiam esse aut fore, ut si sanitas aut homo, ea, ex quibus hæc

Notandũ

bus hæc sunt, aut in quibus hic autem materiam significare uolens, quibusdam existentibus, necesse est hoc esse, inquit, tanquam materiam ex necessitate forma sequatur. quod quidem neq; in naturalibus est uidere, neq; uero in artificialibus, Sed ex contrario necesse est à forma ad materiam. Si enim domus est, & ligna ex necessitate, & lapides, & quæcunq; ad formam spectant, sunt, non tamen econuerso. & in fanitate, & in homine similiter. Sed in hoc loco secundum propositam intentionem dixit, ut se habet etiam in demonstratione. existentibus enim propositionibus, necesse est esse, & conclusionem. non tamen econuerso, sicuti prius dictum est. & efficientem causam non simpliciter dixit, quæ aliquid mouit. sed quæ aliquid primo mouit, id enim quod incipit motionem, illud efficiens est. Quemadmodum & in eo, quod ipse dicit exemplo, & in plerisque aliis, ne in omnibus dicam, reperire est. Nam belli medorum contra Athenienses, complura fortasse motiua fuere. sed illud efficiens est ipsius, quod & ex initio anteincepit motum. hoc autem est. quod in sardos athenienses cum Eritriensibus irruere. & pater cum demiserit ex seipso semen genitale primus mouit, & liberatus est ab eo, quod mouetur, quæ uero post illum mouent altera sunt, sed non eadem efficientia sunt partus, sed pater primus mouens. sicq; in omnibus. iccirco & in aliis, unde principium motus est, efficiens dixit. quod æquale est ipsi, aliqd primo mouit. Omnes igitur, inquit, ipso per medium ostenduntur idest, quod non sola definitio, & formale principium, ex eo quod accipiatur medium in demonstratione causa demonstratur. sed est etiam reliquarum unamquamq; hoc modo ostendere. quatenus, & ipsarum unaquæq; medium in demonstratione accipitur.

Etenim hoc est, quo existente, necesse est hoc esse. una quidem propositione accepta, non est, duabus autem ad minimum. hoc autem est, quando unum medium habeant.


Videretur nempe de propositionibus hoc dici, sed magis proprium est, ut intelligatur de medio. Nam exemplum quidem hoc materialis ponit causæ. inquit aut quasi interpretans seipsum. quod quando audias nos dicentes quod hoc existente necesse est hoc esse. non propter propositiones hoc intelligas, ita singulariter prolatum. una enim existente propositione, non est fieri conclusionem. sed ad minimum duabus existentibus sequitur. de quo autem dicimus quod hoc existente, necesse est esse conclusionem, medium est. quod oportet unum esse, & utraq; intelligere propter ipsum propositiones, & in communitatem agere ipsas.

Hoc igitur vno existente, et causa, necesse est et conclusionem esse.

Nam quatenus quidem unum est, propositiones communicat, quatenus autem causa, ex necessitate habet tanquam causatum ipsi sequentem conclusionem. Videtur igitur simpliciter medium omne secundum hanc rationem, ut materialem causam esse in syllogismo. hoc enim tota necessitas conclusionis est, quoniam & propositionibus idem est causa, ut inter se colligentur. Quæ obrem primo potentia, & necessarium in hoc est. Cui autem causarum potentia, & necessarium est hæc materialis est. in syllogismo ergo medium, ut materialis causa est. Quare tamen ad rem, aut ut forma, uel ut finis, aut etiam ut efficiens causa medium sumptum sit, tamen ut materia in syllogismo est.

Manifestum autem est, et sic propter quid rectus est, qui in semicirculo est angulus. aliquo existente rectus est.

Quod medium ut materia sit conclusioni per exemplum quoq; ostendit. in semicirculo descriptum angulum accipiens, quis nam igitur in semicirculo angulus sit, & quomodo rectus, in tertio elementorum euclidis accurate ostenditur. Dicemus autem parumper, & nos claritatis gratia eorum, quæ proponuntur hanc magis in hoc loco, quam exactam rationem curates. propterea quod apud euclidem ipsa reperiatur. Nobis uero satis est, si ea, quæ proponuntur ordinate explicabimus. Circumscribatur enim circulus. b. c. d. e. centrum habes. a. diametrum autem. b. d. & ab ipso. c. ipsi. b. d. ad rectos ducatur. c. a. in semicirculo igitur. b. c. d. angulus inscriptus sub. b. a. c. dico quod rectus est, cum enim duo



Eustra. in post. anal.

H iii.



recti fuerint sub. b. a. c. & sub. c. a. d. Medietas duorum rectorum, horum uterq; est. ablata igitur ea, quæ est sub. c. a. d. rectus derelictus est, sub. c. a. b. medietas duorum existens, ut propositum fuerat, idem & in altera erit, sic quidem igitur descriptio est. Videamus autem & ipse quid dicat.

Sit igitur rectus in quo. a. medietas duorum rectorum in quo. b. qui est in semicirculo in quo. c.

Com. 144 Nexum demonstrationis in his constituit, medium terminum accipiens. b. quod est medietas duorum rectorum, maiorem. a. quod est rectus, minorem. c. quid est in semicirculo angulus, Rectum igitur oportet concludere de angulo in semicirculo per mediã medietatẽ duorum rectorũ.

Quod igitur. a. rectum, insit ipsi. c. qui est in semicirculo causa est. b. hic quidem enim ipsi. a. æqualis est. c. autem ipsi. b. duorum enim rectorum medietas est.

Com. 145 Quod igitur, inquit, a. maius, quod est rectus insit ipsi. c. minori, quod est in semicirculo angulus, causa est medium. quod est medietas duorum rectorũ, ipsum. n. inquit. b. medietas duorum rectorũ ipsi. a. recto æqualis est, ipsum autem. c. angulus in semicirculo ipsi. b. medietati duorum rectorum æqualis est, hoc enim significat, c. autem ipsi. b. duorum enim rectorũ medietas est.

Ipsa. b. igitur existente dimidium duorum rectorum. a. inest ipsi. c. hoc autem erat in semicirculo rectum esse.

Com. 146 Propterea quòd igitur, inquit, medium tale est, ut sit duorum rectorum medietas, a. ipsi. c. inest. quid sit autem, quòd a. ipsi. c. insit, interpretans infert esse in semicirculo angulũ rectum.

Huic autem idem est quod quid est esse, eo quod hoc significet ratio.

Com. 147 Cum accepto, inquit, medio in proposita demonstratione, idem est definitio. quia unũ ex definitionis significatis dictum est prius, significare rationem idem cum nomine. Cum igitur nomen quidem rectus sit. Ratio autem medietas duorum rectorum (significat autem ratio ista idẽ cum recto nomine.) definitio est, & quod quid est esse uerum & si ita se habet, tamen ut materia est ipsi syllogismo. quemadmodum dictum est. possumus & alio modo dicere, quòd mediũ hoc in loco, secundum aliud quidem, ut materialis causa uideretur certe, secundum aliud uero, ut quod quid est esse, & formalis. Nam quatenus quidem dimidium est duorum rectorum, materia est duorum rectorum. totum enim est ex diuisis, tanquam ex materia, partibus. Cum igitur duo dimidia accepta sint, ex quibus duo recti sunt, materię hæc sunt, ad ipsos rectos, qui ut unũ quidam accipiuntur ex duobus compositum. Rursus autem cum reliqui æquales accepti fuerint. recta linea supra rectam constituta. hoc est quod quid est esse ipsius recti. Rectus enim est angulus, quando recta supra rectum constituta, reliquos angulos æquales inter se faciat. & si ita accipiamus id, quod dicitur, in eo, quod hoc significet ratio. Dupliciter intelligemus. Aut enim rationem recti hoc significare, æquales esse reliquos, aut hoc significare syllogismum, uidelicet demonstrare definitionem recti, duorum enim rectorum æquales particulas accipiens syllogismus, reliquos angulos æquales esse demonstrat. hoc autem est quod quid est esse recti. itaq; ipse quidem ita exemplum materialis causas exposuerat, cum in demonstratione sermonem exercuisset, à nobis autem dicta fuerũt, & in rebus ipsis exẽpla, aperte materialẽ causam demonstrantia.

At uero et ipsius quod quid est esse, causa ostensa est media.

Com. 148 In memoriam reuocat ea, quæ de definitione prius dicta fuerunt. quasi dicat. Ecce igitur & materialem causam medium accipimus in demonstratione, & tantum ut & omne medium materiae rationem habeat in syllogismo, ostensum autem est prius, quomodo quod quid est esse in demonstratione ostendatur. cum causa fiat sui ipsius cognitionis, ipsum medium accipiendo, Relinquitur igitur dicere de reliquis, & efficiente, & finali.

Tex. c. 50. Propter quid autem medorum bellum factum sit Atheniensibus. quænam causa sit præliari athenienses.

Com. 149 Et efficiens quoq; causa, similiter cum dictis, medium in demonstratione accipitur. & exemplũ huius

huius est medorū contra Athenienses bellū. *Causam habens, pugnā primo incepisse Atheniēses.*

Quoniam in sardos cum Eritriensibus irruerunt, hoc enim motum est primum. sit bellū in quo a. priores irruere. b. Atheniēses. c. inest igitur. b. ipsi. c. prius irruere, Atheniensibus. a. uero ipsi. b. bellum enim gerunt bis, qui prius iniuste fecerunt inest ipsi quidem. b. a. bellum gerri prioribus incipientibus. hoc autem est ipsi. c. Atheniēsis. priores enim inceperunt. medium itaq; ex his, causa est primum mouens.

Nam cum tributaria esset sardensium ciuitas medis in ionia, Athenienses cum Eritriensibus depopulati ipsam, principium sibi ipsis inde medici belli fecerunt. Causa igitur belli fuit, quæ primo mouit. in sardenses Atheniensium cum Eritriensibus impetus. Quæ & dum assignat propter quid medorum bellum Atheniensibus factum fuit. medius terminus in demonstratione ipsius belli fit. minor terminus est Athenienses. medius quod primi irruerunt. maior bellum gerere prædicatur igitur medius de minori. Athenienses primi irruerunt. maior de medio, primi irruentes bellum gerrunt. postea conclusio est, Athenienses ergo bellum gerrunt. c. b. a. Rursus propter quid pulcherrimus est mundus? quoniam Deus creauit ipsum. c. minor, mundus. b. medius, Deus creauit. a. maior pulcherrimus. Mundum creauit deus quod deus creauit pulcherrimum est. mundus ergo pulcherrimus est. igitur & hoc in loco medium causa acceptum est, quæ primo mouit. quæ quidē est efficiens, sermo aut Aristoteli manifestus est, & nulla indiget expositione.

Quorumcunq; uero causa est cuius gratia, ut propter quid ambulat:

Dicendum est iam, & de finali, quomodo & ipsa medium in demonstratione accepta, similiter utilia, ex demonstratione monstratur. Nam propter quid hoc huic est assignates, si id, cuius gratia est assignauerimus finem assignabimus. Ut propter quid, quidam post cœnā ambulat? ut ualeat, hoc finis est, & cuius gratia, gratia enim ualitudinis ambulat, & finis est ualere ipsius ambulationis. Quidam post cœnam ambulat, qui ambulat post cœnam, ualeat. Quidam ergo ualeat. c. b. a. Rursus propter quid est domus? ut habitantes ipsam nocumenta ex mitione eius, quod continetur, effugiant. aut ut suppellectilia seruentur, gratia enim & hoc est ne nocumento afficiantur ab eo, quod continetur, & suppellectilia seruētur. Dicere enim propter quid ambulat post cœnam, & gratia alicuius oportet ambulare nihil secundum intelligentiam differēs est, licet uerbis differat. Est autem tale quod dicimus. post cibum cum nihil penitus moueatur is, qui comedit accidit supernatare in ore uentris cibos. Hincq; inconuenientem alterationē suscipientes corrūpi, & putrefieri, atq; hinc præter naturam disponi nutrimentum. Cum autem mediocriter deambulauerit ipse, & præsertim in loco procliuem dispositionem habente, in profunditatem uentris ex ore ipsius demittuntur cibi. & dum ab ipso concoquuntur ualidius, ipsi corpori apprehēdenti alimentum fiunt. Minor igitur terminus est post cœnam deambulare, quod est. c. b. medius non supernatare cibos. a. maior ualere. Ambulare post cœnam facit non supernatare cibos. id, quod facit, ut non supernatent cibi salubre est. ambulare ergo post cœnam salubre est. Aut nō cōsequenter ei, quod propositum est, syllogismi facta est expositio. finis enim sanitas est, & ipsam oportet medium terminum ponere. Nunc autem maior quidem sit ipsa, non supernatare cibos medius ordinetur. Aut igitur terminos oportet transponere, aut alteram ponere rationē, in qua medium, ut causa cuius gratia ordinetur. aut accidit & utraq;. Quidā indiget sanitate, q indiget sanitate hūc oportet post cœnā ambulare, quendā igit oportet post cœnā ambulare. Sed propter quod ipsi indigēti ualere, opus est, post cœnā ambulare: propterea quod, ut non supernatēt cibi ad os uētris, hunc oportet post cœnam ambulare. Cui ergo opus est ualere, hunc oportet post cœnam ambulare, prior igitur syllogismus finalem causam mediam accepit, is autem maiorē ipsius propositionem cum probauisset pro syllogismus est, quod quid est esse, & forma quemadmodum ipse procedens inquit, Nam non supernatare cibos rationem sanitatis dicit. Est autem & alteram rationem dicere. ut propter quid Socrates se coniunxit mulieri? Quoniam in desiderio erat filiorum. Socrates in desiderio est filiorum, qui in desiderio est filiorum mulieri se coniungit, Socrates ergo mulieri se, cōiunxit, finis enim & cuius gratia cōiunctio est, est filios procreare. QVORVM CVNQ; UERO CAUSA EST GRATIA ALICVIVS Defectuose hoc dictum est. oportebat enim adiungere SVNT TALIA ut ratio sit hoc modo, ea, quæ habent in



demonstratione causam, medium, cuius gratia, & finem, talia sunt.

Vt propter quid ambulat? vt sanus fiat.

Com. 152. Sic enim sanum fieri medium est, ambulare autem maius extremum. Oportet autem hic subintelligi minus, quod quidem in conclusione subiectum est. forte Socrates, aut quidam. Socrate oportet sanum fieri, quem oportet sanum fieri. huic opus est post cœnam ambulare. Socratem ergo oportet post cœnam ambulare.

Propter quid domus est? vt seruentur suppellectilia.

Com. 153. Suppellectilia quidem minor, seruari medium, maior domus. Suppellectilibus opus est seruatione, quibus opus est seruatione. his opus est protectione. Suppellectilibus ergo opus est protectione, quæ est domus.

Hoc quidem igitur est gratia sanandi hoc vero gratia seruandi.

Com. 154 Hoc demonstratiuum est quod utrorumque sint finalia accepta media, & causæ. Nam ambulationis quidem post cœnam sanum fieri, cuius gratia, & finis est. ipsius autem domus, seruatio.

Propter quid autem oportet post cœnam ambulare, et cuius gratia oportet, nihil differunt.

Com. 155. Quoniam cum ipsum cuius gratia demonstrare proposuisset. non ita in litera, ut in exemplis dixit, sed propter quid iccirco addit nunc, quod nihil differt, alicuius gratia dicere, causam quærentes in huiusmodi, & propter quid, siue enim propter quid interrogaret aliquis, post cœnam socrates ambulat? siue cuiusnam gratia? sanum fieri proprie assignabitur. etenim ipsum propter quid communis est quæstio in omnibus causis.

Ambulatio post cœnam. c. non supernatare cibos in quo. b. sanari in quo. a.

Com. 156. Latius adhuc uult dicere idem. Accipit, igitur minus quidem extremum, quod. c. inquit est post cœnam ambulationem, medium, quod. b. dicit. non supernatare cibos maius quod. a. sanari.

Sit igitur ipsi post cœnam ambulare inherens ipsum facere, vt non supernatent cibi iuxta os ventris, et hoc sanatiuum est. videtur enim.

Com. 157 Prædicetur igitur, inquit, ipsum facere non supernatare cibos, quod est medium de minori ipso post cœnam ambulare. de hoc autem id, quod sanatiuum est. Videtur enim inquit, id est confitetur, quod sanatiuum est non supernatare cibos iuxta os ventris.

Ipsi igitur ambulare quod est. c. inest. b. non supernatare cibos. huic autem. a. sanatiuum.

Com. 158. Quoniam proxime sine literis hæc exposuerat. Rursus etiam cum literis exponit. proprium locum unicuique per literarum acceptionem assignans. Vt sit apud ipsum. c. minor, apud. b. medium apud. a. maior. Videntur autem omnia hæc pro syllogismi esse. non enim in his ipsum cuius gratia positum fuit medium, quod propositum fuerat. Quare quando dicebat quod propter quid deambulat, ut sanetur. tunc ipsius cuius gratia medium accepit, & erat syllogismus ita, ut & prius diximus. Cuidam opus est sanari, cui opus est sanari, hunc oportet post cœnam ambulare. quædam ergo oportet post cœnam ambulare. Vnde autem est, quod cui opus est sanari. hunc oportet post cœnam ambulare. hic pro syllogismus est. Cui opus est sanari oportet ut non supernatent cibi iuxta os uentris. cui opus est hoc, hunc oportet post cœnam ambulare. ipse autem e conuerso accepit terminos, quod magis fecit obscuritatem.

Quænam igitur causa est, quod ipsi. c. a inest. ipsum cuius gratia. b. non supernatare cibos.

Com. 159. Non immediate, inquit, ipsi ambulare post cœnam, quod est. c. ipsum sanari inest, quod. a. accipitur, & finis est. & cuius gratia ipsius post cœnam ambulationis, sed habet quandam causam in medio, propter quam inest ipsi. quænam igitur est hæc? ipsum. b. quod est non eminere cibos, si quis enim interrogaret propter quid sanatiuum est, post cœnam ambulare? propterea quod,

ut non

ut non subnatent cibi iuxta os uentris, faciat respondebimus. oportet autem secundum ipsam adiectionem distinguere usque in ipsum cuius gratia. postea reliquum inferre.

Hoc autem est, sicuti illius ratio, a. enim sic assignabitur.

Ipsum quidem sanari, ut finalis causa assignatum est, ipsius demonstrationis post coenam, non eminere uero cibos, medium acceptum inter sanari, & ambulare post coenam, secundum quale genus causarum assignatur? dicit igitur quod secundum formam, & quod quid est esse, ueluti enim quaedam ratio est, ipsius sanari, non eminere cibos iuxta os uentris. Nam tamen non universalis sanitatis ista ratio sit, tamen ipsius sanitatis quam oportet habere corpus in apprehendendo alimentum, erit ista ratio. Nam quemadmodum dispositio praeter naturam sensum pigrescentis actus praebens, eo quod non digerantur cibi, sed alia quaedam consequantur, ueluti eructationes putridae, graue olentes, indorulentiae, inflationes, angustiae respirationis, & similia, ipsum eminere cibos est. sic ipsum non eminere est dispositio secundum naturam sensum recte efficientis actus praebens, propterea quod nihil praedictorum fiat, sed omnia secundum naturam.

A. enim sic assignabitur.

Idest contingit ipsam sanitatem ita definiri, ut significet idem cum nomine hoc sanitatis, & dicta ratio. Quid est secundum nutrimentum sanitas eius, qui nutritur? ipsum non eminere cibos iuxta os uentris, dicemus autem & alio modo.

A. enim ita assignabitur propter quid autem, b. ipsi, c. inest? quoniam hoc est sanari, quod est sic se habere.

Probat quomodo ratio ipsius sanari, non eminere sit, & inquit, a. enim ita assignabitur. Nam aliquo interrogante propter quid, b. non eminere cibos, ipsi, c. inest, post coenam ambulare? hoc ad interrogationem assignabimus. Quoniam hoc est ipsum sanari, quod ita se habeat, ut non subpernatent cibi iuxta os uentris. Adhuc autem obscurum est, quod dicitur, opere praetium igitur est, hoc explicare manifestius. potentia hoc dicit, quod assignata quidem fuit causa ipsi, c. post coenam ambulare, ipsius, a. sanari, non eminere cibos, quod erat, b. ut ratio, & quid est. Assignabitur autem iterum causa ipsius non eminere cibos, ipsi ambulare, sanari. Cur enim indigentia sit non eminendi cibos, deambulanti post coenam, interrogante aliquo? dicemus quod ut sanet. Et quoniam per inuicem uidetur ostendi ipsum sanari, per non eminere, & ex contrario, ipsum non eminere, per sanari, iccirco inquit, quod nullum est inconueniens, quod per inuicem ostendantur. Nam per oppositionem defectio, & per defectionem oppositio. Et per extinctionem ignis in nubibus tonitruum, & econuerso. quamuis eae quidem secundum primos modos, Eae autem secundum secundos demonstrationes sunt.

Oportet autem commutare rationes, sicque maxime singula apparebunt.

Quoniam obscure, & confuse rationes fecit non diuidens separatim syllogismum, sed potius & extremum terminum syllogismi relinquens. ita ut uideatur tantum ex his, quae dicuntur unum & simplicem existere totum syllogismum, & nequaquam esse manifestum, ubi, ut finis, causa medium accepta sit. iccirco inquit opere praetium esse commutare rationes, ad magis manifestandum ea, quae dicta fuerunt. Diuidentes separatim, & prius quidem tres terminos syllogismi acceptos, in quibus medium erit finalis causa. postea, & pro syllogismum exponentes. hinc enim profecto magis singula planiora fient, & manifestiora. Ut omnia nota sint. separatim quidem propositiones syllogismi, & conclusionem, quae est ex his, separatimque & eas, quae pro syllogismi sunt, & quod ipsius sequens ex necessitate est. Haec autem pauloante nos fecimus, oportet autem & aliter de his dicere nostrum discursum experientes. si possibile est, & altero modo eorum, quae proposita sunt manifestationem facere. & ideo dicimus. QVAE IGITUR CAUSA EST IPSI (C/A) IN ESSE? IPSVM (B) CUIVS GRATIA, QVOD EST NON EMINERE CIBOS in praeccepta quidem adiectione, usque ad illud CUIVS GRATIA pungentes & consistentes. Reliquum, ut unum inferimus. possibile est autem, & usque in ipsum IN ESSE consistere, postea inferre, ut unum, reliquum. Ut ita se habeat id, quod dicit. QVAE IGITUR CAUSA EST IPSI (C/A)



INESSE, usq; ad hoc sit punctum, postea reliquum, IPSVM B/ICVIVS GRATIA, QVOD EST NON EMINERE CIBOS itaq; altero modo literę, & non ut superius accipientur. Nō. n. quod fuit illic. c. post cœnam ambulare. hoc & hic dicemus. sed subiectum, cui opus est sanari, ut si contigerit Socratem. aut alium quendam. Similiter & a. non quod dicebat superius ipsum sanari, sed ipsum. post cœnam ambulare. Quæ igitur causa est Socrati, qui est in quo. c. ipsum. a. in esse? quod est post cœnam ambulare. ipsum cuius gratia, quod est. b. non supernatare cibos. Ali- ter enim contingit cuius gratia esse non supernatare cibos. quam ita acceptum est. Non enim gra- tia non supernatãdi sanatur, qui post cœnam ambulat, sed gratia non supernatandi ambulans post cœnam, qui hoc facit.

Hoc autem est sicuti illius ratio, a enim ita assignabitur.

Coñ. 164

Iterum ipsum. a. sanitatem, sicut superius, ponit. Cum enim quatuor res sint, quoddam subie- ctum, post cœnam ambulare, non eminere cibos, sanitas. Nimirum & cum duo accipiuntur syllo- gismi, non quatuor literas accipit, sed tres solas. a. b. c. Ex necessitate igitur ex altera re descendens in alteram, literas etiam transponit. quasi igitur aliquo dicente, quod minime ipsum non super- natare dicebas prius medium, ut cuius gratia, sed sanitatem. quomodo ergo apte ipsum non su- pernatate cuius gratia dicitis? Quoniam inquit hoc est sicuti definitio quædam ipsius sanitatis, eo quod sit idem sanitatem dicere, & non supernatare cibos iuxta os uentris. Quomodo autem hoc sit dictum est prius.

Propter quid autem. b. ipsi. c. inest? quoniam hoc est sanari, quod est sic se habere.

Coñ. 165.

Ipsum. b. rursus hoc in loco, sicut, & superius non supernatare cibos dicit. c. autem Socratem, aut alium aliquem. Dicit igitur quod quoniam Sanitatem medium accepimus, ut cuius gratia prædicatum de Socrate minori. Vnde habebis non supernatare cibos iuxta os uentris, quod de ipso Socrate prædicet? Hoc enim significat illud PROPTER QUID B/ IPSI C/ INEST? pro- pter quid inquit? quoniam hoc est sanari. quod est sic se habere. Nam hæc est ratio, & quod quid est esse ipsius sic sanari. Etenim genere sanitas quidem est, sic se habere: & dispositio secundū na- turam actum emittens, specialiter autem & quædam sanitas est, etiam non supernatare cibos iux- ta os uentris.

Oportet autem commutare rationes, & sic singula magis apparebunt.

Coñ. 166.

Quoniam cum alternatim rationes, & secundum literas, & res accepisset, obscurū se præbuit, ideo hæc dicit. Oportet autem rationes aliter accipere, sicuti contingit, medium cuius gratia in demonstratione fieri. itaq; magis apparebit, quomodo fiat, id, quod propositum fuerat. Et in syllogismo apte terminos ponere, & concinne, necnon in pro syllogismo sicquam magis singu- la apparebunt. id est, & quomodo ipsum cuius gratia medium accipiatur, & quomodo proposi- tio indigens consolatione aliqua, per syllogismum ostenderetur. atq; quomodo ratio accepta loco sanitatis, & ipsa diceretur de minori in syllogismo. Hæc autem pauloante omnia explicata fuerūt. Videamus autem, & quomodo hoc in loco ordine causarum Aristoteles usus sit, consuetudinē suam & in præsentia seruans. Semper enim ratione naturali utens a peioribus, & imperfectio- ribus ad meliora progreditur, & perfectiora. Cum igitur initio de definitione proposuisset dice- re, de illa. quidem dixit, quæcunq; dixit. postea cum descendisset ad reliquarum causarum assi- gnationem, de materia prima, tanquam aliis peiori locutus est. post ipsam uero de efficiēte. Quo- niam autem finis omnium melior est tanquā perfectior, & ultimo appetitui, & primo bono pro- pinquior, ideo, & de hoc postremo dixit.

Generationes autem hic ex contrario atq; in causis secundum motum.

Coñ. 167

Quia mēs humana in cognoscendo imitatur factorem ipsum totius. Quemadmodum ille in esse producens res, in ipsarum substantiis addit sequētia. informans sicuti formæ, & ueluti quæ- dam florem, & splendorem ipsis fulciens, ut profecto sit nihil indecentis, unicuiq; optimo, & pul- cherrimo cedentia. Opere præteritum est, & nos post rerum substantiæ cognitionem scrutari, & ea quæ ipsis cōsequuntur ut hoc modo nobis indeficiens, ut unum, ad creatorem similitudo fiat,

idem autem est dicere, nostra perfectio. Aliter enim non licet perfici secunda, quam imitatione ad ea, quæ supra illa sunt, & similitudine: idem sane & nunc in sermone ipso de causis fit. Scientes enim quot, & quænam sint causæ. & cum iam secundum speciem apprehenderit ipsarum unam quamque. Necessarium nobis est scire, & ea, quæ ipsis consequuntur. Quod sane, at iam nobis tradere Aristoteles proponit & prius differentiam efficientis, & finalis, quomodo se habet harum utraq; ad causata, secundum prius, & posterius in tempore. inquit igitur ex contrario se habere generationes hoc in loco. idest in finalibus. De his enim dicebat recenter, & in causis secundum motum idest efficientibus. generationem appellans secundum tempus, causarum ordinem, ut ad causatum. Quatenus enim in his, quæ sunt sermonem facit idcirco, & generationem talé ordinem appellauit, inquit igitur quod econuerso ipsa, tum in finalibus reperitur, tum in efficientibus se habens. efficientes enim secundum motum nominauit causas, eo quod ita ipsæ appellatæ sunt & ex initio, Vnde principium motus.

Nam illic quidem medium oportet fieri primum, hic autem ipsum, c. extremum, ultimum uero cuius gratia.

Nam in causa quidem, quæ est ante hanc, quæ erat, unde principium motus. hoc enim significat illud **ILLIC OPORTET PRIMVM FIERI MEDIVM, ET CAUSA**, postea ita consequi causatum. hic autem in ipso cuius gratia extremum, uidelicet minor terminus. qui est. c. primum fit, Deinde ita, cuius gratia, quod est medium, sicut in dictis exemplis est. Nam illic quidem primum fuit. Athenienses in sardos cum Eritriensibus irruisse, quod est mediū, postea ita ipsis medorum insecutum est bellum, quod est extremum. hic autem primum post cœnam ambulare, quod est. c. ultimum in demonstratione. Deinde non eminere cibos ad os uentris, aut sanari, quod medium est, ut cuius gratia.

Com. 168.

Contingit autem idem, et gratia alicuius esse, et ex necessitate. ut propter quid progreditur per ipsam laternam lumen: etenim ex necessitate pertransit, quod in parua est partibilis per maiores meatus. Siquidem lumen fit pertranseundo, et gratia alicuius, ne incidamus.

Tex. 21.

Tex. c. 53.

Aliud hoc est de causis theorema. inquit autem, quod contingit de eadem re, secundum aliam, atque aliam demonstrationem, diuersa secundum speciem media accipi, & causas ut hanc quidem ex necessitate, hanc autem, ut cuius gratia. uidelicet hanc quidem materialem, hanc uero finalem, & huius exemplum ponit. ipsum pertransire per laternam lumen, etenim ex necessitate est dicere, ut propterea quod uitrum habet partes magnas, ex quo lampas, aut si contigerit pellis, ignis autem partes paruas. hac de causa pertransit per magnos meatus uitri, aut pellis, ipsius ignis parua pars. & ipsa est ex materia assignatio, illud autem **VT NE INCIDAMVS** hoc est cuius gratia. Nam ne offendamus in aliquid dum ponuntur pedes, huius gratia laternis utimur. in his hoc quidem ex necessitate ex natura sumptum est. hoc autem, ut cuius gratia ex nostro artificio. Nam proprietate uitrorum ad utilitatem nostram usi sumus. Quare corporibus quidem, quatenus talia corpora sunt, per se quidem est, quæ ex materia est, per accidens uero, quod est ex fine. Non enim per se, iccirco pertransit illa exilitas ignis per magnos meatus, ne nos offendamus. Nequaquam enim natura hanc habuit considerationem ipsius transpositionis luminis: sed nos nobismetipsis hoc ministrauimus, quam ad rem uoluimus uti corporum naturali proprietate. Nostro autem discursui per se quidem ipsum cuius gratia est, per accidens uero, quod ex materia est, per se enim a nobis, ne offendamus, laternarum usus exercetur. propterea quod autem accidit talia corpora esse ad hoc nobis ex natura apta, & commoda, iccirco ipsis usi sumus. Quare non secundum idem ex necessitate, & cuius gratia accepta sunt. sed secundum aliud quidem, atque aliud. possibile est autem, & secundum idem utraq; assignare causas. ut si uis secundum naturam, propter quid anteriores dentes acuti sunt? propterea quod ex osse producuntur tenuiori. hoc est ex necessitate, & ut diuidant cibum, hoc est cuius gratia, & in celestibus corporibus propter quid circulo mouentur? propterea quod neque graue, neque leue est ipsis corpus. hoc est ex necessitate, & rursus propterea quod mentem imitantur, hoc est cuius gratia. propter quid gleba deorsum fertur? quoniam graue corpus ipsi est, hoc est ex necessitate, iterumque ut proprium locum tanquam suis perfectiorem apprehendat. hoc est cuius gratia, & plurima profecto aliquis reperiet, naturam,

Com. 169.



tum ex necessitate, tum gratia alicuius facientem. Quomodo autem necessitas materia ipsa nomi nata sit in naturalibus dictum est. Etenim & in natura, & in arte ex necessitate materia opus est. nam ut fiat tale naturale, ueluti oculi, aut dentes, aut aliquid aliud eorum, quæcunq; facere natu ra dicitur, tali opus est, aut tali materia ex necessitate, atq; ut hoc uel illud artificiale, tali, aut tali, omnino enim duplex est natura, hæc, quidem secundum materiã, & necessitatem, hæc autem se/ cundum formam, quæ cum fine sæpenumero eadem est. Hæc quoq; in naturalibus dicta fue/ runt. Etenim oculi forma est uidere, & finis oculi est uidere. Nam propter uidere oculus est, & aurium audire similiter. Nisi aliquis ponat differentiam inter cui, & cuius. sicut hoc etiam in na/ turalibus dictum est. Duplex enim finis est, hic quidem cuius, hic auté cui. Nam propter ipsam uidere oculi sunt, gratia autem salutis animalis, & uisio, & omnis sensus est. Quemadmodum, & in artibus, finis est formæ uniuscuiusq; artificum, usus hominũ cuius gratia omnia illa fiunt. Quoniam igitur materia, & forma tum in naturalibus, tum in artificialibus assignantur, mediũ, quandoq; à natura secundum materiam, quandoq; secundum formam, uidelicet finem. Illud quoq; SI QUIDEM LUMEN FIT PERTRANSEVNDQ idcirco adiũxit, quia dixit causam apparendi ignem per laternam, eo quòd pertranseat exilitas illa ignis per maiores meatus. mini me uero erat propositum nunc diligenter de hoc disserere, siue propter hoc, siue propter aliquid aliud fiat lumen per laternas, ideo ita dixit.

Tex.c.54. Nunquid igitur si esse contingit, & fieri contingit: sicut si tonat, dum extinguitur quidẽ ignis, necesse est stridere, & strepitum fieri, & si (ut pythagorici dicunt) minæ causa, his, qui in tartaro sunt, ut timeant.

com.170 Rerum, aliæ quidem quatenus sunt considerantur, aliæ uero quatenus fiunt, nequaquã ali ter esse, quam in ipso fieri habentes. igitur quod de causis dicitur tum materiali, tum finali sicut contingit de eodem causato utraq; assignari, cum in his, quatenus sunt exercuerit sermonẽ prius exercet nunc & in his, quatenus fiunt. Si igitur contingit inquit esse differentes causas, uidelicet materialem, & finalem, dum de aliquo eodem, quod est assignantur, cõtingit, & de aliquo quod fit, differentes eas, dum fiunt, assignari causas. ut de tonitruis. non enim tanquam perfectum sub sistit tonitruum secundum integritatem aliquã. sed dum breui spatio fit, & simul a fieri, & ab eẽ quiescit ueluti, & dies & nox. & in theatro certamen. & multa alia particularia dum ita fiunt, quorum hoc quidem præterit, contigit autem alterum usq; ad perfectionem, quorum nihil exi stens consideratur, quatenus subsistens. possibile est igitur inquit, & in similibus, has duas cau sas assignare. propter quid tonitrua sunt? Quoniam dum extinguitur ignis in nubibus, stridor, & strepitus fit. hoc est ex necessitate, idem autem est dicere ex materia. Si enim debet tonitruum fieri, necesse est ignem in nebulis esse, & dum hic extinguitur stridere, & strepitũ fieri Rursusq; propter quid tonitrua sunt? ut hi, qui in tartaro sunt dum per hæc ipsis minatur, timeant. hanc autem, inquit, causam tonitruorum pythagorei assignauerunt, huius gratia dicentes tonitrua fieri à prouidentia possibile est autem & ex efficiente, & finali idem assignare. propter quid mun dus sphericus est? propterea quòd solidarum figurarum sphaera pulcherrima est. oportebat aut id, quod à pulcherrimo, & optimo artifice factum est, figurarum habere pulcherrimam, & rur sus propterea quòd figurarum æqui ambitus circulus maioris capacitatis est.

com.171 Plurima autem huiusmodi sunt, & maxime in his, quæ natura subsistunt, & constant. Quoniam complura sunt huiusmodi, cum in his, quæ secundum artem, tum in his, quæ se/ cundum naturam sunt, idcirco ita dixit. Nam licet quidem & in utrisq; generationibus plu/ rima similia reperire, sed maxime, in his, quæ secundum naturam sunt. Exemplum enim later/ narum prius dictum artificiale erat. Cum naturali corporum proprietate discursus usus sit ad propositum suum. Quapropter & alia quidẽ ex necessitate causa, naturalibus illic assignata fuit, alia uero ex fine artificialis. Quoniam autem eorum, quæ natura consistunt, & constant, ut ipse dixit, ambo naturales sunt. Dico autem ea, quæ consistunt, ea, quæ fiunt sicuti tonitruũ, & dies, ea, uero, quæ constant, ea quæ sunt. uidelicet secundum integritatem subsistunt, sed, nõ ita sunt, quatenus semper quidem sint, generationem autem non habeant.

Nam natura quidem gratia huius facit, illa ex necessitate.

Cum

Cum causam assignauerit propter quid ex utrisq; media accipi commoda sint, & ex materia, & forma uidelicet sine ita inquit. Cum enim natura utraq; sint, & materia, & forma, oportet etiã utramq; portionem effectus auferre. ut eorum, quæ fiunt alia quidẽ sint ex causa materiali, alia uero ex causa formali. uidelicet finali.

Necessitas autem duplex est. Nam hæc quidem secundum naturam, & affectionem, hæc autẽ secundum uolentiam, & præter affectionem. sicut lapis ex necessitate fertur sursum, & deorsum, sed non propter eandem necessitatem.

Duplicem, inquit, necessitatem esse. aliam quidem secundum substantiam. aliam uero secundum uolentiam. idem autem est dicere hanc quidem secundum naturam, hanc uero præter naturam, Aliter hic, quam in libris de generatione, & corruptione, & in aliis naturalium, necessitatem diuidens. Et uidetur in illis quidem necessitatem secundum naturam diuidere in eam, quæ est simpliciter, & ex suppositione. hic autem eam, quæ est simpliciter, in eam quæ est secundum substantiã, & secundum uolentiã. Quæ igitur secundum substantiam est, hæc secundum naturam est quæ quædam est, & perfectiua ipsius subiecti, cum secundum naturalem sit rei affectionem, & quasi appetitum, & desiderium, quæ uero præter ipsam est tanquam opposita ipsi est. Et unum sufficiens etiam utrisq; exemplum est. Nam lapis ad contraria fertur, & sursum, & deorsum à contrariis coactus. Contraria enim est uolentia, ei quod est secundum naturam. lapidi enim naturalis affectio quædam est, & desiderium, proprium locum apprehendendi, tanquam naturalem ipsius perfectionem. & necessitas secundum naturam facit in ipso motum, qui pertinet ad illum, quam quidem & materiam dicimus. ad locum autem præter naturam, uolentia, & necessitas præter naturam. Etenim grauissimo lapidi secundum naturam quidem est locus, qui est deorsum, ad quem etiam secundum naturam mouetur, præter naturam autem qui est sursum, ad quem uolentia, & præter naturam ipsi motus fit. Quare duplex est necessitas. Sed quomodo nunc etiam dicitur materia actiua, cum passiuam proprium habeat esse, & nominari? An nõ ut simpliciter materia, actiua est. sed id cuius est materia quatenus huius materia est. habens aliquã formam, secundum quam, & agere dicitur. Nam grauissimum corpus materia quidem ipsi lapidi est, sed non carens forma. graue enim & leue, & siccum, & humidum forma est, non simpliciter materia. formarum enim eæ, quæ sunt principaliores, materia his, quæ sunt post ipsas, & perfectioribus, cum subiecto fiunt. non profecto in subiecto subsistentibus, nisi illæ præsubsisterint. quamquam uero ipsa mundana elementa sine aliis formis accipientes, naturam agentem in ipsis tanquam materiã dicimus. Non ut materiæ actio, sed ut formæ erit. leuæ enim mouens sursum ignem, aut graue deorsum terram. ut forma hoc facit. materia autem quodammodo dicitur. forsasse quia materia uersus locum est, hæc quidem uersus superiorem, hæc autem uersus inferiorem, & quia hunc appetit, ut materia formam, necnon quia dum unumquodq; assequitur proprium locum, finem assequitur, & proprium bonum sumit. Nam cum in illo quidem nõ sit, potentia in illo est. quoniam hoc innatum est. id autem materiæ proprium est, in illo autem cum fuerit propriam perfectionem, & formationem suscipit. Quo circa motum ignis ad superiora, cum ex leuitate assignaueris, ex materia profecto assignauisses. ex loco autem quatenus ex proprio desiderio, ex forma, & fine. Quapropter necessitas quidem uniuscuiusq; ex natura cum ipso consubstantiatur, & nunquam ab ipso recedit, cum & ipsa insita sit, & actus, qui est secundum ipsam. Siquidem materia uniuscuiusq; insita est, ita ut non præter naturam, neq; extrinsecus, neq; uolenter sit. sed quasi secundum affectionem uniuscuiusq;, & ut dicitur uoluntaria, utpote quæ ex substantia sit, & non solum ea, quæ secundum naturam necessitas, sed etiam ea, quæ est extra, habere ipsum cuius gratia. proiiceret enim profecto aliquis lapidem, secundum rationem aliquam, & ut aliquid ipsi iuxta appetitum eueniat.

Com. 172.

Com. 171.

Sed in his, quæ sunt à discursu, alia quidem, nunquam à casu existunt, ut domus, neq; ex necessitate, sed gratia huius.

Tex. c. 55.

Cum hæc sint ordine, ex quibus ea, quæ fiunt fieri dicuntur. Natura, discursus casus. Natura quidem dictum est, quod est gratia huius. Est autem & discursus similiter gratia alicuius faciens, aut enim existentis gratia, aut apparentis boni. Nihil uero à casu gratia huius fit, quoniam &

Com. 173



contrarium est id, quod est gratia alicuius, quemadmodum nomen quoque significat. Casus enim est, quod ultro, & frustra est. frustra autem dicitur esse, aut fieri, quod rationem finis minime ducit. ipsum uero huius gratia est, cuius existentia, aut generatio ad aliquem finem respicit. Quomodo igitur posset idem esse, & quod ad finem respicit, & quod ad finem non respicit? Quamobrem secundum ipsum cuius gratia medium, in his quidem, quæ à natura sunt, & à discursu, quærere est, & assignare, in his autem, quæ sunt, à casu, neque quæremus, neque assignabimus. contingit tamen casus sæpenumero in his, quæ à natura, & à discursu fiunt, ut quandoque naturam habeat principium. quandoque uero discursum. Quæcunque igitur sponte in his, quæ natura fiunt accidunt, spontanea dicuntur simpliciter, ut si lapis ex monte imminente propter naturalem descendens grauitatem ad sedendum aptus fiat. Nam naturalis quidem ratio ipsi est, propter quam descendit, ut in inferiorem locum deueniat. aptitudo uero illa ad sedendum præter intentionem naturæ in ipso facta est. detractis forsitan ipsi quibusdam eminentiis in descendendo. Quæcunque uero ipsius casus ea, quæ à discursu fiunt consequuntur. hæc à fortuna dicuntur. Vt si quis ad lauandum abiens, fortuna debitor fiet, & æs alienum accipiet. ut sit differentia inter casum, & fortunam, quia hæc quidem uniuersalius, ille uero particularius. Nam si aliquid est fortuna, hoc etiam est casus, non tamen & econuerso. Nam in his solis fortuna est, quæ secundum electionem fiunt. Multa tamen eorum, quæ non secundum electionem sunt fieret profecto, & à fortuna, ut sanitas, ipsa enim fit ægrotanti alicui, & ab arte medica, adhibita diæta, & pharmacis conuenientibus, & quæcunque alia à medicis exercentur ad rectam artis suæ effectiorem. fit autem ipsa, & à fortuna, quando præter intentionem secundum electionem facientis consequitur. Vt si quis egrotans usque ad fatietatem sumpserit frigidam, solum propter uoluptatem, & accidat hunc inde à modo liberari. hæc autem contingunt non in omnibus, quæ sunt à discursu, sed in quibuscunque accidit discursum frustrari, ut in contraria sæpenumero ab intentione feratur. Huiusmodi autem sunt coniecturales omnes artes, ueluti medica, Gubernatica, oratoria, & similes non enim ex necessitate neque medicus sanabit, quamuis omnia, quæ ad artem pertinent exercuerit, neque gubernator saluabit, & si nihil prætermiserit. neque orator persuadebit, licet omnia fecerit, quæcunque ars ipsi supponit. Et non iuxta artes, causa rei male gestæ fit, sed iuxta subiectum. Erit igitur & sanitas corporis, & seruatio nauis à fortuna, non tamen domus, neque nauis, neque quicquam aliud tale. Quamuis autem omnes artes communicare de fortuna concederemus. tamen non omnes æqualiter, sed eæ quidem maius, eæ uero minus, & tantum unaqueque, quantum materia secundum ipsam labitur, & instabilis est. sed maxime coniecturales, propterea quod potissimum ipsis instabilia sunt subiecta.

In his autem, quæ à discursu sunt. Alia quidem nunquam à casu existunt.

com. 174

Tribus existentibus his, ut dictum est, secundum quæ, eæ, quæ fiunt fieri dicuntur, aut enim secundum naturam aut secundum discursum, aut secundum aliquem casum eorum, quæ fiunt authores profecto essent natura, & discursus, excipiatur enim nunc diuinum nume, quatenus alia ratione, & non re indiget. Cum mehercule de natura locutus fuisset nunquam in illa protulit casum, fortasse quia nihil uisum est, eorum, quæ natura fiunt, à casu fieri simpliciter, sed secundum rationem quandam diuinæ prouidentia, & naturæ. Nam tamen si casu aliquando uideantur, aut plætæ produci, aut animalia ex putrefactione generari. tamen non simpliciter in hoc loco casus est. sed quia ignota fortasse ratio est generationis. simpliciter autem & cum ratione, & natura facta sint: Creatiuis rationibus iuxta comitantibus semper, & agentibus, & deducetibus in materia conuenientes formas, quando idoneum subiectum sit, non autem huius aptitudine, quemadmodum diuina potentia seruientem, & prouidentia, nihil mutilati, & monstruosi fit, ab uniuersali, prouidentia decidentis, & natura. tanquam uno existente omnium principio, à quo omnia, & quæ sunt, & quæ fiunt dependent. non autem habentis, alterum erroris. Nam quamuis error huius alicuius naturæ sit error, attamen non uniuersaliter naturæ. De discursu uero loquens, & de his, quæ secundum ipsum fiunt, locum casui præbuit, dicens in his, quæ fiunt ab ipso, alia quidem nunquam à casu existere, nunquam enim domus, aut statua, à casu fiet. sed neque ex necessitate aliqua, siue eam, quæ est secundum naturam dicas, siue quæ secundum uolentiam necessitatem. Non enim ex natura, quæ est in lapidibus, aut lignis, ita ut mouentia motum secundum suam naturam domum perficiant, neque uero ex ea, quæ est lapidis, aut æris, ut mota secundum

condum naturam statuae fiant. essent enim profecto ex casu rursus etiam statuae dum fiunt, quatenus naturali corporum motu, praeter intentionem naturae sequitur figura. sed neque medius fidius uel coactus lapis, aut aes in praeter naturam sui ipsius motum, statuae figuram sumet, ut & in hoc loco sit casus, cum praeter intentionem factum sit mouentis. idem autem est, & in domo, sed semper huius gratia, id est secundum intentionem praeparantis talia fiunt, ut secundum discursum semper proposito fine fiant, & nunquam alio modo, aut & oportet subaudire illi, SED GRATIA HUIUS quod facit secundum ipsa, & agit ad ipsa, a discursu enim materia mouetur quae susceptiua est formae secundum domum. idem est & in statua, & in huiusmodi.

Alia uero a fortuna, ut sanitas, et salus.

Sunt autem ea, quae dicit eorum quae a discursu, & a fortuna aliquando fiunt, ut sanitas, & salus, Nam medicus quidem studet sanitati, & Gubernator salutem nauis, & uterque utraque recte efficiunt, secundum modum, & tempus quod conuenit arti. sed possunt haec, & a fortuna fieri. Si autem a fortuna, & a casu. Quaedam enim fortuna, casus est. Etenim aliquis aquam bibens propter solam uoluptatem, sanitatem praeter intentionem bibendi acquireret, & nauis deprehensa sine gubernatore, posset profecto seruari in loco tranquillo, ubi nihil, neque ipsi accidat molestiae neque uero nauigantibus.

Maxime autem in quibuscumque contingit, et sic, et aliter se habere, cum non a fortuna generatio sit.

Hoc quasi regula est, quod in quibusdam eorum, quae a discursu fiunt, locum habere fortunam scire debemus. Nam fortasse quidem, inquit, & in aliis ab his, erit fortunam reperire ingredientem. sed obscure, & breui, quatenus ipsis labitur subiectum: etenim faber, cum fortasse aliud proposuisset, aliud postremo perficit, & coriarius, & figulus. Cum autem materia, aut instrumentum, aut aliquid aliud, ei quod initio propositum sit repugnet. Atque in aliis plerisque obscure quodam modo, & uix fortunam assequentem reperiemus, ut ne plura addentes sermonem augeamus. potissimum autem, & aperte in finibus, secundum coniecturales artes ipsa reperitur. ipsae autem sunt, in quibuscumque contingit, & ex ipsarum intentionem, & praeter intentionem, euentus fieri. Cum enim coniecturales sint, aut recte coniectant ad quod propositum habent, aut etiam errant interdum: Hoc enim est, quod dicit, nam in quibuscumque artibus, aut in quibuscumque subiectis, quando non a fortuna, sed quando ipsi artifices, finem uti ipsis proprium est proponunt contingit tunc, & sic, & aliter. id est & ex sententia, & praeter sententiam exitus euenire, in his potissimum locum habet quod est a fortuna. Aliter enim quam ut intentio medici se habet quatenus medicus est, nihil aliud est, quam contrarium ipsi sanitati, & aliter, quam ut gubernator, quatenus gubernator proponit, nihil aliud est, quam contrarium salutem, & aliter, quam ut orator, quatenus orator est intendere nihil aliud est, quam contrarium ipsi persuadere, quod est imperuasibilitas.

Quare finis bonus alicuius gratia fit, et aut natura, aut arte.

Nonnulla quidem exemplaria ita se habent, nonnulla uero hoc modo QVORVM AVTEM FINIS BONVS EST, quaedam uero alia ita QVARE SI FINIS BONVS EST conueniunt autem omnia in eandem sententiam. Tale autem est id, quod dicitur, quod in his, quae sunt, finis ex necessitate bonus est. uel etiam ut plurimum gratia alicuius ea quae fiunt ad ipsum fiunt. ita ut fortuna, & casus in his, aut neque penitus habeant locum, aut si in aliquo. uix tamen, sed natura fit, aut ars ad finem bonum ducens, quod enim dicebat superius, quod in quibus artibus ambiguus est finis, ut contraria saepenumero eueniat ab artificis proposito, hoc erat illud CONTINGIT, ET SIC, ET ALITER SE HABERE, IN HIS MAXIME, ET A FORTUNA FINIS CONTINGIT FIERI, oppositum illi in hoc loco dicit, quod in quibus non sic, & aliter contingit, sed omnino bonus finis est in his casus non est, sed omnino gratia alicuius facit id, quod facit, omnia ferens in ipsum, hoc autem est, aut natura, aut ars. idem autem est dicere discursus. omnis enim ars, & scientia secundum discursum est. Si quidem igitur secundum primam dictam litteram intelligemus id, quod dicitur, magis defectuosum erit, ita ut iterum indigeat adiectione ut sit ita, QVARE IN QUIBUS FINIS OMNINO BONVS EST, IN HIS GRATIA HUIUS FIVNT EA, QVAE FIVNT AD FINEM, Si autem secundum secundam, & tertiam, mi-

Eustr. in post. anal.

I ii

Com. 175.

Com. 176.

Com. 177.



nori indigebit adiectionē QVORVM ENIM FINIS OMNINO BONVS EST, ET si finis omnino bonus est, gratia huius fiunt, ea quæ ad finem fiunt, possumus autem & secundum interrogacionem dicere, FINIS BONVS ut sit ita, Quare finis bonus gratia huius fit? dicat aliquis, inquit, quia non ambiguus est finis, sed omnino bonus est, gratia ergo huius fiunt ea, quæ ad finem fiunt, siue unum, siue plura sint, potest & ueluti dubitatio dici, quæ ex dictis appareat, cum enim casum in his, quæ ambigua sunt dixerit potissimum locum habere, perspicuum inde est, quod in quibus bonus omnino finis est, ut contrarium non contingat? his gratia huius fiunt ea, quæ ad finem fiunt, & aut natura, aut ars est, quæ ad ipsum ducit, quod autem finis bonus gratia huius dicat rationem non habet, ea enim quæ ad finem spectant gratia huius fiunt, finis autem minime, sed cuius gratia.

A fortuna autem nihil gratia huius fit.

Com. 178 Cum dixerit, quod natura, aut ars sunt, quibus ea, quæ fiunt gratia huius fiunt. Dicit nunc, quod à fortuna non contingit quicquam gratia huius fieri, fortuna enim casus est. nihil autem gratia huius ex casu fit, neque à fortuna ergo. Quomodo uero ex casu nihil gratia huius fiat, dictum est prius.

Tex. c. 56. *Eadem autem est causa his, quæ fiunt, et facta sunt, et futura sunt, quæ et in his, quæ sunt, medium enim causa est.*

Com. 179 Quoniam autem in demonstrationibus ex medio ipsis extremis consequentia fit, prius unde profecto contigerit incipientibus nobis, necessaria terminorum reperitur consequentia. Dico autem qualis utique forme fuerit medium, & causa, aut est quidem alicuius, est autem ubi non. Quæcumque igitur necessaria, sunt mediorum ut necessario ipsis sequantur, & causata in his consequentia necessaria fit undecumque incipientibus nobis, siue à causis, siue à causatis, quale est, quod quid est esse, quod sane & simul est cum ipso causato, ut sint secundum tempus inter se congenita causatum, & causa uidelicet cum his, quæ fiunt id quod fit cum his, quæ facta sunt, quod factum est, & cum his quæ futura sunt, quod futurum est. & his, quæ sunt quod est. Non enim contingit aliquando forma ab eo, cuius est forma separari, secundum subsistentiam, ut quoniam forma lunaceæ defectionis est, quod in medio ipsius facta sit terra, si quidem defectionem, pro ut factam accipias, & in medio factam esse terram, ex necessitate profecto ut factam sumeres. Nō enim mehercule aliter illa facta esset, nisi ipsa in medio fuisset. Si autem quatenus illa fit, & ipsa quatenus fit accipietur. Aliter enim non contingit fieri defectionē nisi & terra in medio fiat, & in ipso fore, & esse consimiliter est. Eodem quoque modo & in crystallo nam si est crystallus, aqua est congelata propter omnimodam calidi defectionem. aqua crystalli absoluta est defectio calidi. Est igitur & hoc cum eo, cuius est forma congenitum. itaque crystallus fit calido omnino deficiente, & factus est, postquam defecit, & erit cum deficiet, est autem, ut dictum est in huiusmodi causis, & necessaria consequentia, undecumque incipientibus nobis, siue à causa, siue à causato. si enim in medio terra est, defectio est, & si defectio est, terra in medio est. nam nunquam contingit alterum sine altero esse. Solum autem differunt, quod hoc quidem ut causa, hoc uero ut causatum, sequitur utrumque utique, ut sit hæc quidem demonstratio simpliciter, hæc autem à signo. Quæcumque autem non simul sunt inter se, & causata, & causæ: sed causæ secundum tempus præcedant causata, quomodo dicemus in huiusmodi? Talia autem complura sunt efficientia, & finalia, Nā profecto, quod & in his alię aliorum causæ sint perspicuum est, factorum facta, & futurorum futura, & futurorum facta, & eorum, quæ fiunt, ea, quæ facta sunt. Non enim contingit est econuerso. Cæterum neque congenita sunt. Nam & si futurorum futura dicimus, tamen si nondum causam factam concederemus. Nihilominus oportet primum fuisse, & post ipsam causatum. Ea uero, quæ adhuc fiunt eorum, que fiunt iam actu esse causas non contingit. Quoniam in huiusmodi, neque undecumque incipientibus nobis, neque uero à prioribus necessaria consequentia est, sed à posterioribus ad priora, sed neque posteriora priorum principia sunt, sed ex contrario. Non enim quoniam necessarium rationibus præbentes, à posterioribus incipimus, iccirco etiam principia priorum sunt posteriora, Sed quoniam in generationibus non semper, sed ut plurimum post causarum existentiam causata fiunt, hac de causa posteriorum consequentia non est necessaria ad ipsa priora,

priora, rursusq; ad posteriora ipsorum priorum cum non extiterint fieri non potest. idcirco ex his in rationibus incipimus necessarium rationibus præbentes. Nam si est domus, parietes sunt. & si parietes fundamenta, & si fundamenta fosse. & si medorum bellum Atheniensibus illatum est, in sardos Athenienses cum Eritriensibus irruere. & si ilium Alexãdri causa euersum est, Helena rapta fuit. sic enim ratio habebit necessitatem. Non tamen si etiam ex contrario dicamus, & in naturalibus quoq; similiter. Si peperit, prægnans fuit, & si prægnans fuit, cū uiro concubuit. non ita autem necessarium est, si & econuerso. Nihil uero differt ad hoc, quamuis definitū tempus poneremus uel indefinitum. ita ut dicamus, quòd quoniam hoc fuit, dico autem prius, uerum ex necessitate est, quòd & posterius fuit. Nam tametsi præfinias tempus, ut unus annus forte præscribatur, aut decem, aut uiginti, aut quomodo uolueris, quamuis etiam simpliciter sumptis, non erit tibi ratio necessaria incipienti à priori. Nam quāquam quatenus iam factū sit posterius supponamus, ut euersum fuisse ilium post raptum Helenæ, aut domum factam esse post fossam, aut fundamentorum constitutionem. tamen secundum interiacens tempus, omnia interea, hoc quidem prius erat, illud uero posterius nondum fuit, falsum enim esse dicere fuisse id, quòd posterius est. ¶ Sed dicit fortasse quispiam, quòd quamuis ut iam factum nō esset uerum dicere futurum posterius priori facto, tamen ut futurum, uerum esset dicere interiacens tempus omne, sed neq; hoc est, ut cum fuerit sophroniscus, uerū sit dicere, quòd erit Socrates, & hoc manifestum est, qd fuit posterius. ¶ Cæterum neq; hoc uerum est, oportet enim esse medium, et causa congenita cum eo cuius est causa. uidelicet secundum eandem speciem temporis accepta, ut sit existentis quidem causa existens, futuri autem futura. facti uero facta. necnō eius quæ fit, ea quæ fit, ut similiter se habeant secundum potentiam, & actum. Si autem iam factam supposueris causam, fore autem dicas ipsum cuius est causa, ut causam iam dicis id quòd nondum est causa, sed hoc falsum est. Dicere autem congenitum esse, & factum, & futurum aperte est mendaciter loq; cum tanquā impossibile sit hæc esse congenita. Quemadmodum autem duas lineas ordine quidem mutuo, & inter se tangentes esse contingit, continuas autem nequaquam sic neq; motiones neq; generationes, neq; ea, quæ mouentur, neq; quæ facta sunt. sed sicut inter duas lineas ordine existentes, aut tangentes, punctum esse necessarium est, aut puncta diuidentia ipsas ab inuicē, sic in motionibus impartibiles motus fines sunt. & in generationibus, ut ita dicam, progenies ipsæ. Quare post factum, si alterum factum, aut & quòd fiat supponamus, non erit horum generatio continua, propterea quòd duæ sint, & non una, eæ autem duæ sine diuiduntur, impossibile est, autem eadem diuisa, esse & continua secundum idem. Amplius id quidem quòd fit in productione consideratur, quòd uero factum est in perfectione, & sine, aut potius eius, quòd fit, finis quòd factum est, ut factum esse ipsius fieri. Quemadmodum igitur puncta cum sint fines linearum non sunt inter se contigua. sic motus fines existentes motionis, non sunt inter se contigui. consimiliter neq; ea, quæ facta sunt cum sint fines generationis, & ueluti linea, & punctus, non sunt inter se contigua, neq; motio, & motus, propterea quòd eæ quidem diuisibiles, hi uero indiuisibiles. sic neq; quòd factum est, & quòd fit, eadem de causa. Nam sicuti linea proportionem habet ad punctum, ita motio ad motum. & quòd fit, ad quòd factū est, uelut enim infinita puncta in linea sunt, nec aliter infiniti motus in motione. & in eo, quòd fit, facta. ¶ Cur igitur facientes generationes priorum, & posteriorum, continuæ apparent, ut cum Sophronisci generatione, & ea, quæ est Socratis uideatur continua, & cum generatione fundamentorum ea, quæ est parietū? & in reliquis, præsertim cū nō necessario sit generatio prioris, causa posterioris? ¶ An quoniam in tempore generatio est, tempus autem continuum est, ex hoc & generationibus, imaginatio continuitatis præbetur.

Dubita,

Rñsio,

Dubita,

Rñsio.

Eadem autem causa est his, quæ fiunt, & quæ facta sunt, & quæ futura sunt, quæ est & in his, quæ sunt, medium enim causa est, sed in his quidem, quæ sunt, quæ est, in his autem quæ fiunt, quæ fit, in factis autem facta, & in futuris futura, ut propter quid facta est defectio? propterea quòd in medio facta est terra, fit autem, propterea quòd fit, erit uero, propterea quòd erit in medio, atq; est, propterea quòd est. ¶ Ut propter quid est crystallus? accipiatur, quoniam aqua congelata est, aqua in quo, c. congelata in quo, a. causa media in quo, b. defectio penitus caloris, inest igitur ipsi, c. b. huic autem congelatam esse, quòd est in quo, a. fit itaq; crystallus, cū fiat, b. factus

Eustr. in post. anal.

I iii



est, cum factus sit, erit vero, cum futurus sit.

Com. 180

Præterea, & nunc, causarum inuicem differentiam, tradere proponit. Tum quam secundum tempus habent, quatenus ad causa, aut simul cum ipsis existunt, aut non. Tum etiam alteram que in ipsis consideratur secundum consequentiam, quatenus aut consequuntur inter se causata, & causæ, aut non, & ponit ipsas simul, quoniam una alterius, quasi quædam causa constituitur. prius tamen ordinat causam, quæ cum ipso causato secundum tempus concurrere innata est. Hæc autem est quod quid est esse, & forma. Quapropter & ex initio ipsum principium aliorum ordinatum est, & de ipso in hoc loco copiosior sermo est. Amplius autem in proposito theoremate, sermo, qui habetur de hoc brevis est, & manifestus, qui uero de aliis, uariis, & in plus extenditur. ut cum de hac ratione sermonem breuibus perfecit, tunc de aliis dicat, inquit igitur, quod cum fuerint eadem secundum speciem, idem & illud est; tempore autem similiter ipsis inhærens diuersum. Obscuritatem uero fecit in sermone minime diuidens quale secundum speciem medium accipiat, quod dicit idem esse cum differentibus tempore. At manifestum ex sequentibus fit, quod de eo, quod tempore concurrat cum his, quorum est medium sermo suus primum est, ad quod & distinctionem faciens deinceps, in his, quæ non simul sunt inquit esse, & reliqua. ut manifestum fit quod de causis, quæ simul sunt cum causatis, & secundum tempus cum ipsis concurrunt, primum docet. Inquit igitur quod quando in demonstratione alicuius propositi problematis quod quid est esse medium assignemus, quatenus præsens problema accipimus, hoc commutabitur secundum speciem, temporis ipsi problemati prætereuntis. Sed idem rursus est, & medium secundum speciem, sicut problema. & solum medium secundum tempus similiter problemati commutabitur. ita ut sit, ueluti his quæ sunt, quod est, sic etiam his, quæ fiunt, quod fit, & factis, quod factum est, & futuris, futurum. Aut si uis hoc modo, quod quidem secundum speciem idem sit medium his, quæ tempore mutantur, sit confessum. Tradatur autem ratio, quod & medium simul commutetur secundum tempus cum his, quorum est medium, ut non sit eorum quæ fiunt quod factum est, aut ex contrario, uel futurorum id, quod fit, aut ex contrario, sed existant inter se congenita, & contemporanea, Ratio autem est, quod nunquam talis forma ab eo, cuius est forma separatur, cum coniuncta sit semper, & quasi pars, & elementum ipsius, hinc & ipsis consequentia fit, & ratio quidem, sic uniuersalis est, regula quædam existens, quomodo inuicem se habeat, in huiusmodi mediis, & medium, & id, cuius est medium secundum tempus, ponit autem de hoc etiam manifesta exempla, quæ propterea quod perspicua sunt derelicta fuerunt,

Sic quidem igitur causa, & cuius causa simul fiunt, cum fiant, & sunt, cum sint, & in factum esse, & fore similiter.

Com. 181.

Concludit ea, quæ dicta fuerunt, & inquit, quod hoc igitur modo causa, quatenus formalis est, simul cum causato, aut fit, aut est, aut fuit, aut erit cum nequaquam ab ipso commutatur.

Tex. 13.

In his autem, quæ non sunt simul, nunquid sint in continuo tempore? sicut videtur nobis alias

Tex. c. 58.

aliorum causas esse, ut ipsius factum esse, altera, quæ facta est, & ipsius fore altera futura, & ipsius fieri si aliqua antea facta est.

Com. 182.

Eas quidem, quæ cum causatis secundum tempus concurrunt enumerat, & inquit, quid autem in his, quæ non concurrunt, sed secundum tempus præaccipiuntur dicit aliquis? quod quidem in efficientibus reperitur, & materialibus. ut ante Socratem Sophroniscus, & ante domum lapides, & ligna, nunquid continuo existente tempore est in hoc esse alias aliorum causas. dico autem ipsius factum esse alteram causam esse, quæ facta est, ut factum Sophroniscum causam esse Socratis, & factum, in Sardos Athenienses cum Eritriensibus irruisse, ipsius quod factum sit Atheniensibus medorum bellum: & facta ligna, & lapides ipsius factam esse domum. Accipiuntur autem hæc utraq; & causam dico, & causatum, in præterito, ut quod facta sint utraq;, & in Sardos Athenienses irruisse, & contra ipsos medorum bellum, sed alterum alterius causam dicimus, quod prius factum est, causam posterioris. Similiter & Sophroniscum, & Socratem utrosq; factos dicimus, sed illum huius causam, & in futuro quoq; utrosq; est accipere, sed oportet præaccipere alterum, ut oportebat Sophroniscum fore, ut Socrates esset, & raptum Helenæ, ut Ilii euerfo Simi-

liter

POSTERIORVM RESOLVTIVORVM.

liter sub aliquo iam facto, alterum, quod fiat, ut facto raptu Helena, Ilium obsideri. Euerfionis enim generatio est obsidio, ad ipsum extremum ferens. aut facto Phidia, statuas fieri mineruæ ab ipso. Dixit aut vt NOBIS VIDETVR, ita enim confitet, quod non solæ sunt simul existentes causæ. sed etiam sunt causæ causatis præexistentes secundum tempus. Protulit uero sermonem secundum interrogationem, tanquam habentem aliquid quæstione dignum. Nam tempus quidem continuum est, generationes autem talium causarum, & causatorum non continuæ esse uiderentur profecto, Si quidem non una, & eadem generatio est causæ, & causati. Quomodo igitur huius generatio, causa est generationis istius? si quidem non inter se contigua sunt, & quod facit, & quod fit, quod autem non contigua sint procedens dicet.

Est autem ab eo, quod posterius factum est, syllogismus.

Tex. c. 59.

In quibus causæ priores secundum tempus causatis sunt in his necessaria syllogismi consequentia non potest esse à prioribus, sed à posterioribus factis. Vt si euerfio troiæ, Helena rapta fuit ut si domus extitit, parietes quoque, & si parietes, fossa, non tamen ex contrario.

Com. 183.

Principium autem eorum horum est, quæ facta sunt.

Quæquæ syllogismo necessitate ex posterioribus in priora acceptio præbet. At certe & in hoc loco primæ sunt causæ secundum res. Quemadmodum & in ipsis quid est esse, causæ erant causatis natura priores, & si tempore concurrebant, facta enim appellat ea, quæ antea fuerunt.

Com. 184

Quapropter eorum in his, quæ fiunt similiter.

Quoniam tanquam in factis utrisque sermonem exercuit. inquit, quod propterea quod ita se habeat in his, quæ facta sunt, consimiliter se habet, & in his, quæ fiunt. Ea enim quæ facta fuerunt propterea quod præterierunt. manifesta sunt. quod habent consequentiam, & quod causæ quæ sunt priores. Syllogismo autem necessarium in huiusmodi à posterioribus in priora acceptio præbet. igitur quia in apertioribus ita se habet, iccirco consimiliter & in his, quæ nondum ita sunt manifestissima.

Com. 185.

A priori autem non est. ut quoniam hoc factum est, quod hoc posterius factum sit.

Non est, inquit, & à priori incipientes necessariam facere consequentiam. ut aliquis dicat quod factum est, & hoc posterius ex necessitate, quoniam hoc fuit. facit autem argumentum ex maiori apparente. dico autem ex facto. Si enim ambo facta sunt, & prius, & posterius. non poterit aliquis dicere quod non factum est posterius. Quomodo igitur non est uerum dicere, quod quoniam prius factum est, ex necessitate factum est, & posterius? Quia necessarium non secundum tempus, sed secundum naturam est rei. Si igitur secundum naturam sit talibus causa, ut ipsis ex necessitate ea, quæ sunt post ipsa sequantur, in omni profecto hoc esset tempore. Nunc autem non est, non ergo secundum naturam ipsis est. Quare & quando uideatur, propterea quod iam facta sint posteriora, neque tunc est. sed secundum tempus uentus imaginationem quandam consequentiam, & posteriorum præbet ad priora.

Com. 186.

Et in futuro similiter.

Quemadmodum in his, quæ facta sunt, & fiunt, à posterioribus, & non à prioribus consequentia est. nec secus se habebit, & in futuris. Si enim in tam factis causatis, non uerum erat, accipiens à prioribus consequentiam, & si fortasse uideatur propter illorum euentum. multo minus profecto oportet uideri hoc in his, quæ nondum euenerunt.

Com. 187

Neque enim in infinito, aut finito erit tempus. ut in hoc uerum sit dicere factum esse, hoc autem uerum est dicere factum esse posterius. in medio enim falsum erit dicere hoc, iam altero facto.

Cum prius simpliciter locutus fuisset, & præterquam quicquam de tempore diuisisset, siue finitum istud sumptum sit, siue infinitum. atque in generationibus secundum tria tempora docuisset, non possibilem esse à prioribus consequentiam ad posteriora, quando non simul sunt causæ. Nunc quoque hoc facit, & diuidit tempus, in quo generationes sunt, in terminatum, & indeter

Com. 188.



minatum. & inquit, quòd quamuis hoc, uel illo modo tempus accipias nò erit fieri ex prioribus consequentiam. Rursusq; in eo, quod factum est primum hoc dicit, quod & prius est. siue enim inquit infinitum, siue finitum posueris tempus, idem tibi apparebit. Reliquum uero textus ita est. Nam siue indeterminatum acceperis tempus. siue terminatum non erit tibi hoc. ut quoniã hoc uidelicet causam uerum erat dicere factum esse, sit quoq; hoc uerum dicere factum esse, & causatum, & quod posterius est, ut quoniam et Sophroniscus, & socrates facti iam erant secundũ hoc tempus, & manifestum est, quod priori facto, & posterior factus est. Non enim bene se habet dicere, quòd si Sophroniscus factus est, & Socrates factus est. Nam si uerum esset hoc simpliciter oporteret & tempus medium generationis Sophronisci, & Socratis uerum esse. ut facto sophronisco uerum sit dicere, factum esse etiam Socratem. uerum hoc non est dicere. antequam factus sit Socrates, factum esse Socratem. Quare neq; quando euenit generatio Socratis p se uerũ est, sed per accidens, quoniam accidit; neq; simpliciter ergo necessarium est in huiusmodi, si prius factum est, & posterius factum esse, quamuis factum sit, Sed per suppositionem.

Tex. c. 60. Eadem autem ratio est, et in futuro.

Com. 189 Quemadmodum, inquit, in causato iam facto, haud bene se habet à prioribus fieri consequentiam in huiusmodi, sic & si ut nondum factum ipsum, sed ut futurum, & magis in hoc.

Neq; quoniam hoc factum est, hoc erit. medium enim congenitum oportet esse, eorum quæ facta sunt, quod factum est, eorum uero quæ futura sunt, quod futurum est eorum, quæ fiunt, quod fit, eorum, quæ sunt, quod est sed factum et futurum non contingit esse congenitum.

Com. 190 Probat per hoc, id quod dictum est. dico autem quod in futuro causato, facta autem iam causa, non contingat à priori incipere. Non enim quoniam hoc factum est, uidelicet causa, rationale est dicere, quod erit etiam hoc, idest causatum. Nam causam propriam oportet esse congenitam cum eo, cuius est causa, idest eodem tempore secundum generationem. Causa enim & causatum sunt ad aliquid, ea uero, quæ sunt ad aliquid sunt simul natura. Quare eorum, quæ facta sunt, causa est ea, quæ facta est. & futurorum futura. & in reliquis similiter. ipsius autem facti temporis præteriti existentis, & ipsius erit futuri, Quomodo erit aliquid in eodem secundum utraq; hæc congenitum? Congenitum enim aliquid alicui est, quod idem cũ illo est secundum tempus generationis: factum autem & futurum impossibile est secundũ tempus esse idem, siquidem nec præteritum, & futurum, idem esse contingit secundum numerum, aut secundum speciem. Sed quomodo congenitas dicit cum his, quorum sunt causæ? nã ante domum lapides, & ligna sunt, & ante statuam æs, ignisq; & terra, & quæ interea sunt, priora his sunt, quæ ex ipsis fiunt. & in afficientibus consimiliter, Ante enim Socratem Sophroniscus est, & ante domum domificator. An nec quatenus causæ, ante causata, causæ sunt, sed potius quatenus entia quædam. Quatenus autem causæ simul sunt, causa enim causati causa est. Nondum igitur causato existente, neq; causa, causa est, & si fortasse ens quoddam. Ut homo, aut æs, aut lapides, & ligna, nisi potentia, actu autem minime, si non & causatum sit, & si igitur fiat causa, & causatum sit, & si facta sit, factum est. & si futura sit, erit & si sit, est quare congenita sunt. Nunquid autem & ut impossibile hoc dicit sequens dicentem suppositionem, & ex priori facto, uidelicet. causa consequentiam fieri? Dico autem quod congenitæ sint causæ cum causatis, ut sit hoc modo id, quod dicitur. Si enim concederemus & à prioribus incipientibus consimiliter, quæadmodum & à posterioribus necessariam consequentiam fieri, congenita esse media, & causæ cũ his, quorum sunt media, & causæ ita ut nullæ causarũ sint, & nulla causata, quæ nò simul sint. Sed hoc est impossibile. multæ enim causarum multo medio præaccipiunt, & secundum generationem, & secundum existentiam eorũ, quorũ sunt causæ. Huiusmodi autem sunt materiales, & efficientes. multo enim ante statuam, æs fuit, & ligna ante nauem, quin & statuarius, & Naupagus Similiter elementa, ex quibus animal est, ante animal, & creans pater. Non ergo congenitæ sunt huiusmodi causæ cum his, quorum sunt causæ. Hoc autem perspicuum maxime fit, in quibus iam causis factis causata futura sunt adhuc, & nondum fuerunt. Si enim congenitas causatis inesse causas concederemus, aliquæ essent congenitæ & secundum fuisse, & fore. quod impossibile est. Non ergo congenitæ omnes causæ cum causatis erunt. Quod autem dicentibus sequatur

& ex prioribus similiter semper consequentiam fieri, secundum tempus differentias, ex hoc conspicuum est. Si enim ex necessitate semper ipsam causam causatum sequitur, contemporaneę se habent inter se hæc, & secundum generationem, & existentiam, ut dum quidē fiunt causæ, & causata fiunt, factisq; facta sint. & futuris, futura sint, & existentibus, existant, itaq; erunt inter se congenerita. Quæ quidem re uera sunt præeuidentiæ: Cum multæ perspiciantur causæ tum materiales, tum efficientes, quæ causatorum ex necessitate præeulerunt generationem & existentiam. non ergo oportet dicere, ut in huiusmodi est, & in prioribus consequentia.

Amplius neq; infinitum contingit esse tempus medium, neq; finitum, falsum enim erit dicere in medio. Tex. c. 63.

Sicuti prius in facto causato de tempore dixit, ita & nunc de futuro dicit, Siue enim inquit in finitum ponemus medium tempus, quamdiu futurum futurum est, siue etiam finitum, decē fortasse, aut uiginti annos, aut quolibet, falsum erit dicere, quod sequatur ex necessitate factā causam, quod nondum factum est causatum. neq; enim necessaria, sed magna ex parte talium est consequentia, & medium tempus, quamdiu posterius nondum factum est, non habens ipsum posterius, falsam habebit huius consequentiam ad prius. Ex quo enim rapta fuit Helena, annos ipsos, qui inter raptum, & destructionem troiæ fuerunt, falsum erat dicere, fore ipsam. & in aliis similibus, quæ magna ex parte sunt, De quibus ipse quoq; dicit. Nam in necessariis tamen in medio falsum est propterea quod nondum euenit posterius, tamen propterea quod necessario eueniat, Quando sane eueniat, conuertuntur ihuicem priora & posteriora. Si enim in Ariete fuit sol, & in tauro erit ex necessitate, & si in tauro fuit, manifestum est, quod in ariete prius.

Speculandum est autem, quid est continuum. Quare post id, quod factū est insit fieri in rebus. Tex. 14.

Propositum quæsitum, disceptationibus de motu magis est proprium. Vbi & perfectius ab ipso de hoc traditur speculatio, hic autem paulum à proposita digrediens intētionē, & de hoc sermonem facit. idq; propterea quod cum causarum, & causatorū tradidisset consequentiam, temporis differentiam consideratam in ipsis intulit, ut eo uerbo utar, in ipsis ea, quæ sunt, & facta, & quæ fiunt, & futura sunt, & posteriorum generationem succedentem ei, quæ est priorum. Inquit igitur cum post talium causarum generationem causata uideamus fieri, prius continuæ sunt generationes priorum, & posteriorum, ut habeant terminum quandam communem, secundum quem inter se concidant, & quis iste continuans est terminus, id est qui continuas inter se generationes esse facit, sua ipsius medietate, & communitate? Vt & misit in factis rebus post ipsum factum esse, rursusq; fieri, nulla interea intercedente separatione.

An manifestum est, quod non est continuum cum facto esse id, quod fit, neq; enim factum est facti, fines enim sunt, & indiuidua. Tex. c. 62.

Vehementissime ad quæstionem respondet. Non oportet dicens omnino quærere quid continuans generationes sit priorum, & posteriorum. neq; n. sunt continuæ. & quomodo profecto aliquid esset continuans ipsas? perspicuum enim inquit est, quod non est continuum cum facto eē id quod fit. Atq; hoc à maiori probat. Si enim oportebat inquit cōtigua esse inter se, magis oportebat contigua esse ea, quæ facta sunt, quatenus proxima sunt inter se. nunc autē neq; hæc. Multo ergo minus quod factum est, & quod fit. Ostendit igitur hoc quomodo non sint cōtinua ea, quæ facta sunt. fines enim inquit sunt, & indiuidua, hæc autem non sunt continua. ut ne, & finium, fiant fines. idq; in infinitum.

Sicut igit nec puncta sunt inter se continua, neq; quæ facta sunt, utraq; enī indiuisibilia sunt. Com. 193.

A simili argumentum est. Nam quemadmodum, inquit, puncta non continua sunt inter se, sic neq; ea, quæ facta sunt, qđ autē puncta nō sint continua inter se, perspicuum est ex eo quod impartibilia sunt. continua enim sunt, quorum finis unus est. Si igitur continua erunt inter se puncta, oportet ipsa habere etiam fines, Sed non habent, non ergo continua sunt. idem est, & in his, quæ facta sunt. Nam sicuti punctum est finis lineæ, sic factum est finis generationis, finis autem quatenus finis impartibilis est. impartibilia ergo & pūcta sunt, & facta, quare neq; inter se cōtinua sunt.



Neq; igitur quod fit cum eo, quod factum est, propter idem.

Com. 195. Cum ostendisset quomodo inter se non sunt continua ea, quæ facta sunt. hoc rursus utens monstrat quomodo neq; quod fit cum eo, quod factum est, quod propositum fuerat. Eadē autē inquit causa est, quod neq; hæc continua sint. Nam quia id, quod factū est impartibile est, causa est, ut & illic duo facta inter se non sint continua, atq; hic quod factū, & id, quod fit nō cōtinua sint.

Quod enim fit diuisibile est, quod autem factum est indiuisibile.

Com. 196 Nam id, quod fit in productione, & interuallo consideratur, & suscipit diuisionē, quod uero factum est cum sit finis diuisionis nec interuallum habet, nec diuisionem, suscipit, sed impartibilē est omnino, & terminus non ipsum quod terminatur, eorum autem quæ terminantur omnia sunt continua.

Sicut igitur linea ad punctum se habet, sic id quod fit ad factum. sunt enim infinita facta in eo, quod fit.

Com. 197 Amplius hoc quoq; probatium est, quod inter se minime, sint continua & factum, & quod fit, ex proportione ad punctum, & lineam. Quam enim rationem habet linea ad punctum, eandem, & quod fit, ad quod factum est. & quemadmodum in linea infinita puncta aliquis sumere posset. Propterea quod in infinitum diuisibile existat continuum, sitq; punctum accipere secundum unamquamq; diuisionem, ita & infinita sunt facta in eo, quod fit, sicuti igitur cū linea punctum esse continuum non contingit, sic neq; factum cum eo, quod fit.

Magis autem manifeste in vniuersalibus de motu oportet differere de his.

Com. 198. Hic quidem, inquit, hæc obscure dicta fuerunt. & de sola specialiter generatione. in postremis autem quatuor libris physici auditis, uniuersaliter de motu dicentes, aperte & de his dicemus, puram & conspicuam de his, speculationem tradentes, quatenus & de his doctrinā præstabilius omnino illic facimus, propterea quod nunc latenter, & obscure de his sermo à nobis traditus est, eo quod neq; propositæ intentioni sit propriū. Aut igitur ita oportet intelligere illud SPECVLANDVM EST AVTEM QUID EST CONTINVM. & reliqua ut diximus. Aut quoniam dixit, quod non ex necessitate in huiusmodi sequuntur prioribus posteriora, dubitat ad hanc rationem. Quod si ita se habet, quænam reliqua est causa? quod generatio sit indistincta, & semper post id, quod primum fit, aliud fiat post ipsum, & postea ita, & nihil intermittatur, cum nulla sit necessitas, ut sequantur præacceptis ea, quæ sunt post ipsa. Et ad hoc cum nihil in ratione solutionis intulisset, addit reliqua, ex quibus magis est dicere non continuum esse generationem, propterea quod finis prioris, nec cum principio coincidat posterioris, nec cum ulla ipsius particula, prius igitur fieri quædam, & post ipsa altera, non est continuum, ob ea, quæ dicta fuerunt. Vide retur autem profecto continuum esse generationem, & connexam, propterea quod in tempore ipsa fiat, & sub reuolutione totius. Quæ quidem ambo continua existentia, imaginationem, & apparentiam, ut dictum est, continuitatis in generatione præbent. Atqui illis quidem intercisio nequaquam est, ideoq; & connexa, & continua sunt. intermisiones autem mediæ inter ea, quæ prius fiunt, & posterius, euidenter sunt. Quapropter neq; ipsorum generatio continua est.

Tex. c. 63. *De eo igitur quomodo, consequenter cū fiat generatio, se habeat media causa, tantū acceptū sit.*

Com. 199. Tantum igitur ex dictis, continuum quidem, non profecto ullus diceret generationem. Consequenter autem certe, propterea quod nihil consideretur medium inter causam, & causatum, cum & in his necessitas immediatæ inter se uniat medium, & primum extremorum, & uideamus hoc in literis, quomodo fiat prius. Deinde & in rebus exercebimus. Quomodo & à posterioribus incipientibus necessaria consequentia fit, in his, quæ magna ex parte sunt, & in quibus prius, & posterius est. & quia necesse est, in his quoq; immediata reperiri, ex quibus faciemus demonstrationem, sit sane id. causatum extremū, & hoc prius sit. c. causa existens ipsius propinqua, & hoc rursus prius. a. Si igitur. c. factum supposuerimus, necesse est. a. ante hoc factum fuisse, & si. d. factum est, necesse est. c. prius. Quare si. d. factum est, necesse est. a. prius factum fuisse. id quod

dem est propositum eorum, quæ dicta fuerunt. Videamus autem & particulariter literam, DE EO, IGITUR, QUOMODO CONSEQUENTER CVM FIAT GENERATIO, ea, quæ proxime dicta fuerunt restituit, & inquit, quod de generatione quidem diffusior sermo, & accuratior, in ultimis quatuor physicae auscultationis libris traditur. Ad præsens negotium tantum acceptum sit, quantum sufficiat ad ostendendum, quomodo se habeat medium, id est causa & conclusionis, & rei, in huiusmodi, in quibus generatio consequenter est. hoc est in habentibus prius, & posterius, causis, & causatis. Non enim de generatione nunc, sed de demonstratione propositum erat, quomodo habeat necessarium, procedente generatione secundum ordinem prioris, & posterioris. Quæ & deinceps dicuntur. Quando nullum sit ipsorum congenitum mediū.

Necesse est enim in his, medium, et primum, immediata esse.

Quod dicit, tale est. Quod in his, quæ simul sunt, propterea quod coeant inter se causatū, & causa, manifestum est, quod immediata sunt, ea quæ in demonstratione accipiuntur. Nunquid autem in his, quæ non sunt simul aliter se habeat? & non contingat immediate proximos terminos reperire? fortasse enim eo quod in tempore generatio fit, & tempus sit continuum, Arbitraretur profecto aliquis, quod non contingat immediata in huiusmodi reperire, continuis existentibus, tum tempore, tum generatione, & in infinitum diuisibilibus. ut infinita nunc, liceat accipere in quolibet temporali interuallo, & inter duo nunc, interuallum aliquod temporale, quia non continua sunt ipsa nunc. Rursusque infinita facta in qualibet generatione, & inter duo facta generationem. Atque hinc ex necessitate infinita esse media, & non contingere, ut aliquod immediatum in his talibus accipiatur. Et ideo non esse demonstrationem, in causis, quæ non sunt simul, & causatis. sed in his solis ipsam fieri, in quibus medium quod quid est esse accipiatur, ut quoniam continuum est tempus, in quo mulier cum viro concubuit, cum tempore in quo prægnans fuit, & generatio illa, cum generatione ipsa. Non erunt immediata hæc inter se, sed semper est aliquod medium accipere, eo quia in infinitum diuisibile sit continuum, ut dictum est, & semper possimus aliquid accipere inter duo nunc, & inter duo facta. Si hæc ita se habent, frustra ab ipso de tribus causis sermo, in medium delatus est, & harum unaquæque contingat media accipi, & demonstrationem fieri, mediante in ipsa sicut ipso quod quid est, ita & reliquarum unaquæque causarum. Si enim non est immediatam propositionem in his accipere, quomodo erit demonstratio? Si quidem ex primis, & immediatis demonstratio constitui innata est. immediata autem est, qua non est altera prior. Quomodo uero erit prior propositio, inter terminos cuius sit aliquod medium accipere? Has ob res primum quidem generationem non esse continuam monstrauit, hæc enim causa uidebatur, eo quod semper aliquod medium accipiatur. Nunc autem iterum in eadem ostendit. & in huiusmodi immediatas propositiones accipi. inquit igitur quod necesse est & in huiusmodi, id est in quibus prius, & posterius est, medium, & primum immediata esse. medium dicens, quod ipsi sit propinqua causa, ut ab extremo incipientibus sequatur medium, & huic rursus ipsum primum. Quando sermonem in tribus causis exercemus, quamuis in pluribus quoque consimiliter, ex posterioribus incipientibus semper priora sequantur.

Vt. a. factum est, quoniam. c. factum est, posterius autem. c. factum est, a. uero prius.

Cum dixisset, quod & in his immediatæ propositiones ex necessitate sunt, quatenus nihil aliud est inter medium, & primum, sed ipsum primum ex necessitate consequitur medio: si à mediis aliquis incipiat, in literis sermonem exercet. a. factum esse dicens, quoniam. c. factum est. Nam. c. quidem ipso. a. posterius est, quia & causatum est, a. uero ipso. c. prius etenim causa est. sed in ratione prius esse. c. ponitur, ut ex necessitate. a. sequatur.

Principium autem. c. est, propterea quod propius est ipsi nunc esse, quod est principium temporis.

Quæquam à causa est, & ideo natura prius sit ipso. c. & c. causatum, & ob id natura posterius ipso. a. tamen in propositionis assumptione, principium. c. accipitur, ut prioris existentia ex necessitate sequatur, & quod si aliquis acceperit causam, ipsi esse deficiet. hoc magis ipsi causa, eo quod præordinetur, fit hoc autem est, quia propinqua est ipsi nunc, quod est principium futuri temporis. uidelicet eius, quod fit post generationem ipsius. c. Etenim. c. cum propius sit ipsi nunc.



iccirco ante. a. accipitur, cum magis distet ab ipso nunc.

C. autem factum est, si. d. factum est, cum igitur. d. fit, necesse est, & a. factum esse, causa autem est. c. d. enim factu, necesse est. c. factum esse. c. autem factu, necesse est. a. prius fuisse factum.

Com. 203 Sicut autem posterius existens. a. prius acceptum est ipso, ut. a. ipsi consequatur, sic rursus. d. accepto, consequitur. c. ita enim erit necessarium, & in hoc loco, posito. d. consequi. c. ut iam concludatur & conclusio. d. factu. a. factum esse. Et est omnis syllogismus hoc modo. d. factu. c. factu est. c. factu, a. factum est, factu ergo. d. a. factum est. Causa autem deductionis huius conclusionis est. c. per medium enim hoc. a. ipsi. d. consequitur.

Sic autem accipienti medium stabit alicubi in immediatu. aut semp intercidet propter infinitu.

Com. 204 Nos quidem, inquit, ita accepimus, quatenus immediate sequuntur priora posterioribus, & quaquam non immediate isti quamprimum termini sint, tamen ita alicui accipienti mediū, & interponenti semper id, quod reperitur, stabit alicubi sumptio in immediatum, adeo ut non reperiatur alterum, quod interponetur.

Vel semper intercidet propter infinitum. non enim est continuum factam cum factu, quemadmodum dictum est.

Com. 205 Hec est correctio dicti, certitudinem tradens propositi theorematis. Quomodo contingat medii sumptionem stare, & quomodo non contingat. Cum enim dixisset quod stabit alicubi in immediatum, inquit, nunc emendans, aut non stabit simpliciter. sed secundum aliquid quidem, secundum aliquid uero non. Nam secundum tempus quidem semper intercidet aliquod mediū, & nunquam stabit in immediatum. Quoniam enim continuum est tempus, & non sunt duo nunc ordine inter se continua, sed semper inter duo nunc est accipere interuallum. Est aut istud continuum & in infinitum diuisibile. propter infinitum hoc, erit semper aliquid intercідens inter ea, quæ aliquis sumat. Res autem cum non ita se habeant, sed distincta sint ab inuicem causata, & causæ. necesse est secundum has stare sumptionem, & immediatam quandam inuenire causam, & causatum.

Sed incipere tamen necesse est a medio, & ab ipso nunc primo.

Com. 206 Id est quamuis propter infinitatem diuisionis continui semper aliquid intercідat. tamen causarum, & causarum natura, cogit, & secundum tempus principium quoddam ponere. & maiorem propositionem accipientes immediatam existentem secundum res, non a maiori termino incipere, ut ipsi medium consequatur, non enim necessaria hoc modo est consequentia, sed a medio, huic enim necessario consequetur primum. accepto autem posteriori primo, quoniam in tempore est id, quod accipitur, & tempus cum ipso unà accipietur. ita ut sit ipsum nunc, quod præ accipiat præteritum. Vt si fundamenta fiunt, necesse est prius fossam factam esse. Ecce prima accepta res quidem, fundamentum est. tempus autem ipsum nunc fieri, quod simul significatur cū eo uerbo, quod accipitur. Sūt autē horū priora, & ipsum factū esse, & fossa, quæ illis acceptis consequuntur. dicit itaq aliquis hoc modo si domus facta est, fundamenta facta fuerunt, lapides decisi sunt. Necesse sane est id, quod deductum est, sed non ex immediatis ambobus, Opus est igitur aliquo medio inter fundamenta, & domum, quod est parietes factos esse. quo accepto stabit ratio in immediata, & non amplius altero opus est. Quare & si in tempore semper aliquid intercідit propter infinitatem diuisionis continui tamen in rebus non semper, sed in his stabit alicubi sumptio in immediatum, & acceptio semper in huiusmodi est a posterioribus, quæ primum accipiuntur in ratione, ut necessarium consequentia habeat. Nonnulla uero exemplaria a medio habent, sed non a medio, et ab ipso nunc primo. Dupliciter. n. est intelligere, aut enim cum medio ipsum nunc coniungitur, aut cum extremo. & est quod dicitur tale. Oportet medium inuenire quoddam finitum, & principalius hoc ponere, & præcedēs maius. non ut tempus infinitatem habet, ita & in rebus est habentibus ipsam. Et præterea extremum principalius ponere, & prius. ut in ratione est, medio quidem præcedentem maius, extremo autem præcedente medium. quod nunc nominauit, ipsum enim nunc extremum est eorū, quæ ante

quæ ante ipsum sunt. Aut ipsum nunc res est in operibus, quæ finis est eueniēs; cuius gratia omnia, quæ ante ipsum sunt, fiunt qui & manet, & est præteritis æqualiter, quæ ante ipsum fuerūt. ut domus. Nam ex fundamentis quidem, & parietibus, & tecto aliud quoddam est domus, sed non fundamenta & tecta, & parietes. Quapropter illa quidem quodammodo, & facta fuerūt, & præterierunt. Domus autem est. à qua prima rationem incipere oportet. Vt contrauertentibus nobis, factum esse ea, quæ ante ipsam fuerunt, sequatur. ita etiam si Socrates est, mater ipsius peperit. Si peperit, prægnans fuit. si prægnans fuit cum Sophronisco concubuit. Si hoc est Sophroniscus extitit. Si socrates ergo est, Sophroniscus extitit. itaq; ab ipso nunc existente incipientes, omnia, quæ ante ipsum sequuntur, habemus.

Similiter autem et in ipso erit. Si enim verum est dicere, quod erit. d. necesse est prius uerum dicere quod erit. a. huius autem causa est. c. Si quidem enim. d. erit, prius. c. erit. Si autem. c. erit, prius. a. erit.

Tex. c. 64

Postquam in his, quæ facta sunt, & quæ sunt sermonem fecit, dico autem quod ex posterioribus fiat necessaria consequentia in his, quæ magna ex parte fiunt. Nunc tradit idem, & in his, quæ futura sunt. inquit igitur, quod & in ipso erit similiter se habet, sicut sane, & in ipso factum est se habuit. facit autem iterum in literis experientiam, & accipit ipsum. d. tanquam omnium extremum, a. uero omnium primum, & medium. c. quod debet ipsis. d. sequi, ipsum uero. a. præcedere, secundum assumptionem debitam ipsi necessariæ consequentiæ eorum, quæ magna ex parte sunt. sicut sane, & in eo, quod factum est fecit. Dicit igitur quod si uerum est dicere, quod. d. erit, necesse est prius uerum dicere quod. a. erit. Nam quoniam ex necessitate opus est existentia ipsius. a. ut. d. existat. ipsum. d. fore, supponamus. & est uerum necessarium fore. a. prius. Quod autem ita necessario consequatur futuræ existentia ipsius. d. existentiam ipsius. a. causa est. c. Hoc enim opus est proxime ipsi. d. ad existendum. iccirco uero, & ipso. a. eo quod non possit. c. existere, nisi. a. existat prius. Quare si. d. erit. c. erit, si. c. a. si. d. ergo erit, a. erit.

Com. 107

Similiter autem est infinita sectio, et in his, non enim sunt futura continua inter se, principium uero et in his immediatum accipiendum est.

Quemadmodum, inquit, in factis diximus, quod in tempore quidem in infinitum diuisio est, & semper per aliquod intercidit medium. si per seipsum aliquis tempus diuisum à rebus sumpserit. Dum autem in rebus accipitur, quia nec ipsæ inter se continuæ sunt, dico autem eas, quæ fiunt, harum uero generationes secundum quendam communem terminum inter se copulantur, ex necessitate est immediata in his accipere. hoc quidem præcedens, illud uero sequens, & cum his tempus simul existens, remittit quasi seipsum. ut aliquid & in ipso quodammodo immediate præcedens, & sequens accipiatur. idem & in futuris dicimus. Nam sicuti generationibus non existentibus continuis, phantasiam tempus continuitatis, eo quod ipsis consequat, tradit, ita ipsum phantasiam immediatis ex ipsis suscipit. Cum enim immediatæ generationes inter se accipiantur posteriores, & priores, apparentiam immediatis, & posterius tempus, ad eam, quæ est ante ipsum suscipit. nihilque hoc demonstrationem uitiat, si non proprie tempus immediatum est, non enim secundum tempus, sed secundum ea, quæ in ipso fiunt, demonstratio est.

Com. 108

Sic autem se habet et in operibus. Si facta domus, necesse est, et decisos fuisse lapides, et factos fuisse. hoc autem propter quid: quoniam necesse est fundamentum factum esse, si quidem et domum factam fuisse, si autem fundamentum, prius lapides factos esse necesse est. iterum si erit domus, similiter prius erunt parietes, Demonstratur autem et per medium similiter, erit enim fundamentum prius.

Tex. c. 65a

Quod in literis prius fecit, uniuersalem faciens traditionem, hoc nunc, & in rebus ita se habere demonstrat. & prius sicut de factis dicit, postea de futuris, quod & in literis fecit, cum facta manifesta sint, quoniam iam euenierunt, & futuris fidem præbet. Quemadmodum igitur in elementis diximus, inquit, sic se habet, & in rebus, & perspicuum est ex his, quæ secundum artes fiunt, & perficiuntur. Sit igitur domus in quo. d. decisos fuisse lapides in quo. a. medium. c. fundamen

Com. 109



tum. Si quidē domus facta est, lapides decisi fuere, ista duo extrema sunt, minus domus, maius decisos fuisse lapides. propterea quòd igitur domus facta est, ex necessitate lapides decisi fuere, & generationem domus, generatio decisionis lapidum consecuta est. Aut dicere præcessit, quoniā fundamenta facta fuerunt. Si autem hoc est, lapides decisi fuere, ut in rebus quidem fundamentorum generatio præcedat domus generationem, hanc uero rursus generatio sectionis lapidū, sed propter necessarium rationis, accipiuntur posteriora præcedentia, & priora tanquam sequentia. Sicq; demonstratio est. Si domus facta est, fundamentū est. Si hoc lapides decisi fuere. Si ergo domus facta est lapides decisi fuere, & incepimus ab ultimo, & propius existente ipsi nunc. idest à posteriori secundum tempus. itaq; procedentes necessariam uidemus fieri consequentiam. & in futuro similiter. non enim oportet plura addere, cū textus de ipso futuro existat manifestus.

Tex. 15.

Tex. c. 66.

Quoniam autem uidemus in his, quæ fiunt, circulo quandam generationem esse. contingit hoc esse siquidem consequantur se se inuicem medium, & extrema. in his enim circulo est conuerti.

Com. 210

Cum de terminorum consequentia ægerit, quoniam præsumens dixit, quod in his, quæ non sunt simul, à posterioribus consequentia necessaria, non à prioribus est, & in his tractauit ea, quæ fiunt, uiditq; in his quasdam inter se existere causas, mutuo præcedentes, & inter se sequentes: Nunc de his dicit quòd in his, quæ natura fiunt, sunt nonnulla circulum imitantia in fiendo. Nam sicuti in circulo idem signum, & finis, & principium est. Nec secus in huiusmodi, idē signū, & finis, & principium est. & causa eiusdem, & causatum fit. quāquam minime secundum numerum, nihilominus secundum speciem, adeo ut & demonstratio circulo fiat. hicq; atq; illic cōuertatur à causis in causata, & à causatis in causas, tunc igitur, inquit, circulo generatio est. quando inuicem termini se consequuntur, uidelicet. extrema, & medium, in his enim quæ ita se habent, erit & consequi mutuo, & conuerti inuicem, ueluti in circulo.

Ostensum est autem hoc in prioribus, quod conuertuntur conclusiones.

Com. 211.

In secundo priorum resolutiuorū, de ostensione circulo tradidit, quomodo fit. Dixitq; ipsam in his, quæ æquantur, & conuersim prædicantur fieri. sicuti se habent propria, & species. quorū sunt propria. idem autem est & in huiusmodi, quæ mutuo sunt causæ. Nam ueluti in illis conuertuntur conclusiones, ut conuersim prædicentur inter se termini, sic & in his, quæ mutuo sunt causæ conuersio fit, adeo, ut inuicem se consequantur.

Hoc autem, inquit, circulo est.

Com. 212.

ILLUD AUTEM hoc in loco, pro, enim, ponitur. idest circulo enim ex mutuis ostendi hoc est, conuerti inuicem terminos, nam cum hi conuertuntur, ostensio circulo perficitur, erit uero perspicuum, & in exemplis.

In operibus autem uidetur hoc modo, depluta terra, necesse est uaporem fieri. hoc autem facto. nubem. hac uero facta, aquam. hac quoq; facta, necesse est terram deplutam esse, sed hoc erat in principio, quare circulo circuitum est.

Com. 213.

Perlucidum id, quod dicitur, in exemplo facit. & inquit quòd in operibus naturæ ita planū fit. In prioribus quidem resolutiuis ostensionem circulo docens. magis logice apposuit exempla, in intellectu accipiens species, & propria. hic autem ut speciem demonstrationis ipsam in medium adducens magis realiter ex his, quæ fiunt ipsam demonstrat, res afferens inter se sequentes. eo quod mutuo fiant, & mutuo sint causata, & causæ, terra enim madefacta ex pluuia uapor fit. Atqui rursus delata supra illam radorum solis refractione, nebula fit. nebula autem conuersata, aqua, hac autem facta, necesse est, terram madefactam esse cum grauis sit aqua, & superius manere non possit. terram igitur madefactam esse prius acceptum erat, ut causa, nunc autem ut causatum fuit. iterumq; cum fit causatum, causa fit. adeo ut madefactam terram uapor sequatur hunc uero nebula ipsamq; aqua, atq; hanc, madefieri terram. & quod erat primum, ultimū fuit, itaq; circulo est, eo quod idem fiat principium, & finis.

Vno, n. horum quouis existente, alterum est, & illo, aliud, & hoc, quod primum est.

Quodcunq;

Quodcumq; profecto, inquit, sumpseris ex his iam existens, sequitur alterum, & hoc rursus accepto, aliud, iterumq; hoc existente, sequitur id, quod primum acceptum fuit. ut perspicuum in exemplo fuit. fit igitur in huiusmodi, & demonstratio undecumq; ob dictam mutuam consequentiam maxime uero in cœlestibus corporibus, in quibus necessaria sunt ea, quæ fiunt, & magis proprie in illis. Etenim motio circulo in illis est, & necessaria, & ostensio circulo consimiliter, & necessaria.

Com. 214

Sunt autem nonnulla quidem, quæ fiunt uniuersaliter. semper enim ex in omni, aut sic se habent, aut fiunt.

Tex. 16.

Tex. c. 67.

Iterum aliam differentiam medii tradit, quæ ex subiectis rebus in ipso fit. nam sicuti rerum, quæ demonstrationi subiciuntur, aliæ quidem semper similiter sunt, aut fiunt, aliæ uero, magna ex parte hoc modo, contingit autem nonnunquã, & altero. sic & media sunt. eorum quidẽ, quæ semper sunt, semper. eorum uero, quæ magna ex parte, magna ex parte. & non contingit dũ semper ita est, aut ita fit aliqua conclusio, medium huius magna ex parte ita se habere, aut fieri. Aut rursus dum res magna ex parte ita fiat, aut ita se habeat, medium semper taliter se habere, aut fieri. Veluti cœleste corpus semper circulo mouetur. Quamobrem? quoniam mentẽ imitatur, hoc medium est. & est similiter semper hoc, eius, quod semper est exemplum. Cui & medium semper est. Eius autem quod semper fit. Semper post æstatem autumnus est, quare? quoniã sol ad opposita tũc habitatiõis nostre uertit. hoc nõquã aliter se habet eius uero, qd magna ex parte. Omnis homo masculus barbam emittit. Quare? quoniam forte cum fiat magis sicca complexio in adolescentia, secundum quam, barbam emitti innatus est, multa & caliginosa euaporatio fit. hæc igitur res est magna ex parte, & demõstratiões fiũt. SVNT AVTEM NONNULLA QUIDEM, QUÆ FIUNT VNIUERSALITER, ET ENIM SEMPER, ET IN OMNI, eorũ quæ fiunt inquit, alia quidem semper ita se habent, alia uero semper ita fiunt. Nam motio cœlestis eadem cum fit secundum speciem, eadem est semper. Esse autem habens in ipso fieri, semper fit. incessabilis enim est. Nam cum sit in ipsa prius, & posterius, & non sit idẽ in ipsa, ipsum erat, & erit. sed aliud, & aliud dum fit, fit, & nunquam existat, sed simul prætereat cum tempore, à quo etiam mensuratur, in ipso fieri esse habens. idcirco & generatio, non autem entitas est. in his igitur que in motiõne sunt. idem autem est dicere in materialibus, & naturalibus, sermonem exercens de medio secundum proprium doctrinæ ipsius. non arbitratur dignum esse dicere semper, & in omni esse, sed aut se habere, aut fieri. Circulo quidem moueri, ut dictum est, semper ita se habet in omni corpore cœlesti, Etenim omnes sphæræ, & astra omnia, ita se habent semper, Sed post hyemẽ, fieri uer, & post uer, æstatem, & post hanc, autumnum. iterumq; hyemem. & post hæc, quod semper fit. Similiter autem & noctem mutuo succedere, & diẽ, & recedere inter se, argumento æquali secundum appropinquationes, & distãtias solis, & similia, semper fiunt. Et est quod quidem se habet semper, proprium in cœlesti motionem, propter continuum ipsius, & non intercidibile. ipsum uero fieri semper in reliquis, quæ dicta fuere. propterea quod intercidant, & inuicem succedant. Quoniam igitur ipsum quidem esse proprium in intelligibilibus est. ut pote quæ nihil habeant potentia, sed actu existant. fieri autẽ in his, quæ semper in potẽtia sunt, quorũ nulla sunt, quæ in generatione, & corruptione, & in continuo fluxu, & mutatione sint. Cum ipse posuisset, quasi in medio horum naturam quandam cœlestia corpora, secundum esse quidẽ semper similiter se habentia, secundum moueri autem, & potentia se habentia, & mutantia, inuenit etiam quandam locutionem inter ipsum semper esse, & semper fieri. quæ est ipsum semper se habere. ut manifestum sit, quod secundum participationem ipsi non secundum existentiam, ipsum semper est. eo quod ab alio continuetur, & per se non sit.

Alia uero semper quidem, minime, sed magna ex parte, ut non omnis homo masculus barbam emittit, sed ut plurimum. Et alium igitur necesse est, ex medium, ut plurimum esse.

Tex. c. 68.

Cum in duo diuideret demonstrabilia, in ea, quæ uniuersaliter, & in ea, quæ ut plurimũ sunt. in uniuersalibus quidem, neq; exemplum posuit, neq; de medio quicquam dixit. Tanquam perspicuum sit, quod necessarium sit, & semper similiter se habere medium in omnibus, in his aut, quæ ut plurimum sunt. & exemplum posuit, & de medio sufficienter locutus est, ostendens, qd

Com. 216.



& ipsum ut plurimum est. opinantur enim profecto aliquis, quòd cum sit demonstratiuum, & scientificum medium, se habeat similiter semper. iccirco per impossibile ostendit, ut plurimum esse quoque ipsum in huiusmodi. idque in literis demonstrans, quòd uniuersaliter hoc est, & non in aliquibus quidem, in aliquibus uero non. exemplum enim accepit ad solam claritatem, ostensionemque uniuersaliter fecit.

Si enim. a. de. b. uniuersaliter prædicat, & hoc de. c. uniuersaliter, necesse est, & a. de. c. semper, & in omni prædicari uniuersaliter, hoc enim est uniuersaliter in omni, & semper. sed suppositum fuit sicut frequenter esse. necesse est ergo, & medium sicut frequenter esse, quòd est in quo. b.

Com. 127

Uniuersaliter in hoc loco, non sicuti in prioribus analiticis, dicit. Sed sicuti in primo libro posteriorum tradidit. Non enim solum quòd de omnibus partibus subiecti prædicatum dicatur, sed etiam per se, & semper. Sit igitur inquit. a. c. conclusio prout frequenter, Dico quòd & medium prout frequenter est. ut sint & propositiones prout frequenter. Secundum igitur medii ad extrema habitudinem, & propositiones sunt. Nam si non sit medium uniuersale, & propositiones similiter, & dicatur. a. maior terminus uniuersaliter de. b. medio. & b. uniuersaliter. d. c. similis sane erit, & conclusio propositionibus, non modo secundum qualitatem propositionum, sed etiam secundum materiam. Quare, & a. uniuersaliter. d. c. sed suppositum fuerat prout frequenter. Quomodo igitur idem est, & prout frequenter, & per se, & semper? hoc enim impossibile est. Quare & illud impossibile, cui posito impossibile consecutum est. Erat autem hoc dicere medium uniuersale esse, conclusiue existente prout frequenter. Erit ergo eorum, quæ prout frequenter sunt, & medium tale.

Erunt igitur, & eorum quæ pro ut frequenter sunt, principia immediata, quæcumque prout frequenter sic sunt, aut fiunt.

Com. 128.

Si medium ita se habeat, inquit, per quod propositiones ordinantur, & perficiuntur, planum est, quòd & propositiones quæ in demonstrationem problematis, prout frequenter accipiunt, huiusmodi erunt. ita ut, & ipsæ, aut prout frequenter sint, aut prout frequenter fiant, principia autem dicit propositiones, tanquam immediatas, & indemonstrabiles. Si enim non in infinitum sumptio medii sit. sed stet alicubi, manifestum est, quòd erunt immediate. in quibus sumptio medii stat.

Quomodo igitur quòd quid est in terminos assignetur, & quomodo demonstratio, aut definitio est ipse aut non est dictum est prius.

Com. 129.

Cum causæ quadrisariam diuidantur, in materialè, formalem, efficientem, & finalem, & harum unaquæque medium accipiatur, & demonstrationem perficiat. Quoniam definitio reliquorum mediorum demonstrationi est quàm maxime congrua, ut initio dictum est. Idcirco, & de hac sermone ampliorè in præsentis libro fecit. Cùmque ante reliquas causas multa de ipsa dixerit, nunc quoque rursus postquam de omnibus causis locutus est, separatim de ipsa cum alias apposuisset uult agere. Quoniam igitur dicebat prius, neque per demonstrationem definitionem, neque uero penitus per syllogismum, sed in demonstratione reperiri mediam, in ipsa acceptam. opus erat autem nobis methodo aliqua, per quam definitionem inueniamus demonstrationi uel maxime utilem & supra reliquas causarum species, & longæ propriam, & necessariam ipsi existentè. Hanc in præsentis nobis methodum, & simpliciter omnia, quæ in eo quòd quid est prædicantur, quomodo uenientur docens. ac ex horum quali compositione definitionem perficiens, & ipsam quidem uniuersalem existentem eorum, quæ in eo, quòd quid est prædicantur, habentem autem quiddam proprium præter alia, quòd cum subiecto conuertatur, nullique alteri, quam illi conueniat, & substantiam illius significat. Inquit igitur, quòd eorum, quæ in eo quòd quid prædicant alia quidem ita se habent, ut & se supra genus extendant in quòd subiectum refertur alia uero ita, ut intra ipsum sint. Ut si trinitas proponatur, cuius oporteat definitionem inuenire, de ipsa in eo, quòd quid est, & ens, & impar prædicantur. Verum ens quidem, inest, & aliis, quæ numeri non sunt. Quare, & ex cellit numerum sub quem, ut genus, refertur trinitas. impar uero nulli, quòd non sit numerus.

illa quidè

illa quidem igitur non eligenda sunt, quæcūq; excellunt genus, sed hæc, quæcūq; intra genus existentia in eo quòd quid est de eo, quod proponitur prædicantur ipso in plus existètia, sed nō & genere. Sumenda sane talia sunt eo usq; quo usq; prima fiat compositio, cuius unaquæq; particula in plus erit, quā id, quod proponitur, non tamen, & totum compositum, primam autē dicit compositionem, in quam procedentes, rationem iam habemus cum definito conuertibilem, prætermittendo ea, quæ supra hanc extenduntur, cum sufficiens sit ipsa ad perfectionem definitionis: ut in homine eligimus ea, quæ animal non excellunt ex his, quæ de homine prædicantur rationale, mortale, mentis, & scientiæ capax: atq; hæc cum genere componentes, quando omnia percurramus, deuenimus primum in compositionem, quæ cum definito conuertitur. Non amplius igitur altera additione indigemus. Vt forte risibile, aut bipes, aut aliquid aliud eorū, quæ prædicantur in eo quòd quid est addatur. ¶ Sed dubitaret aliquis, quomodo differentias in eo quòd quid est predicari dicimus? atqui differentes a genere uel maxime eo quod illud quidem in eo quòd quid est, ipsæ uero in eo quòd quale quid est prædicantur. ¶ An ea quidem differentia, per se ipsas quidem ut qualitates accipiuntur, & in eo quòd quale quid est prædicantur. Cum genere uero acceptæ, & genera sunt, & in eo quòd quid est dicunt. Rationale igitur, quatenus quidem rationalitas, qualitas est, & in eo quòd quale quid est de homine prædicatur. Rationale enim animal homo est, quatenus particeps rationalitatis est, sicuti & albū, cygnus, quoniam particeps est albedinis. Quatenus autem animal rationale genus est, & in eo, quòd quid est dicitur. Nam aliquo interrogante, quid est homo? Qui animal dixerit rationale, non inepte respondit, & unaquæq; differentiarum ita se habet, quoniam & definitio, & differentias habens, ex quibus componitur, non partim quidem in eo quòd quid est propter genus, partim uero in eo quòd quale quid est propter differentias assignatur, sed prorsus in eo quòd quid est, ut genere, existente unaquæq; differentia, quia una cum genere acceptæ sunt. omnes autem cum genere definitio est, quatenus hæc est forma, quæ totum declarat primum compositum. Hoc igitur primum compositum, quod secundum progressum fit à compositiori ad particulariora, substantia est, ex necessitate rei. Cum enim constitutum sit ex his, quæ in eo quòd quid est prædicantur, & soli conuenit rei primum, & nihil aliud est, quā substantia rei, cui soli conueniens, in eo quòd quid est de ipsa, ratio existens assignatur. hæc enim propriæ sunt ipsius quod quid est esse. **QVOMODO Igitur QVOD QUID EST IN TERMINOS ASSIGNETVR**, post sermonē de causis, rursus uolens reuerti ad definitionem, aliq; addere de ipsa, præter prius dicta. ac methodum tradere, quomodo oporteat inuenire definitiones. Reassumit summatim quæcūq; de ipsa præteriens dixit, & quòd medius terminus ista ponitur in demonstrationibus, & quòd demonstratio non est ipsius ita ut ostendatur per ipsam, quòd ratio ista huius rei definitio sit. per accidens uero monstratur in demonstratione hanc medium terminum accipiente, uti formam, rei causam, & quòd definitio ipsa, quæ quidem secundum nomen accipitur, & si uideatur fortasse alicui esse definitio, tamen non est secundum ueritatem. Quæ autem secundum tres alteros modos est, & quæ dicit, ratio ipsius quid est, indemonstrabilis est, & quæ dicit, syllogismus ipsius quid est, casu differens à demonstratione est, & quæ dicit, ipsius quid est demonstrationis cōclusio est. illud autem, **QVOMODO QVOD QUID EST IN TERMINOS ASSIGNETVR**, dupliciter est accipere, aut enim quòd ubi in terminis demonstrationis, quod quid est, & definitio ordinetur, et qualis locus ipsi distribuatur, & dictū est, quòd in medio ordinatur. aut quòd quomodo definitiones definiamus, ipsum enim quid est definitio est, & assignare quod quid est in definitiones, nihil aliud est, quam definitiones definire. ¶ Et uideretur profecto secundum hanc expositionem Aristoteles eandem rem, iterum, atq; iterū repetere, propterea quòd deinceps quoq; idē dicere uideretur. illud enī **AUT DEFINITIO EST IPSIVS, AUT NON EST**, æquipollet cum hoc. ¶ Verum licet hoc modo dicere, ut quasi cum collectim dixerit, quomodo quòd quid est in terminos assignetur, interpretetur per ea, quæ sequuntur dictum, uidelicet quomodo demonstratio, aut definitio est ipsius, aut non est. Vt demonstratio quidem per syllogisticos terminos dicatur, quatenus est ipsius demonstratio, dum medium ponitur definitio in terminis demonstratiōis, definitio ipsius, quatenus est quæ secundū tres modos, secundū uero unum nō est.

Dubita.

Rñsio.

Dubita.

Rñsio.

Quomodo autem oporteat venari ea, quæ in eo quod, quid est prædicatur, nunc dicamus.

Hinc propositum ipsi est, quomodo oporteat definitionem inuenire, necessariam quam ma-

Eustra, in post. anal.

K iii

Tex. 17.

Tex. c. 69.

Com. 120



xime demonstrationi existentem. Nam definitiua quidem imitatur naturam substantias rerū perfectiorem. demonstratiua uero, imitatur naturam accidentia substantiis apponentem ad exornationem. Quemadmodum igitur priores natura substantiæ sunt accidentibus. sic sane definitiones demonstrationibus. Quo circa proprie, & in primo modo demonstratio est, quæ per mediã definitionem accidens per se concludit. quæ uero ex contrario est ipsius, in secundo modo, & in propria demonstratio est. per optime autem positum est illud uerbum *VENARI*, nam quasi in confusa aliqua, & obscura materia, & densitate, propter ignorantiam ex generatione, res absconditæ sunt. sed inuestigans intellectus, ex apprehensionibus, quasi uestigijs sensui, uel etiam alio modo, ad substantiarum comprehensionem progreditur. Cum autem de definitione proposuerit dicere, de his, quæ in eo quod quid est predicantur simpliciter sermonem facit. Nam eorum quidem, quæ in eo quod quid est sunt, & definitio, & genus per se, & differentia una cum genere sunt. sed hæc quidem equantur, alia uero minime. illa igitur partes definitionis sunt. hæc autem est composita ex ipsis. uenantes igitur genera prius, ita ex ipsis secundum progressum totum inuenimus compositum. itaq; scientia imitatur naturam. ex imperfectis, & communioribus, in perfectiora progredientem, & specialiora. Etenim natura in generationibus est, in eo quod ut materia præsupponit semper prius, id, quod post ipsum subiectum est. infert uero secundum progressum quod specialius est, usq; quo in ipsum profectum deueniat, quod propositum fuerat. Scientia quoq; generaliora prius inueniens, in specialiora procedit. donec profecto ultimam perfectam formam, & rationem assignet propositi.

Eorum igitur, quæ insunt semp unicuiq; nõnulla se extendunt in plus, non tamẽ extra genus.

Com. 211,

Illud SEMPER hoc in loco, ut ex necessitate oportet intelligere. Ex necessitate autem proprie insunt ea, quæ neq; actu, neq; opinione separari possunt. hæc autem sunt ea, quæ substantialiter insunt. idem autem est dicere, quæ in substantiæ perfectionem conferunt. aut & ipsa forma rei sunt. eorum enim quæ semper sunt, & hæc est. Non omnia igitur inquit, quæ ita insunt, æquantia sunt ad subiectum, sed sunt nonnulla quæ & excellunt. & in plus ipso sunt.

Dico autem in plus inesse, quæcunq; insunt quidem unicuiq; uniuersaliter, uerum enim uero, & alii.

Com. 212,

Interpretatur illud IN PLUS, illa inquit dico esse in plus, quæcunq; insunt quidem uniuersaliter aliquibus. non tamen solis ipsis, sed alteris existentibus extra ipsa. Cum sane dixerit, diuisionem eorum, quæ in plus sunt facit, ponens ex his, quæ dicuntur manifesta exempla.

Vt est aliquid, quod omni trinitati inest, sed & non trinitati. sicut ens inest trinitati, sed & nõ numero.

Com. 213,

Diuidit ea, quæ in plus existunt. in ea, quæ extra genus, & in ea, quæ non extra. nam prius quidem in ea, quæ excellunt, & non excellunt diuisionem fecit. Nunc autem subdividit ea, quæ excellunt in ea, quæ extra sunt, & non. Accipiens enim trinitatem, ut subiectum, inquit, ipsi inesse ens, hoc autem excellit non solum trinitatem, sed etiam genus ipsius numerum, multa enim entia sunt, sed non & numeri. ut homo, equus, anima, mens, tricubitum, & plurima alia.

Sed & impar inest omni trinitati, & in plus existit, etenim ipsi quinario inest, sed non extra genus, nam quinarium quidem numerus est, nullum uero extra numerum impar est.

Com. 214

Hoc exemplum est eorum, quæ in plus quidem subiecto se habeat, Attamen non est extra genus. Nam tamen si impar aliis inest, quæ non sunt trinitates, ut quinario, septenario, nouenario, & compluribus aliis quæcunq; nunquam æqualia sunt numero, sed in inæqualia diuidi omnino innata sunt. tamen omnia hæc numeri sunt, & nullum impar est, quod non sit numerus. *¶* Habet autem dubitationem, & si non ad propositum fortasse, tamen ipsam secundum seipsam, quomodo ens alicui inesse, semper prædicari de aliquo dicatur. aut igitur, & quod est, non enim differunt hæc inter se, præterquam sola figura dictionis. Manifestum autem est, etenim, quando dicamus ens est homo deinde ens auferentes, est homo dicamus. nihil differt, quod quidem in nullo est uidere reliquorum prædicamentorum, non enim idem est, & quantum dicere, & esse simpliciter,

Dubita.

pliciter, neq; quale, neq; ullum aliorum. Quando igitur homo est dicamus, nihil addentes posterius quomodo quod est de homine dicitur substantialiter, aut accidentaliter: si quidem accidentaliter, contingit, & non esse. & nihil ablatum, subiectum corrumpit, quemadmodum, & ambulans, non ambulare contingit. & si non ambulat, non idcirco non est, quod secundum substantiam est. sed si hoc, erit & non ens. & contradictio uera est in eodem, secundum utraq; partes. Si autem hæc impossibilia sunt, aut ut genus erit, aut ut differentia, aut ut species ipsum esse, & ens, & quod est, de omnibus, prædicantia, Hæc enim substantialiter prædicantia tradita fuerunt. sed siquidem ut genus, commune erit genus omnium, & non decem prima principia, sed unum. At dictum est quod decem sunt, & nihil omnibus commune est, quam solum nomen. Ens fortasse, uel unum, uel aliquid tale alterum. Sin autem genus commune est, multominus differentia, aut species, nam hæc minora sunt, & in minus utraq; ipso genere. Quomodo igitur profecto esset hoc, quod de omnibus simul prædicat? Dicitur igitur quod neq; genus, neq; ullum talium, ens est, aut quod est, sed proprie prædicabile, & est quidem fortasse uerum. sed usq; dum id, quod dicitur simile fuit quasi abortus, imperfectam demonstrans eius, quod consideratur figuratiuam, & formationem. Opere præteritum est igitur addere aliquid orationi ad perfectionem. Quod quidem igitur simpliciter est ens, & non ut hoc aliquid ens, proprie etiam ipsam appellationem habuit. ipsorum autem decem unumquodq; non ut simpliciter ens est, sed ut hoc ens, uidelicet, quid, aut quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut aliquod aliud prædicamentorum. & nihil magis ens est, quam non ens, horum unumquodq;. Secundum unum, ens est, quod est secundum reliqua, non est, quæ quidem non sunt. Ipsum enim quid, ut substantia quidem est, non autem, & ut quantum per se, neq; ut quale, aut aliquid aliud, aut necubi secundum accidens, eo quod aliquid illorum in eodem ipso conueniat. Omnia igitur hæc, ex eo quod primi entis participantia sint, & ipsius esse nec non entia dicantur, proprie sibi ipsi unumquodq; ipsorum uocationem hanc attribuit, hoc quidem, ut substantia, hoc autem, ut quantum, hoc uero, ut aliud quiddam, omne enim participans, proprie sibi ipsi participat naturam eius, quod participatur. Proprie igitur unicuique conueniens ens, & esse, & quod est, proprie prædicamentum dicitur. & neq; genus est, neq; species, neq; differentia, neq; proprium, neq; accidens. Ablato autem esse ab aliquo ipsorum aufertur propria ipsius participatio, secundum quam de ente participauit. Quare & ipsum ex necessitate ablatum est esse habens in participatione ipsius entis, qua ablata, & ipsum ex necessitate simul aufertur. Dicitur autem uox æqui uoca, non quod sit, sed quatenus hæc ab uno nominantur, quibus communitas est non solum uocis ipsius, sed etiam rei. Medicinalis enim liber, & phar macum, & instrumentum, nec non diæta, & exercitatio, cum ex eodem dicantur, arte scilicet medica, & ad ipsum finem sanitatem tendant non nomine solum inter se, sed etiam re communicant, proprie unumquodq; sibi ipsi medicam participans. perspice autem quod & Aristoteles hoc in loco, una cum his, quæ rebus insunt, ens coordinauit, indicans, quod non nomine solo secundum ens, uerum etiam re communicat.

Rñsio.

Talia igitur accipienda sunt eo usq;, quousq; tot accipiantur primum quorum unumquodq; quidem in plus sit, omnia autem non in plus.

Tex. c. 70

Non omnia ea, quæ insunt, oportet accipere, in definitionis inuentionem. Non enim sane & ea, quæ ultra genus sunt, sed quæcunq; intra genus existunt. & neq; hæc omnia, sed eo usq;, quo usq; tot accipiantur quæcunq; sufficientia sunt, ut æquentur cum definito, ut unum omnia simul accepta. Quamuis unumquodq; ipsorum in plus ipso sit, ueritamen secundum conuenientem ordinem, oportet facere sumptionem, ex prioribus semper in posteriora progredientes, & nihil relinquentes. eiusq; uero progredi, usq; quo primum fiat compositum cum subiecto æquas. Contingit enim & additione facta, adhuc æquare quod compositum est. Cæterum superfluum est, reperientes semel rationem æquantem, adhuc addere.

Coñ. 225.

Hanc enim necesse est substantiam rei esse.

Genere enim accepto, & aliis secundum ordinem, quæcunq; cum hoc accepta, in eo quod quod est de subiecto dicuntur, substantialiter ipsi inhærentia, ut sit totum compositum æquans se cum definito, quid aliud hoc, quam definitio ex necessitate erit.

Coñ. 226.



Vt trinitati inest omni numerus, impar, primum utroq; modo . et quod non mensuratur numero, et quod non componitur ex numeris. hoc igitur iam est trinitas: numerus impar primus et sic primus.

Com. 227

Afferatur sane, inquit, rursus trinitas in exemplum. huius genus est numerus, & ea, quæ intra genus postea accipiuntur eorum, quæ per se inhærent ipsi impar primum utroq; modo. Nam omnes quidem pares numeri, cum possint in æqualia diuidi, etiam mensurari possunt ab æqualibus, in quæ diuiduntur. Aut cum bis fit unusquisq; ipsorum, hoc, aut hoc, aut ter, aut quater, aut quocunq; alio modo. & iccirco secundus est unusquisq; ab ipso mensurante ipsum. Impares autem, omnino cum in inæqualia diuidatur, secundum maxime amplam sectionem in duo. alii quidem secundum alteram sectionem in æqualia secari possunt. Ut nouē, quindecim. unum & uiginti. & uiginti quinque. alios autem penitus impossibile est secari in æqualia, qualis est quinque, septem, tredecim. illi quidem igitur secundi, & compositi sunt utroq; modo. & quatenus ex numero, aut ex numeris componuntur, & quatenus à numero, & à numeris mēsurari possunt, si autem quatenus quidem ex numeris componuntur, secundi sunt: quatenus autem non à numero, aut à numeris mensurari possunt, primi sunt. Trinitas uero numerus primus est utroq; modo, quatenus neq; ex numero, aut numeris componitur, neq; à numero, aut à numeris mensuratur. sed solum habet mensuram communem unitatem. quoniam autem hoc, & dualitati est, ab hac quidem, quia impar est, ab illis uero omnibus, quia utroq; modo primus numerus est diuiditur.

Hoc igitur iam est trinitas, numerus impar primus, et sic primus. horum enim unumquodq;, alia quidem imparibus omnibus insunt, postremo autem et dualitati, omnia uero nulli.

Com. 228.

Cum unumquodq; diuisim acceperit, eorum, quæ de trinitate substantialiter prædicantur, quoniam eo usq; deuentū est, ut possit omniū unitorū inter totū prædicatū cum trinitate æquari, unumq; omnia sunt. Et hoc esse trinitatem, inquit, numerum imparem primū, & sic primū: uidelicet secundum utrosq; modos, secundum quos primus numerus dicitur, & secundum nō mensurari numero, & non componi ex numero. Quod autem hoc sit trinitas, probat dicens, quia nulli alteri ista ratio quam soli trinitati conuenit. singulum enim acceptorum, inquit, diuisim quidem, & per se acceptum, alia quidem & imparibus omnibus insunt, ut numerus, impar. Omnes enim isti & numeri, sunt, & impares quidam autem, & primi sunt, sed secundum unum, quia non mensurantur a numero. Veluti quinque, septem undecim, & huiusmodi. secundum autem, quod non componantur ex numeris, minime. Componuntur enim hic quidem ex duobus, & tribus: hic autem ex tribus, & quatuor, uel duobus, & quinque. hic uero ex quinque, & sex. aut alio quodammodo. & reliqui similiter. Primum autem, eo quod neq; mēsuratur numero, neq; componitur ex numero, aut numeris, imparibus quidem non inest. nullum enim ipsorum hæc utraq; habet. inest autem dualitati, nam impar quidē non est: sicuti illi, & trinitas ipsa. prima uero utroq; modo est quatenus ex unitate componitur sola, & ab ipsa sola mēsuratur. Hoc autem proprium est definitionis quod cum ex substantialibus componitur, nulli alteri, quam illi conueniat, de quo assignatur.

Tex. c. 71.

Quoniam autem ostensum est a nobis in superioribus, quod necessaria quidem sunt ea que in eo quod quid est prædicantur.

Com. 229

Cum nobis methodum tradidisset, per quam ea, quæ in eo quod quid est sunt uenabimur. & quæ ex ipsis componitur rationem inueniemus. Quoniam insufficiens est ei rationi, quæ inuenitur ad id, quod ipsa sit definitio. Non enim omne, quod in eo quod quid est prædicatur definitio est, sed est etiam genus in eo quod quid est. Regulam nobis in hoc loco tradit, per quam diiudicabimus à genere definitionem, & primum dicit, quod ea, quæ ita reperiuntur necessaria sunt, atq; hæc sunt, id quod proponitur, in eo enim quod quid est prædicatur. Ea autem, quæ in eo quod quid est sunt, uniuersalia sunt, uniuersalia uero per se, & quatenus ipsum, quemadmodum in primo libro uniuersale traditur. sed ea, quæ per se sunt, & quatenus ipsum necessaria sunt, ea ergo, quæ in eo quod quid est sunt, necessaria sunt. Quoniam igitur siue in trinitate, siue

in quolibet alio sint ea, quæ ita accipiuntur, ita ut, propterea quòd in eo quòd quid est prædicatur, necessaria sint, essent profecto ex necessitate hæc, subiectum. & tandem habemus iam, quòd ex necessitate hæc de subiecto prædicantur. Quòd autem substantia, & definitio subiecti hæc sint, ex diuisione ostenditur. Omne enim quòd in eo quòd quid est prædicatur, aut definitio, aut genus est. neque enim differentia, nec proprium, neque uero accidens in eo, quòd quid est prædicatur. præterquam solum genus, & species, species autem, & definitio idem sunt. In eo quòd quid est ergo inuentum prædicatum, aut genus profecto esset, aut definitio. Et si genus est, aut nominatum, aut innominatum. Nominatum autem dicitur genus, quòd nomine significatur, uidelicet uoce articulata, & significatiua, una, & simplici. Dicantur enim nunc communiter nomina. Omnia huiusmodi. ut animal, numerus, mouere, agere. Innominatum autem dicitur oratione. Ut animal rationale numerus, impar. Etenim talia, cum in eo quòd quid est dicantur de quibusdam, in plus autem sint ipsis, genera ipsorum sunt. Si igitur inuenta ratio, non in aliquo altero est, præterquam in solis indiuiduis, quæ sub eo, quòd proponitur sunt, definitio profecto esset hoc, ac non quicquam aliud.

Quoniam autem ostensum est à nobis, quòd necessaria quidem sunt ea, quæ in eo quòd quid est prædicantur, uniuersalia uero necessaria sunt.

In primo libro dictum est, quòd ea, quæ per se insunt rebus, necessaria sunt. & præsertim ea, quæ in eo quòd quid est prædicantur. Hæc enim sunt primi modi eorum, quæ per se insunt. similiter uero, & quòd uniuersalia per se, & quatenus ipsa sunt. Non enim satis est quòd de omni, uniuersale in demonstrationibus dicatur, sed oportet, & per se esse, & quatenus ipsum. Ea igitur quæ in eo quòd quid est prædicantur, necessaria sunt. Et est, quòd necessaria sint, probatiuū illud **VNIUERSALIA VERO NECESSARIA SVNT.** ut sit illud **VERO** pro **ENIM** atque est in prima, figura syllogismus. ea, quæ in eo quòd quid est sunt, uniuersalia sunt necessaria, ea ergo, quæ in eo quòd quid est sunt, necessaria sunt.

Trinitati autem, quæ in quolibet alio ita, accipiuntur ea, quæ in eo quòd quid est ita accipiuntur ex necessitate profecto essent trinitas hæc.

Quoniam igitur, inquit necesse est ea, quæ in eo quòd quid est accipiunt esse necessaria subiecta, ut trinitas numerus, & impar, similiter autem & in aliis. Essent profecto trinitas hæc ex necessitate, idest prædicarentur profecto hæc de trinitate ex necessitate & tandè habemus quòd necessaria hæc sunt. & non contingit non esse hæc subiectum idest non prædicari hæc de subiecto, illius autem **ISTA ACCIPIANTVR** interpretatiuū est illud **IN EO QVOD QVID EST** idest ita accipiuntur, ut in eo quòd quid est prædicentur. & eorum, quæ ita accipiuntur de trinitate, ex necessitate utique susciperet prædicationem trinitas. Quòd autem & substantia hæc, & definitio subiecti sint perspicuum fit diuidentibus hoc modo.

Quòd autem substantia sit, ex his manifestum est, necesse est enim si hoc non sit trinitati esse, ut genus aliquod esse hoc, aut nominatum, aut innominatum.

Quoniam enim inquit, in eo quòd quid est prædicatur, Si nõ definitio est hoc trinitatis, erit genus, & si genus aut nominatum, aut innominatum, idest, aut per nomen, aut per orationem significatum, se nominatum non est. oratio enim est, numerus impar primus utroque modo, esset ergo innominatum.

Erit igitur in plus, quam trinitati existens, supponatur enim huiusmodi esse genus, ita ut insit secundum potentiam in plus.

Si enim inquit, genus est, ratio ista trinitatis, in plus erit, quam ipsa. Nam pro confesso sit, ita se habere genus, ut in plus sit illo, cuius genus esse dicitur. non enim oportet anxie nimis, & curiose de hoc inquirere. illud autem **SECUNDVM POTENTIAM** dicit, quoniam potentia genus ea, quæ sub ipso sunt, continet.

Si igitur nulli alii inest, quam indiuiduis trinitatibus, Hoc profecto esset trinitatis esse, suppo

Com. 230

Text.
Text.
Com. 231

Com. 231.

Com. 232.



natur. n. et hoc, substantia vniuscuiusq; esse, quæ indiuiduis vltimis talis prædicatio est.

Com. 233.

Quia, inquit, nulli alii inest ista ratio, quæ de trinitate assignata est, quam solis indiuiduis trinitatis, de quibus trinitas ut species prædicatur, definitio profecto esset ratio ista trinitatis, accipiatur enim & hoc nunc tanquam confessum, esse uniuscuiusq; indiuiduarum specierum substantiam, talem in vltimis indiuiduis, quæ sub ipsa sunt prædicationem. Talem autem dicit eam, quæ in eo quod quid est de ipsis prædicatur secundum participationem speciei continentis, nam sicuti trinitas est, sic unaquæq; trinitatum est, Numerus impar primus utroq; modo. Cõfirmat igitur in hoc loco rationem ex posterioribus quidem natura, nobis autem notioribus, & manifestioribus. Singularia enim uniuersalibus nobis notiora sunt.

Quare similiter, et alteri cuiuslibet demonstratorum hoc ipsi erit esse.

com. 234

Non in sola inquit trinitati regula ista est, sed etiam in quolibet omni hoc erit ipsi esse, & definitio, quod in eo quod quid est prædicatur. in solis indiuiduis, quæ sub ipso sunt, secundum ipsius participationem. in alio autem, nullo. Sicuti & in homine animal rationale mortale, aut animal gressibile bipes. & in aliis similiter, præsertim quoniam logicis omnibus speciebus, & generibus, ex singularibus principium est, & in his esse illis est, & essentia. quemadmodum esse ex singularibus habent, sic & ipsum definire, & definitionem ipsorum actus in singularibus est. Cum potentia solum sint uniuersalia per seipsa, & nihil aliud.

Tex. 18.

Tex. c. 72.

Com. 235

Oportet autem cum totum aliquod negotietur aliquis, diuidere genus in indiuidua specie prima.

Ea, quæ hætenus de diuisione definitionis tradita fuere, specialissimis conueniunt speciebus, ut manifestum est, tum ex trinitate, quæ ut exemplum accepta est, specialissima existens species numeri, tum ex singularibus, ex quibus definitionem uniuersalis scimus, id enim quod proxime continet singularia, species est specialissima. Quoniam autem definita, specialissima sunt, & subalterna. cum neq; singularia, neq; generalissima definiantur. hæc quidem, quia non habent genus supra ipsa. Hæc autem quia neq; sub genere proxime continentur, sed per medias species. neq; uero semper eadem sunt. ut & scientia supponi possit. Et si uel fortasse propriam non habeat definitionem, propterea quod communis sit ea ratio, quæ substantialiter assignatur omnibus eiusdem speciei. & si singularium aliquid fuerit, ita de ipso definitio assignatur, ut quæquam plura fuerint omnibus conueniat. Cum dixerimus, quomodo in specialissimis uenanda sit definitio. dicimus quomodo hoc, & in subalternis fiat. Quando igitur quispiam tale genus negotiari proponat, de definitionem ipsius reperire uolens, quoniam genus totum est specierum. par est ipsum diuidere id, quod propositum est, in partes. id est in specialissima, quæ quidem, & indiuidua sunt, propter ea quod in species non possint secari, & prima sunt in uniuersalibus, propterea quod hæc primæ ex singularibus accipiant secundum nostram intelligentiam constitutionem, & speculentur proprias passiones generis, id est ea, quæ per se proprie generi insunt, ab his, quæ communiter in omnibus considerantur speciebus, propria. n. generis communia omnium sunt quæ sub ipso sunt specierum, Nam ea, quæ generibus accidunt, quæ quidem ueluti totum, ex speciebus, tanquam ex partibus componuntur, à definitionibus specierum manifesta fiunt. Ut enim principia sunt generis definitiones specierum. quoniam & simplex est, quatenus ad genus species, & ex speciebus uidetur genus componi, partibus existentibus ipsius toti existentis. Quemadmodum & species indiuiduorum totum est, & ex illis accipit constitutionem, & quam rationem habent ad speciem indiuidua, eandem species ad genus. Et quemadmodum illic speciei definitio, quod definitio ipsius sit cognoscebatur, accipientibus nobis, ea, quæ communiter insunt omnibus, & in eo quod quid est dicuntur de omnibus, sic & in hoc loco ea, quæ communiter omnibus eiusdem generis speciebus insunt substantialia, & in eo quod quid est, generis definitio, hæc profecto essent. & sicuti illorum simpliciter existentium, quatenus ad species, existentia omnibus illis quidem per se inhaerent, per illa autem & speciei. sic & in hoc loco ea, quæ omnibus communiter specialissimis inhaerent, simplicibus existentibus, quatenus ad totum genus, utpote quæ & partibus ipsius per se insunt, per hæc autem, & generi. OPORTET AUTEM, CVM TOTVM NEGOTIETUR ALIQUIS DIUIDERE GENVS IN INDIVIDVA SPECIE PRIMA. De specie quidem, inquit, quomodo ipsius definitio uenanda sit, iam dictum est. Quando autem aliquod totum quispiam

negotietur, idest quādo generis definitionem assignare proponat, hoc enim est ad speciem totū. Nam genus totum esse didicimus, speciem uero tum totum, tum partem, indiuiduum autem partem. Quemadmodum igitur illic partes manifestiores extiterunt nobis, & per ipsas in toti de finitionem ducti fuimus, nec secus hoc etiā in loco species manifestiores generibus, utpote quæ quāprimum sunt post indiuidua. quoniam & in substantiis, magis substantia est species, quam genus. Nam tamen secunda ab indiuiduis. Omnia uniuersalia sint, quatenus potentia omnia sunt, & quo ad intellectum, ubi uniuersale est. Ipsum autem actu esse, dum in singularibus accipiuntur, suscipiant. At tamen species generibus sunt priores, non modo quia ipsis subiacent, & proportionem habent ad hæc, sicut ad species indiuidua, uerū etiam, quia magis actu sunt species genere, idest magis propinquæ, ut actu sint. Quando igitur quispiam definire proponat genus aliquod, quod totū est, oportet diuidere ipsam in indiuidua specie. Sunt enim & indiuidua numero, quæ sunt singularia. Cum igitur dixerit *INDIVIDUA* intulit, *SPECIE* contra diuidens hæc ad singularia. Veluti & in prædicamentis fecit. dicens, simpliciter autem indiuidua & in numero, de nullo subiecto dicuntur. Adiunxit uero, *PRIMA* ex geminato sensu dicens idem. indiuidua specie, uidelicet prima. Dicuntur autem prima, quia ex singularibus in uniuersalia ascendentes, prima statim sunt. Specialissima. n. uniuersalibus intellectualibus ex singularibus generatio sunt. Et statim post singularia, ea, quæ ut specialissima sunt, dum fiunt uniuersalia sunt. Quare & prima in uniuersalibus specialissima sunt. & quoniam omnium specierum existentium uniuersalium, hæc primæ sunt species, idcirco & specialissima dicuntur. Quòd autē omnes species uniuersales sint, perspicuum est, Non enim mehercule de singularibus in eo quòd quæ prædicarentur. Rationes enim omnes huiusmodi, mentales sunt. Ea uero, quæ ita se habent, species sunt, & si maius in ipsis, & superiacens genus sit, eo, quod sub ipso est, & minori.

Vt numerum in trinitatem, & dualitatem.

Hoc exemplum est ad dilucidationem, quomodo oporteat accipientes genus diuidere in ea, quæ sub ipso sunt specialissima. genus enim numerus est, trinitas autē, & dualitas, species ipsius sunt specialissimæ. Com. 136.

Postea sic illorum definitiones tentare accipere, ut rectæ lineæ, & circuli, & recti anguli.

Cum dixisset quomodo oporteat diuisionem. facere, & per exemplum ostendisset. dicit, & reliquum, quòd posteaquam ita diuisum sit, tunc oportet conari accipere definitiones generum, à speciebus, quæ sub ipsis sunt, nobis ascendentes. Cætera uero, quæ dicuntur, non oportet, ut de speciebus eiusdem generis intelligantur. sed lineæ quidem species, rectam, & circulum ponere anguli autem, rectum, & acutum, & obtusum. Et si iste cōfusionis studiosus obscuritatem fecit. Com. 137

Deinde uero hæc accipientem, Quid est genus, ut utrum quantitatum, aut qualitatum proprias passionem speculari per communia prima.

Quoniam, inquit, omnis definitio ex genere, & differentiis componitur, posteaquam diuisum sit genus, in ea, quæ sub ipso sunt specialissima, progredientes ad hoc definiendum, oportet recurrere in genus uidelicet. prædicamentum, sub quod reducitur propositum, & quærere si quantum est, aut quale, aut aliquod aliud primorum decem principiorum. & hoc accipientem commune ens omnibus, quæ sub ipso, quærere etiam proprias differentias eius, quod propositum est. quas passiones appellauit, propterea quòd æque ac passiones specierum constitutiue differentiæ generibus inhærent, & species cum ipsis perficiunt. proprias autem generum passiones, idest ea, quæ per se ipsis inhærent. Quomodo profecto aliter inueniremus, quam per ea, quæ speciebus communiter insunt: ea enim quæ proprie generibus inherere non hercle secus possumus inuenire, quā speculari ea, quæ communiter speciebus ipsorum insunt. Nam communia his, quæ sunt sub genere, propria ipsi generi sunt, quatenus per commune, participantibus ipsius communis inhærent. Oportet igitur primum in speciebus hæc speculari, atq; illinc eligentes generalissimo ipsa addere. itaq; ex hoc, & illis, propositi generis definitio inuenietur perfecta. Ut si linea sit genus, quod definiendum proponatur. ipsam oportet diuidere in ea, quæ sub ipsa sunt specialissima, quæ sunt recta, & circumferentia, & circūuolutio, postea genus accipere sub quod reduci



tur linea. hoc autem est quantum. postea uero harum specierum definitiones speculantes, uide re quidnam his omnibus commune in definitionibus sit. Vt quid est recta linea? longitudo illa tabilis, cuius media extremis addita sunt. Quid est circunferibilis linea? longitudo illatabilis, ad quā ab uno signo eorum, quæ intra ipsam posita sunt, omnes incidentes rectæ æquales inter se sunt, uel ut communius sit longitudo illatabilis, cuius partes inuicem insubtexibiles sunt. uel aliquo alio modo. Quid perfracta linea? longitudo illatabilis, ex recta, & circunferentia composita. Ecce igitur in omnibus harum specierum definitionibus, cōmune ponitur illud **LONGITUDO ILLATABILIS** hoc cum generalissimo addiderimus definitionē lineæ habebimus, quātum longitudinem illabilem lineam esse dicentes.

Compositis enim ex indiuiduis accidentia, ex definitionibus erunt manifesta, propterea quod principium omnium sit definitio, et simplex.

Com. 239.

Composita genera dicit, indiuidua autem specialissima, quæ non est amplius diuidere in species. inquit igitur ex speciebus, tanquam ex partibus genera tota componi. Ea igitur, inquit, quæ accidunt totis uidelicet generibus ex indiuiduis speciebus compositis, ex partibus, uidelicet, speciebus erunt manifesta. Hoc autem est probatiuum, illius, quod per communia speciebus, propria generibus per se inhærentia spectentur. Huius autē rursus causa est, quod ubiq; definitiones specierum principia, & causæ sunt generibus. & simplicia, id est species, causæ sunt cōstitutionis, aut cognitionis generum. semel enim cum species, generum partes dixisset, & ex speciebus, ut partibus genera ut tota constitui, in fine hoc obseruat, cum causas species, tanquam simpliciores generibus, quatenus ex ipsis componuntur, esse tradidisset. Pluribus autem existentibus speciebus, quæ sub unum genus reducuntur, & pluribus definitionibus, quæ in generis unius formationem accipiuntur, ordinem iste præuertit propter obscuritatem, principium esse definitionem speciei, dicens, generum omnium, definitionem quidem singulariter, genera autem pluraliter inferens, dicendo, omnium. Tu autem ita intellige quod ubiq; definitiones specierum, principia sunt, & causæ generibus, quemadmodum dictum est. Et simplicia, uidelicet species, cognitio, & generatiua generum, ut partes totorum. quāquam ad magis uniuersalem rationem referat, & causam communem assignet, quare accidentia generibus, ex definitionibus specierum, perspicua fiant. Causa autem est, quia in omnibus principium est definitio, & quia simplex, principium est compositi. Quoniam igitur species, & definitiones, & simplex unaquæq; ipsarū est, quatenus ad genus. idcirco, & species generis principia sunt. Quamobrem autem & genus haud ratio est, & definitio? Ratio quidem est, sed non & simplex quatenus ad speciem. Species uero, & definitio, & simplex est, quatenus ad genus. quo circa & species generis principium est. sed non ex cōtrario: Vel etiam genus materia analoga habet speciem, ut principium, agens ipsum ad actū.

Et simplicibus, per se insunt accidentia solis, aliis autem per illa.

com. 240

Alia quædam est ipsa causa dicti. Dicit autem quod idcirco ex definitionibus specierum ea, quæ per se generibus inhærent cognoscuntur. propterea quod accidentia speciebus, per se ipsa habent species, generibus, mediantibus speciebus, hæc insunt. Hoc autem simile est ei. quod dictū est in primo de Anima. Namq; animal uniuersale, aut nihil est, aut posterius. Singularia enim actu existentia, hæc proprie sunt, quod esse dicitur. Vniuersalia autem omnia potentia existentia secundo habent esse. Quapropter, & in substantiis primæ substantiæ, & proprie, & maxime, singularia, in prædicamentis dicta fuerunt. secundæ uero, continentia hæc, species, & genera omnia. Veruntamen quoniam post ipsa quamprimum species sunt: & primæ sunt generum, & esse dicuntur. Genus autem cum procul sit à singularibus, mentis conceptus quodammodo esse uidetur subsistens, obscuram quandam similitudinem seruans ad singularia. & species quidem ex ablatione singularium in mente concepta, ratio est, quæ in ipsis spectatur. Quæ per se ipsam accepta absq; materia in mente concipitur, materiam autem assumens statim est singulare. ut hominis ratio, animal rationale mortale, per se ipsam in mente cōcepta in eo, quo simul spectatur cum materia, Socrates est statim, aut theætetus, aut Dion, aut alius quispiam singulariū. statim ipsum & materialibus, accidentibus subsequētib; ut magnitudine, figura, colore, & huiusmodi proprietatibus. Genus, aut animal, non potest hoc habere per se ipsum, nisi & specierū aliqua assumpta fuerit.

pta fuerit. ni enim hominis, aut æqui, aut alicuius alterius specierum proprietates ipsi adfint, in subsistētia, & actu, esse non potest. Quo circa per seipsum acceptum, aut omnino est insubsistens, aut posterius, quatenus procul est à singularibus. Concinne ergo & hoc in loco, dixit, per se esse speciebus accidentia, per species autem & generibus. Quando & ipsæ indiuiduæ species de nudatæ à materia, considerantur, insubsistentes sunt. Nō enim aliter uniuersalis subsistit homo, nisi in singularibus, per seipsum autē nequaquā. ¶ Nam tripliciter species unaquæq; accipitur, aut enim secundum nudum intellectum absq; singularibus, aut quatenus in omnibus singularibus eiusdem speciei spectatur, & in unum cogit ipsa aut quatenus accidētia sumit, & in uno singularium totaliter subsistit, in Socrate, forte, aut Dione. Prima igitur ex ablatione dicitur, & per seipsam in mente concipitur quidem, non subsistit autem. Secunda autem subsistit quidem, sed non per seipsa, in multitudine autem singularium spectatur per seipsa indefinite, in ipsis suscipiens existentiam. Vltima autem definite inest in quolibet singularium. ¶ Sed quorumnam profecto essent definitiones: uniuersalium ne, an singularium, quæ in mente cōcipiuntur, aut actu subsistunt? Si quidem singularium scientia non est: quomodo igitur horum erit definitio? Si. n. habebunt finem, infinita, & indefinita definiuntur. Si autem uniuersalium, & secundum mentis conceptionem, quonam pacto ipsius esse ratio significatiua, erit eorum, quæ nō sunt per seipsa? ¶ An uniuersalium quidem scientia omnis est, ipsius autem actus, & repræsentatio procedit in singularia. In mente igitur. Concipere definitiones propter rationis, & scientiæ idētitatem, & immutabilitatem, nullum absurdum est. harum uero actum speculari, non est in aliis, quam in singularibus. ¶ Habet autem dubitationem, quonam pacto aliquando genus totum specierum, & ex speciebus copulatum dictum sit, simplices autem species, & generum partes? Videtur enim ex contrario. Nam ex genere, species, & differentiis est. & ut species constituatur, oportet concurrere inter se genus, & differentias. & quemadmodum ratio quod quid est esse significans, ex simplicibus componitur uocibus genus significantibus, & differentias. non aliter & species, quæ sub ratione significatur, ex his, quæ sub simplicibus illis uocibus sunt, & in hoc loco simplicia unita inter se perficiunt compositum, sed non etiam species ipsæ genus. Non enim ex homine, & boue, & equo, & aliis speciebus, quæ sunt sub aīali, simpliciter inter se cōcurrentibus, animal cōstituitur. ¶ An illic quidem realiter ex genere, & differentiis, species constituuntur, ueluti & singularia ex materia, & forma. Logice autem rursus, & secundum mentis conceptionem, & species totum est singularium, & genus specierum, & quodāmodo species ex singularibus, & genus ex speciebus. Sicut enim ex partibus totum, in partibus spectatum est, sic genus in speciebus, & species, in indiuiduis, quāquā non ut partes singularium, ita habent esse partes specierum. singularia, & species generum, Nam unaquæq; partium singularium, non suscipit ex necessitate toti orationē, & nomen. Indiuidua autem specierum, & species generum ex necessitate suscipiunt rationes, & nomina, quatenus, & totalitas participatur. Amplius autem quemadmodum totum collectiuum est partium, sic genus, specierum: & species singularium. Dicitur uero, & totum tripliciter, aut quatenus ante partes, aut ex partibus, aut in parte. Eæ quidem igitur ante partes totalitates, ut plato nīci dicunt, principales unitates sunt. ex quarum unaquæq;, cognatus ipsi numerus generatur, unitate quidem existente ipsis participatiua, cum multæ ex ipsa secundū progressum factæ sint, quæ & partes illius dicuntur, quatenus quidem illa est causa ante ipsa. Hæc autem omnia diuidunt existentiam ex ipsa. propterea quod in multitudinem extendatur, & omnia reducuntur in illam, tanquam unicam, & principalem, atq; excellentem eas, quæ sub ipsa sunt. Ex omnibus autē collectio totum est, quatenus ex partibus his particularibus unitatibus copulatum est. Singula uero harum unitatum, ex quibus multitudo, totum in parte est. Aliquis enim homo, cum sit pars ipsius simpliciter hominis, totam in seipso, & indeficientem illius, secum semper fert rationē & totum in parte est, tanquam in parte toti, totum habens, totum secundum rationem. species autem totum est quatenus ex partibus quibusdā, quæ sub ipsa sunt, componitur. Et genus rursus ex speciebus, ut si species deficiat, mutiletur ipsum, ut genus, totum: & si aliquod singulariū, mutiletur ipsum, ut species totum, non secundum proprias rationes. Non enim quatenus substantia est animata sensibilis, animal mutilabitur. Si equus deficiat, aut bos, aut aliqua specierum altera. Sicuti neq; quatenus animal gressibile bipes, homo, Socrate deficiēte, aut platone. Sed quoniam ipsa ita uniuersalia, ut mentalia, in agendo hoc esse habent in eo quod contineant ea, quæ sub ipsis sunt, & prædicentur de ipsis. Si aliquod deficiat eorum, quæ sub ipsis sunt, mutilata

Tripliciter
spēs dicitur

Dubita.

Solutio.

Dubita.

Ratio.

Totū tripliciter
dicitur



sunt s̄m defectiōē, illud minime cōtinentia, neq; uero de illo prædicantia. Dicunt̄ aut̄ talia tota in partibus, quatenus in his, quæ sub ipsis sunt, spectantur tota, secundum proprias ipsorum rationes. Non enim ut pes, aut manus, ita genus totum est ad speciem, aut species ad singularia, sed quatenus seipsa tota distribuuntur his, quæ sub ipsis sunt: & tota in ipsis spectantur.

Tex. 19.

Tex. c. 73.

Com. 241

Diuisiones autem secundum differentias utiles sunt ad sic procedendum.

Methodus quidem requisitionis definitionum, tradita est sufficienter, quantum ad præsentem usum. Quoniam autem Platonici diuisionem necessariam ponebant methodum inuentionis definitionis, opere præteritum est uidere, in quibusnam diuisio expediat. Diuisiones igitur generum, quæ per differentias fiunt, ita ostendunt, ut nihil syllogistice concludat, sed genera quidem accipiant, ut confessa, oppositarum autem differentiarum, hanc quidem negent, illam uero huic oppositam, ex ablatione illius introducant quemadmodum in prioribus dictum est resolutiuis, atq; in præsentis libro. Solum autem expediunt ad colligendum ea, quæ per se inhaerent propositæ rei, cuius quærimus assignare definitionem. Ex quibus effendi ratio componitur, non tamen demonstratiue, sed ut dictum est, ita, ut sit apparentem ostensionem ex diuisione fieri, talem, qualem, & iterum accipiendo omnia apparentia ostendantur. Tanquam indifferens uideatur, siue & ante diuisionem in initio, accepta sint hæc, siue sane, & post diuisionem. Verum & quando nos descendimus per ea, quæ in medio sunt, nihil reliquentes in diuisionibus, nõ parum quiddam confert in definitiones. Reperimus enim inde, & quænam prima, & quænam secunda sunt, quænam continentia, & quænam contenta, quod nobis non mediocriter expedit, ad rectam eorum, quæ in definitionum compositionem accipiuntur, dispositionem. Non enim parum differt hoc, uel illo modo ordinare, sed oportet præordinare ea, quæ magis continent, & subordinare ea, quæ minus. Sin autem, fatua dicemus. Sit enim definitio hominis, animal mansuetum bipes, non mediocriter nempe differt ita dicere ordinantes, quæ commutantes bipes animal mansuetum dicere, qui enim post ipsum bipes animal intulit, fatuum quoddam dixit, cum causam dederit suspicari, quod bipes sit, id quod non sit animal. Præterea uero, est & alterum dicere, in quo definitionibus diuisiones expediunt. Hoc autem est, nihil relinquere eorum, quæ in eo quod quid est sunt, uidelicet, differentiarum perficientium definitionem. Nam secundum conuenientem ordinem diuisiones facientes differentias omnes inueniemus indefectuose, ex quibus definitio componetur. Aliter autem non possumus hoc recte agere, quam per solam diuisionem. Quoniam pacto uero fiat, per exemplum erit magis perspicuum. Quando enim differentias excellens acceptis genus ut animal, ac uelis hoc diuidere non oportet te accipere qualibet differentias, sed huic propinquas, sicq; deinceps, atq; hoc modo omnia reperies indefectuose, quæ in eo quod quid est prædicantur, & quando hac procedens uia in extremam deuenieris differentiam, tunc delecta cum genere componens, habebis integram definitionem, ut si queratur definitio hominis proximum ipsius accipies genus, quod animal est: hoc diuides in uolatile, natatile, gressibile, gressibile in habes pedes, & carens pedibus, & habens pedes in bipes, quadrupes, multiples, hoc extrema differentia est. Cum igitur componantur ea, quæcunq; insunt homini, erit tibi integra definitio, hominem esse dicenti animal gressibile, habens pedes, bipes. Sed unde nobis diuidentibus genus, licebit cognoscere, an generi propinquas differentias accepimus, an non? Quando ipsum diuidamus, oportet considerare, oppositas differentias, & siquidẽ totum diuidunt genus, ut nihil extra ipsum relinquatur, propinquæ ipsi sunt. Si autem aliquid acceptarum differentiarum extra genus est, omnibus, quæ contradiuiduntur relictis, perspicuum est, quod haud propinquæ acceptæ fuerunt, sed eorum, quæ sub ipso sunt alicuius sunt diuisiuæ. Animal enim diuidentes in totipennum, & fissipennum, totum minime compræhendimus, in uolatile uero, natatile, & gressibile, nihil extra ipsum dereliquimus. Quare illæ quidem non animalis diuisiuæ sunt, sed alicuius eorum, quæ sub ipso sunt, uidelicet, uolatilis. Eæ autem animalis, sunt, quatenus ipsum totum ad unguem cedunt. DIVISIONES AUTEM SECUNDUM DIFFERENTIAS, UTILES SVNT AD SIC PROCEDENDVM. Cum methodum præbuisset inuentionis definitionum. Contradicit nunc his, qui aliter, quam ipse, inueniri definitiones dicunt. Platonici enim ex diuisione, constituere tentabant definitiones, Minime tamẽ in præsentia, ut prius uidebatur facere, inutiles penitus diuisiones ad definitiones ponit, sed dicit aliquantulum ipsis sunt utiles.

sunt utiles. Nos quidem igitur, inquit, hæc de definitionum inuentione dicimus. Diuisiones autem generum sunt: quæ per differentias in species fiunt. hoc enim est illud secundum differentias genera diuidi. Quemadmodum, & Porphyrius in introductionibus dixit. per quas diuidimus genera in species. Vtiles igitur sunt ipsæ, inquit, ad has sic exercendum, ut procedens dicit.

Quemadmodum tamen ostendunt dictum est in prioribus.

Nam dixit quidem de his in prioribus analyticis. mentionem autem, & hoc in loco facit, quod ostendunt quidem. sed necessarium nihil. sed ex eo quod accipitur, & supponitur.

Com. 242

Vtiles autem profecto essent hoc modo solum ad syllogizandum quod quid est.

Utilitatem ex hoc diuisionis demonstrat. ad colligendum, inquit, quod quid est. uidelicet, definitionem expediunt, quæ ex differentibus partibus constituitur. hoc enim est illud SYLLOGIZANDVM significans in hoc loco, sed non per syllogismum ostendere. Dixit enim præassumens, quod non ostenditur definitio per syllogismum, & quod diuisiones non syllogizant, nisi debiliter, accipientes id, quod quæritur. Congregant autem quod quid est diuisiones. genus accipientes, & diuidentes in differentias, eo usque in ultimas differentias deueniant. Tuncque dum componuntur omnia cum genere perficiunt definitionem. sicut, & ipse cum in aliis facit, tum in moralibus ad Nichomacum, inueniens definitionem.

Com. 243

Atqui videretur utique nihil. sed statim accipere totum, quasi si ex initio, acciperet aliquis sine diuisione.

Quamquam uideatur fortasse aliquid ostendere diuisio. tamen si re uera inquirat aliquis, nihil aliud facere uidebitur, quam accipere omnia, ut confessa. itaque, tanquam si, & absque diuisione ex initio statim, cum nullum impenderit negotium, quispiam hæc acceperit,

Com. 244

Differt autem aliquid prius, et posterius prædicatorum prædicari. ut dicendo animal mansuetum bipes, aut bipes animal mansuetum.

Tex. c. 74

Parce uidetur diuisionum confiteri utilitatem, cauens quasi ipse sibiipso resistere, prius quidem cum carperet ipsas tanquam inutiles. nunc autem ostendens quod expediunt. Etenim ipsum, quod conatur ipsarum dicere conducibile, & modice, & defectuose profert, & ipsarum interdum dispergens calumniam. Volens igitur dicere, quod ad recte disposite accipiendum partes definitionum conferunt diuisiones, non sustinet hoc dicere manifestius. sed differentiam dicit inordinationis, & rectæ ordinationis definitionum. hancque cum quadam attenuatione, & repræssione. Differt autem aliquid dicens prius, & posterius prædicatorum prædicari. Atqui non modica ipsa, sed magna est differentia, hoc, uel illo modo accipere. & ingens quoddam peccatum, inordinate ipsarum partes componere. Quomodo autem errent ii, qui inordinate in eo quod quod est prædicata componunt, sufficienter dictum est.

Com. 245

Si enim totum ex duobus est, et unum quiddam animal mansuetum, rursusque ex hoc, et differentia homo, aut quo quomodo est, quod unum fit, necessarium est diuidentem petere.

Iterum inter utilitatem diuisionum, ipsarum calumniam ponit, ubicunque ipsam immiscens, & confusionem quandam faciens. ut obscurat ipsarum utilitatem. Nam non solum inquit cum multimembres sint definitiones, eo quod plures cum generibus componantur differentiarum, petendo uniuersa, definitiones diuisiones perficiunt. sed etiam quamuis paucissimas partes definitionem perficientes posuerimus, neque has potest diuisio sine petitione constituere. ut si ex duabus partibus definitionem dicamus componi. pauciores enim his dicere non contingit. ueluti cum unum quoddam acceperimus, animal mansuetum, & genus innominatum hoc posuerimus, Deinde ex diuisione differentiam aliquam sumpserimus, aut bipes, aut aliud, ex qua, & genere unum quiddam faciamus, siue hominem, siue aliquid aliud, necessarium est in diuidendo petere. eo quod diuisio sine petitione nihil suppeditet eorum, quæ in definitionem conferunt. Vt si animal mansuetum esset genus, quod hominem uolentes definire accipiamus, diuidemus hoc in gressibile, na-

Com. 246



tatile, & uolatile. Vtrunq; autem derelinqentes natatile, & uolatile, gressibile accipiemus. Cum nihil quod gressibile homo sit ad ostendendum contenderimus, ut & genus ex petitione accipiat. illud autem SI ENIM TOTVM EX DVOBVS EST, de definito dicit, si totū ex duobus, & non pluribus componitur, & genere, & una differentia. Oportet uero, ut duo, hæc accipere, diuisim quidem illud SI ENIM TOTVM EX DVOBVS EST, diuisim autem illud ET VNVM QUIDDAM ANIMAL MANSVETVM, ut subintelligatur, & in hoc illa SI cōiunctio postea at utraq; assignet illud NECESSARIVM EST DIVIDENTEM PETERE ut sit id quod dicitur tale, quod & si ex duobus solis definitio perficiatur, tanquā qđ paucissima sint, & si hæc duo ut genus innominatum sint. tamen etiam oportet addere his alterum in confectio nem definitionis. Nequaquam enim aliter diuisio procederet, nisi peteret.

Tex.c. 75 *Amplius autem ad nihil relinquendum in eo quod quid est sic solummodo contingit.*

Com. 147 Hæc est altera diuisionis utilitas. Quoniam enim eligentes partes definitionis oportet omnia ea, inuenire ad unguem, quæ in eo quod quid est prædicantur, atq; ex his componere definitionem. Inquit hoc non profecto esset aliter fieri, quam per diuisionem. postea uero regulam quandam diuisiuam tradit, ad nihil prætermittendum eorum, quæ in eo, quod quid est prædicatur, non enim temere, hoc possumus recte facere.

Nam tametsi primum accipiat genus. Siquidem inferiorum aliquam diuisionum accipiat, nõ incidet omne in hoc. Vt non omne animal sit, aut totipennum, aut fissipennum.

Com. 148 Primum genus, inquit, quod differentiarum omnium, quæ post ipsum sunt subiectum est, quoniam genus est & reliquorum unumquodq; quod cum primo componitur. eo usq; indiuiduæ speciei æquabit composita. Animal enim gressibile, aut animal uolatile, Genus est, sed non primum hominis, aut corui, sed animal est primum. Quando igitur, inquit, primum genus accipimus, definitionem alicuius earum, quæ sub ipso, sunt, specierum constituere uolentes. Quo modo diiudicabimus si nihil derelinquamus? id est si ea, quæ statim post ipsum sunt accipiamus, & non ea, quæ his sunt inferiora, Ex eo quod omne, quod diuiditur incidat, aut non, in ea, quæ ipsius diuisiua accipiuntur. Nam si ea quæ statim post ipsum sunt aliquis non accipiat, sed inferiora non perdet omne, quod diuiditur. in ea, quæ accepta fuerunt. Vt si quis animal in totipennum, & fissipennum diuidet, non enim omne est hoc, aut illud, animal. sed est extra hæc, animalis, quod horum neutrum est. Quare non eorum quæ post ipsum, ipsa accepta, sed inferiorum sunt. Hoc igitur est, quod dixit, quod si inferiorum aliquam diuisionum accipiat, non incidet omne, in hoc. Inferiores dixit diuisiones, quæ sunt post eam, quæ proxima est generi, & ipsi magis conueniunt, non generi. ¶ Sed quomodo singulariter dixit: illud non incidet in hoc cum diuisio in unum minime fiat. sed in duo ad minimum. ¶ An secundum modum diuisionis. Illud singulare accepit, Nam quamuis plura, quam unum sint, in quod diuiditur, id quod diuiditur, tamen modus unus est, secundum quem diuisio accepta est. Velut si quis animal secundum particulas diuidat specierum. quæ sub ipso sunt, in habens pedes, & carens pedibus, aut secundum locorum differentiam, in quibus uersantur. sicuti aëria dicimus, & terrestria, & aquatilia, aut secundum modum transitus ut uolatile dicimus, gressibile, & natatile. aut & quia oppositio una est & si termini diuersi sunt.

Sed uolatile animal omne huius enim differentia ipsa est.

Com. 149 Totipennum quidem inquit, aut fissipennum, non omnes animal simpliciter est. Volatile autem omne est, aut totipennum, aut fissipennum, quatenus hæc est differentia uolatilis animalis, sed non simpliciter animalis.

Prima autem differentia est animalis, in quam omne animal incidit.

Com. 150 Dicta quidem, inquit, differentia non animalis est, sed uolatilis, quod sub animal est. illa autem est potissimum, & proprie differentia animalis, in quam omne ipsum diuiditur, ut nihil ipsius sit, extra hæc, siue secundum loca sit, ut dictum est prius, siue secundum partes specierum. siue secundum aliquid aliud. quod ea quidem quæ est uolatilis, una cum his, quæ cōtradistinguntur ipsi.

tur ipsi, uidelicet, natatili, & gressibili, habet, cum omne in ipsam animalis incidat. ea autem, quæ est totipenni, & fissipenni, minime. Eæ uero, ea, quæ sub animali sunt, diuidentes in altera, sunt quidem quodammodo, & ipse animalis differētiae. Differt enim animal ab animali, eo quod hoc quidem totipennum est, hoc autem fissipennum. Eorum enim quæ subalternatim ordinantur, nihil prohibet easdem esse differentias, sed secundo, & per medias species, quæ sub ipso sunt.

Similiter autem, et in vnoquoque aliorum, et eorum, quæ extra, et eorum, quæ sub ipso sunt, ut in aue in quam omnis auis, et in pisce, in quam omnis piscis.

Quemadmodum, inquit, in animali se habet, quod oportet primas ipsius accipere differētias, hasque tales esse cognoscimus, eo quod omne quod diuiditur in ipsas incidat. ita & aliorum uniuscuiusque differentiae se habent, siue eorum, quæ extra animal sunt, siue sub ipso. Ut extra animal, & quæ supra ipsum sunt, sicuti animatum, & quæ contradistinguuntur ipsi, ut plāta, ueluti rursus intra ea, quæ continentur. Etenim animati est differentia, in quam omne incidit animatum, & plantæ similiter, iterumque auis, & piscis similiter. Com. 251.

Sic igitur procedenti est scire, quod nihil relictum est, aliter autem, et relinquere necessarium est, et nescire.

Si ita, inquit, fiat, & primas semper differentias eius, quod diuiditur, accipiat aliquis, uia procedens in inuentionem definitionis, poterit scire, quod nihil eorum, quæ in eo quod quid est sunt prætermisum est. si autem hoc modo, sed alio faciet, necessarium est, & relinquere aliquid eorum quæ in eo quod quid est sunt, & nescire quod dereliquerit. Si enim nouit, quod prætermisum est. Cognouit profecto, quod neque proprias, & primas diuisi accepit differentias. Qui uero non primas, ut primas accepit, & improprias, perspicuum est, & derelictum sit ignorauit. Nūquid autem neque hoc statim accepit in probationem utilitatis diuisionis, sed ut ostēdat, quod neque in hoc simpliciter confert diuisio, dico autem, quod nihil relinquatur eorum, quæ conueniunt definitioni, sed modus sumptionis differentiarum. Atqui si errores male precedentium scientiis applicabimus, omnes uitabuntur, Sunt enim in omnibus, qui indocte exercent ipsas. Quemadmodum & in ipsis syllogismis, qui in syllogistice syllogizant. Vniuersaliter enim secundum modum procedere scientiæ est, præter modum autem, & præter rationem, imperiti est. Com. 252.

Nihil autem oportet definientem, et diuidentem, omnia scire entia. Atqui impossibile dicunt esse quidam differentias scire, quæ pertinent ad unumquodque, nescientem unumquodque. Tex. 10.
Tex. c. 76

De definitione quomodo uenietur, & quomodo ipsi diuisio utilis sit. dictum est. Quoniam autem Pseusippus probabilem quandam rationem asserre uidetur, per quam definitiuam conabatur, destruere, & ostendere impossibile esse definire. Par est non transgredi rationem inconsideratam, quasi offendiculum quoddam in impedimentum processus secundum scientiam. sed euellere è medio argumentis, ex ueritate. Intentio inquit, definiendi est, propriam substantiam demonstrare definiti. hoc autem non mehercule aliter fiet, nisi quispiam ipsum ratione à reliquis distinguat, sed profecto non distinguet priusquam differētias nouerit, quæ ad singula pertinent. At meherculæ differentias ad singula ignorabit, nisi nouerit unumquodque. Quare ut aliquid definiat quispiam, scire ipsum opus est unumquodque. Quod autem necessarium sit scire differentias, quæ pertinent ad unumquodque eius, quod proponitur, uolentem per definitionem distinguere ipsum ab aliis. Conspicuum est. Si enim non est differentia ad unumquodque, nihil differt ad unumquodque, differentia enim differt, id, quod differt. Si autem differt ad unumquodque, idem est cum unoquoque. Atqui diuersum est. Est ergo differētia. Sed si est, oportet ipsam scire. Nam secus, nec quod differet ab unoquoque sciet, neque ergo rationem assignabit ipsum ab aliis diuidentium. Ut igitur definiatur aliquid oportet omnia scire. ista quidem est ratio Pseusippi per quam uidebatur destruere definitionem. Et primum quidem hoc cauillum est. Quoniam æquiuocam existentem differendi uocem, simpliciter accipiebat, neque enim quod ab aliquo indifferēs est, rursus specie idem est, neque quod secundum aliquid differt, ex necessitate specie diuersum est. nam in eisdem specie multas uidemus esse differentias inuicem, uidelicet, quæ non sunt per se, sed per accidens, sicuti & in his, quæ diuersa specie sunt, communitates similes complures non solum uero specie, sed etiam in his, quæ genere. Albus enim erit, & lapis, & homo. compluraque alia similia in diuersis. Com. 253.
Rō Pseusippi conātis dīstruere definitioj nem.



sis genere, eandem reperiuntur, primus quidem Pseusippi hic erat error. Deinde quòd nō necessarium sit id, quod profert, ex hoc argumentatur. Quando enim is, qui ea, quæ in eo quòd quid est sunt, eligit, diuidens genus oppositas differentias sumpserit. & quid omne, quod proponitur, aut in hanc oppositarum differentiarum incidet, aut in illam. atq; hoc cognoscit. nihil refert ad hoc, siue nouerit, siue ignorauerit in quibuscunq; aliis, aut eadem differentia sit, aut eadem opposita dicatur. Vt dum quæraturs definitio hominis. Cum diuiserit quispiam animal in rationale, & irrationale, atq; acceperit, quòd sub rationali sit omnis homo, noueritq; hoc. nihil interest, siue nouerit, siue non, in quibuscunq; aliis, præter hominem, aut rationale, aut irrationale dicatur. satis enim est ipsi ad propositum scire tunc breui, quod sub rationali omnis homo est. Nāq; hoc manifestum est, & nullam postulat demonstrationem. Quod si aliquis ita procedens deueniet in huiusmodi, quæ totam congregationem electarum differentiarum suscipiant una cū genere, nullamq; differentia secundum speciem ipsis sit, inuenit propriam eius, quod quæritur definitionem. Hæc autem sunt indiuidua, quæ sub definitione sunt. Aut sane hoc modo, aut quando uia procedens in colligendo differentias, deueniet in tale, ita, ut totum conuertatur cum proposito, habebit iam definitionem ipsius. Sed neq; hoc dicere Pseusippus habebit. quòd oppositis existentibus differentiis, quæ secundum diuisionem accipiuntur dicat, quoniam in alteram oppositarum incidit id, quod diuiditur, petitio sit. ex necessitate enim hoc est. Nā si proximæ eius quod diuiditur, & propriæ differentia accipiuntur, non contingit, non in alteram oppositarum propositum incidere. Et est hoc non petitio, sed dignitas, nisi profecto, & alteram partem contradictionis uerificari, petitionem dicat aliquis. Quoniam & diuisiones certiores, secundum contradictionem fiunt. ut substantiæ in corpoream, & incorpoream. & corporis rursus, in animatū, & in animatum. & deinceps similiter. Eæ enim quæ accipiuntur priuationes æquipollēt negationibus. NIHIL AVTEM OPORTET DEFINIENTEM, ET DIVIDENTEM OMNIA SCIRE ENTIA, Cum nobis methodum tradidisset de uenatione definitionis docuissetq; præterea, quomodo in ipsam diuisio conferat, Quæstionem quandam soluit, cum de diuisione, tum de definitione moram. Quam quidem nouit Pseusippus, destruerere utraq; uolens. Vt enim aliquis (ait ille) diuidens definitionem constituat. Oportet hunc omnia scire, sed hoc est, impossibile, quare & diuidere, & definire. Cui philosophus contradicit, quòd non est opus definiendi omnium cognitione, uel diuidenti. Atq; hoc prius ostendit, cum prius rationē exposuisset, per quā Pseusippus tollere tentabat definitionem, & diuisionem.

Atqui impossibile dicunt esse quidam differentias cognoscere, quæ pertinent ad unumquodq; nescientem unumquodq;.

Com. 254

Nos quidem inquit, ita dicimus, sed sunt nonnulli, qui dicunt impossibile esse scire differentias, quas habet id, quod definiendum proponitur, ad unumquodq; eorum, quæ sunt præter ipsum, nisi nouit unumquodq;. Omne enim differens ab aliquo, differentia aliqua differt. Si igitur definitio distinguet definitū ab aliis omnibus, quæ præter ipsum sunt. oportet ipsam differre ab unoquoq; illorum. & quoniam differens à differente differt. differt etiam à definito omnium unumquodq;, sed differens differentia differt. Oportet ergo scire, & uniuscuiusq; entium differentias, secundum quas unumquodq; à definito differt. qui uero nouerit differentias alicuius, nouit etiam substantiam illius. Definiens. ergo aliquid, nouit etiam differentias ipsius, quas habet ad unumquodq; aliorum, & uniuscuiusq;, quis habet ad ipsum, & unumquodq; illorum.

Sine autem differentiis non esse unumquodq; scire, a quo enim non differt cum hoc idem esse, a quo autem differt alterum ab hoc.

Com. 255.

Hoc probatiuum est eius, quòd necessarium sit, scire differentias ad unumquodq;, quibus differt ab unoquoq; propositum definitum. Vnumquodq; autem superius quidem eorū, quæ sunt præter definitum dixit, hic autem definitum ipsum dicit. Vnumquodq; enim inquit definitum non est scire, nescientem differentias secundum quas ab aliis differt. ad quod enim nullā habet differentiam, secundum quam differat ab illo, idem cum illo est. sicut rursus ad quod differentiam habet aliquam, secundum quam differat ab illo, diuersum ab illo est: quam oportet scire, ut sciamus quòd differat. Sin autē illam scimus, neq; quòd differat sciamus, & idem cū illo esse depræ-

esse depræhendimus. Dicendum est autem, & altero modo, ATQVI IMPOSSIBILE DICUNT QUIDAM ESSE, DIFFERENTIAS SCIRE, QUÆ PERTINENT AD VNVMQVODQVÆ, NESCIENTEM VNVMQVODQVÆ Dicunt Pseusippici, quod impossibile est ad unum quodq; entium scire differentias definiti, nisi & unumquodq; illorum nouerit quispiam. non enim possibile est scire si differt hoc, ab hoc, nisi aliquis quoq; utraq; cognoscat. Nam si hoc quidem nouit, hoc autem ignoret, nesciet si inter se differat. fortasse enim differunt, sed ille quidem ignorat in quo differunt, cum & utraq; minime nouerit. Nam si Dionem quidem noscam, socratem autem ignorem. haud nossi si ambo isti inter se differant, nisi secundum quandam coniecturam, secundum certitudinem autem, minime. SINE AVTEM DIFFERENTIIS NON ESSE VNVMQVODQVÆ SCIRE, A/ QVO ENIM NON DIFFERT, IDEM EST CVM HOC, A/ QVO AVTEM DIFFERT, ALTERVM AB HOC, Sed si nouit, inquit, unumquodq;, nouit etiam illi adherentes differentias. Si enim minime nouit uniuscuiusq; entium differentias, secundum quas à definito differt. neq; si differat nouit. Ignorans uero si differat, sciet esse idem, nam à quo non differt aliquid, idem cum eo est: sicuti & à quo differt, diuersum ab hoc est. Omnis enim differentia diuersitas est. Quoniam igitur non noscit differentiam, ignorauit si differt. Si autem nouit si differt, quodcumq; secundum ipsum est, non erunt diuersa inter se. Verum si haud diuersa, ergo eadem. Ut igitur definitum, quatenus definitum sciatur, id est, quatenus ab aliis distinguitur, & differens est. Quod definitionis intentio est. Oportet unumquodq; aliorum scire, & uniuscuiusq; differentias, sed hoc impossibile est impossibile ergo, & quicquā definire est.

Primum quidem igitur hoc falsum est. non enim secundum omnem differentiam alterum est, multæ enim differentia sunt in eisdem specie. non tamen secundum substantiam, neq; per se.

Tex.c. 77

Prius ad proximum responder, tanquam male dicente pseusippo, alterum esse natura id, quod differt simpliciter. Sunt enim multa inter se specie eadem, differentias habentia. At non propter ipsas inter se specie diuersa. propterea quod substantiales non sint differentia, sed accidentales. Quare hoc primum huic rationi, repræhensione dignum est. quatenus differentem uocæ, equiuocam existentem simpliciter proferebat.

Com. 256.

Postea cum accipiat opposita, & differentiam, & quod omne incidit hic, aut hic, & accipiat in altero id quod quæritur esse, & hoc cognoscat, nihil differt scire, aut nescire, de quibuscumq; aliis prædicantur differentia.

Com. 257

Quod quidem præceptum fuit, breui orationem dimisit, propter ipsius certitudinem. præsens uero perfecte ipsum soluit. Demonstrat autem id, quod ex initio dictum est, quod nihil interest definiens, & diuidens, omnia scire entia. Quando enim per diuisionem definiens accipiat ea, quæ contradiuiduntur inter se à genere descendens, & interpretatur, quæ dicat opposita, uidelicet differentiam. Namq; iterum singulari nomine dixit differentiam sic: quæ admodum contradictionem dicimus singulariter, pugnantibus duas contradictorias rationes, secundum diuisionem ueri, & falsi. ita & in hoc loco differentia, duo nominantur termini, secundum quos, Eæ, quæ ex eodem genere species diuiduntur, differunt. Præsertim, quia & secundum contradictionem certiores diuisiones fiunt. Et rationabiliter sicuti contradictorie opposita in unum contra hentes contradictionem dicimus, ita etiam differentiam, ut unum, ea, quæ in diuisione contradiuiduntur. Quando igitur ipsam accipiat, (accipiet autem & hoc,) quod omne, quod sub proposito definito est, aut in hanc partem, aut in illam incidit. id est, quod non contingit in nullo sumptorum terminorum, id quod quæritur esse, sed necessarium est subiacere alteri. postea definite quod in hoc sit atq; hoc noscat accurate ex euidencia. Tunc nullam habet necessitatem, & illud scire, de quibuscumq; etiam aliis prædicantur differentia illæ contradiuisæ, quas accipit. sed nihil ipsius interest quatenus ad propositum, siue nouit hoc, siue non. sufficit enim ipsi ad propositum definiendi id, quod quæritur, scire, quod in hac differentia, & non in opposita ipsa, totum ipsum continetur. Ut cum hominem quispiam proposuerit definire, & posuerit genus, dico autem animal. accipiat rationale, & irrationale oppositas differentias, secundum quas genus hoc diuiditur. Et quoniam omnis homo, aut in rationali, aut in irrationali est. postea quod omnis homo in rationali est, & hoc cognoscat exacte, eo quod secundum rationem ipse exerceat artes,



& scientias. nihil refert ad ipsum in definiendo hominem, siue nouit, siue non, & in quibuscunq; aliis sint istæ differentia. rationale, & irrationale, & in aliis similiter.

Nam manifestum est, Quod si sic progrediens, deueniet in hæc, quorum non est amplius differentia habebit rationem substantiæ.

Com. 258 Terminum diuisioni ex hoc ponit, quousq; procedere debeat, sicq; perficere definitionem, ut nihil opus sit ulterius incognitionem ipsius quod est propositum. Nam sic procedens inquit, q; proposuerit aliquid definire, si in extremam deueniat differentiam. qua addita aliis non amplius in specie differentia diuisio fieri potest, habebit iam propositi definitionem ut quoniam animal gressibile, aut rationale, aut irrationale, est. Irrationale ergo, aut rationale homo est. Atqui irrationale non est, rationale ergo. hoc autem perspicuum est eo quod utatur artibus ipsis, & scientiis. uerum omne rationale, aut mortale, aut immortale est. Atqui immortale non est, mortale ergo. Illud igitur totum diuidere tentet, Dico autem, animal rationale mortale, ac siquidem in differentia secundum speciem diuiditur, nondum ultima differentia mortale est. ut quemadmodum dicunt nonnulli, mentis, & scientiæ capax, & sponte disciplinabile. quales proferunt diuinas quasdam naturas mortales. panas forte, uel ippocentauros, & alia similia, & Dicunt Platonem quoq; Nereidis corpus reperiisse, cadauer extinctum. Ac siquidem hæc sunt, ultima erit differentia, mentis, & scientiæ capax. Quatenus & illa sunt animalia rationalia mortalia. Quatenus autem sponte disciplinabilia, & in hoc ab hominis natura differunt. Sin autem, extrema erit, ipsum mortale, differentia, Nam de his exacte agere, non est præsentis negotii. sed hoc quidē in specialissimis solis est, commune autem est, & generibus, quæ sunt supra hæc, rationem conuerti. Quando enim in talem deueniat differentiam, per diuisiones progressus. ita, ut totum conuertatur cū eo, quod quæritur. ultima differentia, & ratio substantiæ inuenta est. ulterius enim progredi superfluum est, & nugatorium, & fortasse stolidum.

Omnia autem incidere in diuisionem, si sint opposita, quorum non est medium, non est petitio. Nam necesse est omne in altero ipsorum esse, siquidem illius differentia est.

Com. 259. Quoniam in diuisionibus, indemonstrabiliter, alterum quidem oppositorum renuimus à diuiso, prædicamus autem de ipso alterum, Par erat aliquem suspicari, quod petitio sit acceptio ista prædicationis indemonstrata. Quemadmodum, & ipse uidebatur superius dicere. Idcirco inquit, quod si opposita sint, hæc differentia, quæ diuidunt genus, ut nihil sit inter ipsas, sed æqui polleant contradictione, ea, quæ accipiuntur. dicendo, quod omnis proposita species in diuisionem hanc incidit, ut alteri parti eius subiaceat, & non aufugiat utraq; non est petitio, quamuis petitio in petente est, non in concedente. hic autem in diuisione, necessariū aut est, in hoc species, quæ quæritur esse, aut in illo. Si quidem illius, idest diuisi generis, proximæ sunt acceptæ differentia, & non alicuius eorum, quæ sunt sub ipso. sicut erant in animali totipennum, & fissipennum, si enim tales differentias sumpserit aliquis, haud necesse est omnis, quæ sub genere est species, aut sub hanc, aut sub illam referri. Sed si propinquas, necesse est. Clarus est Aristoteles de misso impetu, quem in diuisionem prius sæpenumero susceperat, & contraxerat contra ipsam. Qui sanè non solum quomodo utiles est ad definitiuam, tradit, uerum etiā aduersus ipsam oppositiones uehementissime dissoluit.

Tex. 21.

Tex. c. 78.

Ad parandum autem definitiones per diuisiones, tria oportet considerare.

Com. 260

Quomodo quidem per diuisiones eligenda sint ea, quæ in eo quod quid est predicantur, & usq; quo oporteat procedere eligentes. dictum est. Quot autem obseruare opus sit, in parando definitionem, per diuisionem, dicitur nunc. Sunt autem hæc tria, quod omnia quæ eliguntur substantialia sint. & in eo quod quid est prædicentur. nihilq; sit accidentale. quod hæc decenter ordinentur, ut priora natura sint præordinata, & post ipsa posteriora. Et præterea, quod omnia hæc sint, definitum. ut illud, neq; excellat definitioneq; deficiat ab illo, de quo assignata fuit. Primum igitur est, ut neq; pro substantialium, aliquo, accidens aliquod accipiamus in definitione. neq; cum omnia sumpserimus in eo quod quid est, aliquod quoq; accidens addamus. Nam hoc quidem non solum impropriū est, sed etiam falsum. Nihil enim est in eo quod quid est quod

non propositi constituuntur sit, & perfectiū substantiæ. nihil autem tale, est. quod contingit cuiuslibet uni, & eadem, inesse, aut non inesse. hoc autem est, ut ne definitio non æquans sit cum definito, sed saltem re, & si excellat uerbis, Secundum ut ne fatua, & stolta sint ea, quæ dicuntur. Tertium ne definitio non æquans sit cum definito, plura amplectens ipso & si indigeat nominibus, ac non definito magis, sed genus sit innominatum. Sed quomodo horum unumquodq; cōfirmabimus? primū quidem per modos, ad genus, quos in topicis nobis Aristoteles tradidit. Nā quemadmodum ad accidens habemus per loca, quæ ad ipsum pertinent syllogizare, quod inest simpliciter. sic & per ea, quæ ad genus, parare unumquodq; eorū, quæ in eo quod quid est sunt, quod in eo quod quid est de subiecto prædicat. Etenim differentiā unaquaq; cū genere accepta, & innominatū genus est, & in eo quod quid est dicit. Quapropter & differentiās simul cū genere ordinandas in topicis dictū est. Decens autem ordo erit, hæc enim obseruationum secunda est, si primum eorum quæ accipiuntur, primum accipiatur. Sed quomodo hoc erit, si illud accipiamus, quod omnibus consequitur? Natura enim priora, & uniuersaliora, his, quæ post ipsa sunt consequuntur, ut gressibili animal simpliciter, Atq; hoc bipedi, sed non ex contrario. Nam in his, quæ in definitionis perfectionem eliguntur, necessarium profecto est aliquid esse, quod omnibus consequatur, sed non illi omnia. hoc autem accepto facile iam reliquorum erit ordo. idem enim deinceps facientes, conuenientem ordinem inueniemus semper præordinantes id, quod sequitur. Nā quæ admodum animal gressibili consequens, & bipedi, his præordinatum est. sic animal gressibile cōsequens bipedi, ante hoc præordinatum est. itaq; animal gressibile bipes, recto ordine acceptum est. si nihil desit amplius ratio erit hominis. Quod autē nihil desit, sed omnia accepta sint, Quomodo dignoscemus? si quod primum est acceperimus, postea diuidemus, ut forte animal, Aut hoc esse, aut hoc dicentes, ut aut carens pedibus, aut habens pedes. sit autem definitum non hoc, sed hoc. id est non carens pedibus, sed habens pedes. Rursusq; hoc diuidamus, ut totum aliquod & genus in proprias differentias, habens pedes dicentes, aut bipes, aut multipes. At propositum non est multipes, sed bipes. Cumq; ita procedentes in huiusmodi differentiā deuenierimus, ut nō possit diuidi, in species, habebimus, iā definitionem indeficientē. cum nihil in medio prætermiserimus. Quatenus sine ulla transgressione diuisione omni usi fuimus, neq; in fine, cum non amplius ullā inferiorem reliquerimus differentiam, non enim poterat & adhuc diuidi in differentiā specie. sed hoc quidem in specialissimis est, post quas nō sunt species, sed statim singularia. Quod autem commune est omnibus definitis ad nihil relinquendum, id est, si enim ultima addita differentia, post omnem diuisionem intransgressibiliter factam, nihil à tota definitione differt definitū, uidelicet, nulla substantialis ipsi definitio est, quæ non accepta sit, sed æquat ratio ad ipsum & conuertitur, perspicuum est, quod nihil plusquam decet, definitioni conuenit. Sed illa sola accepta fuerunt, quæcunq; in eo quod quid est sunt. neq; quicquā prætermisum est. Omnino, n. id, quod prætermisum esset, aut genus erit, aut differentia, sed genus quidem sumptum est statim ex initio. proximæ uero huius deinceps differentiæ, ita, ut nihil in medio relinquatur. Postremorum autem manifestum, est, quod nullum relictum est. Quoniam postremum non differt specie à proposito. Sed quid dico postremum? ultimam differentiam, quæ coordinata cum his, quæ ante ipsam sunt, nequaquam differt secundum speciem à proposito definito. Ut si animal sit propositum, accepimus genus, hoc autem est substantia, postea diuidimus. Omnis substantia aut corporea, aut incorporea, animal ergo, aut corporea, aut incorporea substantia est. Est sane corporea. Omnis autem ipsa, aut animata, aut inanimata. Est autem animata ipsa, aut sensibilis, aut insensibilis. igitur animal existens substantia corporea, animata, aut sensibilis erit, aut insensibilis. sed est sensibilis. Animal ergo substantia est animata sensibilis. in medio igitur nihil prætermisum est. Quapropter neq; transgressum est, quod autem neq; in fine perspicuū est. Quoniam specie non differt ab animali, ratio dicens, substantia animata, sensibilis. sed conuertitur cū ipso, & æquatur.

Ad parandum autem definitionem per diuisiones, tria oportet considerare, ut accipiatur prædicata in eo quod quid est, & hæc ordinare, quid primum est, aut secundum, & quod hæc oia sint.

Cum nobis methodos tradidisset ad definitionis uenationem, & quantum in ipsam diuisione conferat, necnon oppositionem aduersus ipsam soluisset prouidentia nunc facit certitudinis definitionum, & tres quasdam nobis obseruationes tradit. Quas obseruare oportet in inueniendo

Com. 161.



definitiones per diuisiones. Eæ autem sunt, ut accipiantur prædicata in eo quòd quid est. id est, ut illa accipiantur in compositionem definitionis, quæcunq; in eo quòd quid est prædicantur. uidelicet, quæcunq; substantialia sunt. Quæ sunt genus, quòd differentia, ut nullum prorsus accidens in definitione accipiat. Deinde recto ordine disponere ipsa, ac non cõfundere horum recte ordinatam positionem, priora posterius ordinantes, & posteriora prius. Et tertia est, quòd hæc omnia sint definitum, ut ne quicquam quidem superfluum maneat, d parandum autem dixit definitionem, non demonstrandum, aut syllogizandum, ostēdit enim quòd definitio neq; per demonstrationem, neq; per syllogismum paratur. Quoniam autem, & sine syllogismo, est per alios modos fieri apparatus. sicuti & ipsum definitiōis, per diuisionem, aut resolutionē, sed non per demonstrationem, aut syllogismum: iccirco ita dixit.

Est autem horum vnum primum, per quòd possumus, quemadmodum ad accidens syllogizare, quòd inest, & per genus parare.

Com. 161. Docet per hæc nos, quomodo poterimus unamquamq; harum recte efficere obseruationum & in primis, primam. Sicuti enim inquit, accidens, quòd inest probamus per loca tradita in topico negotio, sic & per genus, id est per generalia loca, idem autem est dicere per ea, quæ ad genus pertinent, tum genus probabimus, tum omnia, que in eo quòd quid est sunt. nam per ipsa & genus, & differentia probatur. Quoniam, & in topicis ita dixit, quòd differentia simul cum genere ordinande sunt. Nam quia accidens est id, quòd neq; genus neq; species, neq; differentia neq; proprium est, inest autem rei. Is quidem, qui accidens probat, quòd inest solum debet probare. Qui autem genus, quòd ut genus inest. similiter & reliquorum unumquodq; nō solum quòd inest, sed etiam quòd ita inest, cui profecto inest.

Ordinare autem, sicut oportet, erit, si primum accipiat. hoc autem erit, si acceptum sit, id, qd̄ omnibus consequitur. Illi autem non omnia, necesse est enim aliquid esse huiusmodi.

Com. 163. Secunda ipsa est obseruatio, cuius, & ipsius rectam effectiōem tradit. ut. n. recto ordine accipiantur partes definitionis. Opus est inquit primum accipere eorum, quæ in eo quòd quid est prædicantur de proposito definito. Primum autem accipietur, si illud sumamus, quòd omnibus consequitur, illi autem omnia alia, minime. prius enim natura esse didicimus id, quòd simul aufert, & non aufertur cum quo idem est ipsum quidem consequi aliis, ipsi uero alia, minime. Nam in prædicatis in eo quòd quid est necessarium est aliquid tale reperiri. ex quo alia procedētia secundum diuisionem, elucescant. quòd est genus, cum natura sit prius his, quæ ex ipso procedunt. si enim genus non sit. Quomodo erit ex genere per differentias in species diuisio?

Accepto autem hoc iam, idem modus in inferioribus est. secundum enim aliorum primū erit, & tertium consequentium.

Com. 164 Post acceptionem primi, inquit. Reliquorū ordo facilis iā erit. quòd enim in primo fecimus. & hoc primum aliorum esse cognouimus, eo quòd ipsum quidem omnibus consequatur, illi autem minime alia omnia. Hoc modo poterimus cognoscere, & quòd post primum debent ordinari. quòd enim post primum aliis consequitur, ipsi uero alia minime, hoc ordinabimus secundum, & similiter, tertium, primum consequentium, itaq; in omnibus si adhuc plures extant definitionis partes.

Remoto enim superiori, consequens aliorum primum erit. similiter autem & in aliis.

Com. 165. Si enim primum abstuleris, & omnibus consequitur, quòd post ipsum sit. reliquorum erit primum, & hoc rursus sermo eo, quòd post ipsum est, reliquorum etiam erit primum, & usq; ad ultimum eadem ratio est.

Quòd aut omnia hæc sint, manifestum est, & ex eo quòd accipiamus primum secundum diuisionem, quoniam omne, aut hoc, aut illud est. est autem hoc, & rursus huius toti differentiam, ultimi autem non amplius esse differentiam.

Com. 166. Tertiam, & ultimam obseruationem, nobis tradit, quomodo si recte efficiamus, habebimus

notam, illud autem OMNIA dupliciter oportet accipi. & quod omnia hæc de proposito in eo quod quid est prædicentur, & quod hæc sint omnia, quæ in eo quod quid est, sint. & nihil plus his, ita ut neq; excellent, neq; deficient. & propria quidem est in specialissimis cognitionis metho- dus. communis autem altera est, Quæ & non specialissimis conuenit. & tandem de propria dicit quod manifesta erunt omnia hæc, si primum accipiamus diuisione. uidelicet, diuidentes ipsum specificis differentiis, & ponentes propositum sub differentiam, quæ in ipso spectatur: Diuisiua enim generum specierum constitutiua sunt. & deinceps similiter donec in ultimam differentiam deueniemus. ultima autem differentia est, post quam, non est in species totum compositum diui- dere. Tunc enim specialissimi erit definitio, quod nobis propositum fuerat, exempla autem & hu- ius, & sequentis dicta fuerunt prius.

Vel etiam statim post ultimam differentiam, à toto non differre specie amplius.

Hoc est, quod dicebamus, & non specialissimis conuenire. ultima enim differentia dupliciter dicitur, hæc quidem simpliciter, hæc autem ad aliquid. & simpliciter quidem est, post quam nõ est differentia, & quam non est diuidere. sicuti est mentis, & scientiæ capax. in hoc differens à risi- bili. quoniam hoc quidem ex materia, illud autem ex forma accipitur. Tale est in triangulo ha- bere duos rectos, & alia similia complura in aliis, atq; aliis, inueniuntur speciebus, cum sint differentia specificæ quoniam ex forma accipiuntur, & propria fortasse, sed non simpliciter. sed quatenus differentia ultimæ, & solæ speciei, singule ipsarum inhærent. ad aliquid autem diffe- rentia ultima est, quæ potest quidè diuidi, quatenus habet post ipsam differentias. Ultima autè dicitur quatenus ad definitum, in quo cum his, quæ ante ipsam sunt accipitur ipsius quod quid est esse rationem ipsi perficiens. & perfectum faciens ipsum, ut non amplius opus sit, post ipsam additione ulla, ut conuertatur cum proposito. Et ultima quidem simpliciter differentia in solis quidem reperitur specialissimis. Ultima autem ad aliquid & in non specialissimis. Nam sensibile uel ut quidam dicunt, secundum locum mutabile, differentia existens animalis constitutiua, ipsi quidem ultima est. quatenus post ipsam non amplius additione ratio indigeat in animalis sub- stantiæ constitutionem. Habet tamen alteras differentias post ipsam, per quas diuidi potest, aut igitur illo modo, ut prius dictum est, perfectam esse definitionem sciemus. quod in specialissimis conuenit. aut eo quod accepta ultima ad definitum differentia statim à tota ratione nihil diffe- rat, secundum speciem, definitum, sed æquetur cum ratione, & conuertatur cum ipsa. Nam si, & omnia accepta in eo quod quid est de proposito dicuntur, recteq; disposita sunt, & composita ratio ni- hil differt specie ab eo, quod queritur. perspicuum est, quod perfecta ratio est. siue specialissimū sit propositum, siue non.

Manifestum est enim, quod neq; plus apponitur, omnia namq; in eo quod quid est accepta sunt, neq; quicquam deest. Aut enim genus, aut differentia esset, genus quidem igitur, quod primum est, et vna cum differentiis hoc acceptum est. Differentiæ autem omnes habentur, non enim amplius sunt posteriores, specie enim profecto differet ultimum, sed hoc dictum est non differre.

Quod perfecta definitio sit ita se habens, ut dixit, ita, ut ultima differentia simul accepta cum his, quæ ante ipsam sunt, nihil propositum differat à toto composito. perspicuum est ex hoc, quia neq; plusquam decet in ipso adiungitur. & hoc rursus perspicuum ex hoc, quia omnia accepta in eo quod quid est sunt. Tunc enim superfluum quoddam, & prolixum rationi adiungitur, Quando cum his quæ in eo quod quid est sunt, etiam aliquid non huiusmodi, una accipiatur. Quod autem hoc non factum sit, perspicuum est, quoniam omnia horum, idem autem est dice- re unumquodq; horum in eo quod quid est sumpta fuerunt. Neq; quicquam eorum, quæ in eo, quod quid est sunt, prætermisum est. & hoc manifestum est ex hypothetico secundum diui- sionem. Nam si aliquid prætermisum est, aut genus profecto esset hoc, aut differentia, Nihil. n. alienum in ratione ipsius quid est esse, accipi debet. Si igitur nihil tale prætermisum est, manife- stum est, quod nihil deest definitioni. Genus quidem quod non prætermisum sit, perspicuum est, Quod enim primum positum est, & una cum differentiis acceptum, hoc genus est. Quod autem neq; differentia, manifestum est & hoc. Omnes enim habentur, idest detinentur, & acce- ptæ sunt. & hoc conspicuum est, eo quod non sit posterior differentia, post accepta. Nam si esset

Dfia duplici
ter of vltima
Com. 167

Com. 168



aliqua differentia proposito inhærens ultra præaccepta, Differet profecto in aliquo secundū speciem à proposito. sicuti. si aliquis hominem assignans quid est, dicat rationale, absq; mortali, specie etiam à mortali differūt. ut sane, & si aliquis animal assignet substantiam animatam. substantia enim animata, sine sensibili, specie differet etiam à sensibili. Quoniam autem ultimum, uidelicet. ultima differentia cum reliqua ratione composita, quæ est, id, quod postremo acceptum est, quod est totum, nihil differre, dictum est ab eo, quod quæritur. nihil deest rationi.

Tex. 22.
Tex. c. 80.
Com. 269

Querere aut oportet intendentē in similia, & indifferentia, primum quid omnia idem habeāt.

Quoniam de definitionum uenatione prius loquentes rectiorem quandam uiam diuisione, & tutiorem modum per resolutionem diximus, Ea quæ communiter in omnibus eiusdem speciei singularibus reperiuntur, rationes esse earum, quæ hæc continent specierū dicentes, & quæ communiter in eiusdem generis indiuiduis speciebus, definitiones esse eorum, quæ has continēt generum. Oportet considerare in huiusmodi quæstionibus nunquid istud commune, cuius indiuiduæ species participes sunt, non genus sit, sed uox quædam æquiuoca, oportet enim & huius scire differentiam, & regulam habere dignoscendi. non enim paruus error est, aut genus uocem opinari æquiuocam, aut contra genus arbitrari, quando fuerit æquiuoce aliquid, quod de aliquibus dicatur. consideratio erit hunc in modum, à singularibus sub indiuiduis speciebus existentibus, oportet, & hoc in loco initium sumere. Et uidere quid ea, quæ sub una qualibet specie de eodem nomine communicant singularia commune habeant. idemq; facere, & in aliis eiusdem speciei singularibus. quæ species continens, & ipsa eodem communicat nomine, quo sane, & continens species, priora exposita singularia eiusdem speciei. ut sint, & ipsa quidem inter se specie eadem, ab illis autem diuersa & uidere, & in his, quid commune habeant. Et si forte altera species sit, eiusdem nominis cum præacceptis particeps. speculari similiter, & singularia, quæ sunt sub hac, quid idem habeant. Cum hæc sane fiant ipsius quod quid est esse ratio uniuscuiusq; specierum inuenitur. Quemadmodum igitur, & prius facere suppositum fuerat, iam certe oportet considerare de speciebus, si, & ipsis aliquid in sit idem, atq; iterum, donec profecto in unam quandam definitionem, acceptis omnibus speciebus communem deueniemus. Si igitur ab his ita facientibus ratio quædam communis inuenta sit, acceptis speciebus, & ista erit generis definitio, cuius tum nomine, tum ratione hæc species participes sunt, & illud specierum erit genus. Sin autem in unam rationem species deueniant, communem ipsis omnibus, sed in plures, & diuersas, non est genus unum esse commune speciebus; neq; ipsæ genere unum sunt, sed plures. Sic igitur facientes non solum, & indiuiduarum specierum, & generum, quæ sunt supra ipsas, rationes facile inueniemus, incipientes inferius, & à notioribus nobis, sed etiam si uox æquiuoca fuerit, & non genus commune, facile hoc modo, aut diuidentes genus à superiori notū habebimus. Sit sane magnanimitas propositi exemplum. sumēdum quoq; est magnanimos singulares, ut idem aliquid inter se habeant ueluti Alcibiadem, Achillem, & Aiace, isti igitur magnanimi confitentur esse, quoniam iniuria affecti non tolerabant. sed Alcibiades quidem iniuriam propulsans bellū gessit. Achilles autem iniuriam ulciscens, succensuit, & græcis laborantibus, haud in prima acie pugnauit. Ajax uero iniurias minime ferens, seipsum interemit. Iterum in aliis singularibus inquiri, qui sane, & ipsi magnanimi fuerunt. Est autem indifferēter se habere ipsos fortunatos, & infortunatos, hæc quidem sunt specierum definitiones exquisitæ ex singularibus. tum eosdem tempore præstare secundum diuersas fortunas, tum minime ferre, iniuria affectos. Cū igitur hæc duo acceperis, considera quidnam commune habeant. & quoniam nihil his commune est, erūt utiq; species magnanimitatis duæ, inter se, & secundum genus diuersæ. & magnanimitas commune his est, ut nomen. hisq; nomine solum eadem. sed non & substantiæ ratione secundum nomen. Opere præteritum autem est non latere, quod idem secundum speciem, & diuersum non secundum subiecta in exemplo acceptum est. sed secundum quæsitum. Alcibiades enim & Achilles, & Ajax, cum Lyfandro, Socrate, & Diogene, quatenus quidem homines sunt, secundum speciem iidem sunt. quatenus autem magnanimi diuersi sunt. Quod sane erat quæsitū. Nemo uero arbitretur singularium esse definitiones, Quoniam ex singularibus has uenamur. neq; enim est singularium esse definitionem, quatenus singularia, propterea quod infinita sunt. infiniti autem scientia non est. Quare neq; definitio, forma enim ista scientiæ est. infinita uero actu non sunt; sed eo quod corrumpantur hæc, & fiant alia. præsertim quoniam non simplicium, & immaterialium

Notandū

rialium specierum definitiones in hoc loco traduntur, Sed & compositarum, & materialiu. hæc autem, quæ in singularibus spectantur, in continuo fluxu, & mutatione fiunt. quomodo in his definitio perspicitur? Sed hæc quidem magis physice dicta fuere. possumus autem, & magis logice dicere. Humanus intellectus cognitione specierum perfici innatus est. imitans ipse speciez creatorem, inferiorum enim perfectio est, Imitatio ad meliora. Oportet autem cognoscibilia habilia esse, & apra cognoscenti, ut ipsis conueniat. Sicuti igitur materiali existenti sensui, singularia nota sunt, quia materialia sunt, ita imateriali existenti intellectui uniuersalia nota sunt per se, quoniam immaterialia sunt. procreatiuam igitur cognitionem, rerum entitas sequitur. Quapropter & ipso uelle solum omnia producere creator dicitur, cognitione autem secundum nos ipsum de finire. Diceret autem profecto aliquis hoc modo, & magis logice. Definitiones ex principiis definiti sunt. sed principia singularium, quatenus singularia, accidentia sunt. quæ enim in omnibus eiusdem speciei communiter reperiuntur, non singularia hæc sunt, sed communes proprietates. cui autem aggregatum est, non profecto in aliquo alio inueniretur, hæc sic sunt singulariu. Talia uero incerta, & non necessaria sunt. Quomodo ergo erit taliu scientia? Sed tam & si uniuersalium definitiones sunt, non iccirco & magis uniuersalia, erunt magis definibilia, indiuiduam enim speciem facilius est definire, quam id, quod de pluribus speciebus dicitur. Ea namq; quæ communiter insunt omnibus singularibus, quæ sub indiuidua specie sunt, ex euidetia existentia nota, rationem speciei continentis ipsa, perspicuam demonstrant. Sicut enim & prius dictum est ex singularibus quidem indiuiduæ speciei definitionem componimus ex speciebus autem generis. Quemadmodu igitur singularia speciebus manifestiora sunt, ita species generibus. Quoniam statim post singularia sunt. Quare definitionem uenari uolens resolutiua potius uti debet, quam diuisiua, à singularibus ad uniuersalia ascendendo. Verum & æquiuationes dum fiunt multi causa erroris proponentibus definire, minus certe delitescerent, à singularibus ascendentibus nobis, quam descendentibus à superioribus in ipsa. Nam si aliquod commune secundum substantiam est, uel non, singularibus, conspicuum ex euidetia est. ac si quidem sit aliquod commune, non æquiuocum est quoddam ipsis dicitur, sed species, aut genus idem. Si autem nihil sit, nomine ipsis communitas est, sed non & natura. Quod autem æquiuocatio latens erroris causa fiat, perspicuum est. Si enim quispiam, æquiuocum, ut unu aliquid significare opinans, conaretur definire. impossibilibus omnino conatur, qui autem impossibilibus conatur frustra laborat, frustra uero laborans, cogitur, aut decipitur, si quidem inuitus, cogitur, si uero ultro decipitur. Quod autem non contingat æquiuocum definiri, hoc etiam manifestu est, una enim definitio, unam naturam indicat. ea uero, quæ sub æquiuoca uoce significantur, una definitione non deficiuntur.

Quære autem oportet intuentē in similia, & indifferentia, p̄ imū quid omnia idem habeāt.

Cum utiliorem posuisset prius ad definitionum inuentionem resolutiuam diuisiua. postea uero, & diuisionem, in quæcunq; utilis sit dixisset, & in medio qualdam tradidisset obseruationes, quas oportet seruare. uolentes definire per diuisiones in præfenti, & de æquiuationibus dicit, quas oportet definiendum uitare tanquam errorem generantes non paruum, Demonstrat autem, quod & ut hæc minime lateant facilius consequemur, resoluentes, quam diuidentes. Dicit igitur, quod oportet quære de definitione considerantē, & hoc post reliqua dicta. Effet enim id quoq; quarta quædam obseruatio à singularibus principium habens propterea quod inde habeat facilius, & quam rectissime effectum. Oportet autem inquit, intueri nūquid quod commune est, uox quædam sit æquiuoca, hoc autem profecto accurate sciemus, à similibus, & indifferentibus auspicantes, accipientes primum aliqua singularium eiusdem speciei inter se esse cōfessa, speculantes autem quid omnia hæc cōmune habeant, Hæc enim dicit similia & indifferentia. uidelicet quæ nihil differunt inter se specie, speculatio autem ut de genere est, que & maxime difficilis est. assumens facilitatem, si à singularibus suscipiat principium, si enim non species sit, quod commune est singularibus. statim discernibilis est. Ut si quis posuerit nomen, tunica homini, & æquo. Quod non sit ut species, commune, tunica huic æquo, & huic homini, perspicuum est ex hoc, propterea quod manifestum est, & quod hic equus, & hic homo nihil secundum speciem inter se communicant. Et cognitio ex ipso sensu est. oportet igitur primum ponere aliqua singu



larium inter se existentia secundum speciem indifferentia.

Postea iterum in alteris, quæ in eodem quidem genere sunt cum illis, sunt autem cum ipsis quidem eadem specie, ab illis autem diuersa.

Coñ. 271 Deinde inquit, accipiamus aliqua eiusdem speciei. & quid commune illis reperiemus, secundum quod & eiusdem speciei dicuntur. Rursus idem, & in alteris faciendum est. quæ secunda manifestum est, quod habeant quidem idem de seipsis prædicatum, quod sane, & illa habebant priora. quod & quæritur, siue ut genus est prædicatum, siue ut æquiuoca uox, & his, & illis commune est, ut sint secunda hæc, inter se quidem eadē secundū speciē, à prioribus aut illis diuersa.

Cum igitur in his acceptū sit aliquid omnino idem, & in aliis similiter, in acceptis rursus considerandum est, si idem est, quousq; in vnam uentum sit rationem, ista enim est rei definitio.

Coñ. 272 Cum dixisset in una, & altera eorum quæ eiusdem speciei sunt ordinatiōe eiusdem nominis communitatem esse, de quo quæritur, siue ut nomen solum commune est, siue & ut natura quædam idem inquit oportet facere, & in aliqua tertia, quamuis alia quædam fuerit eiusdē speciei inter se, & secundum speciem indifferentia, ab illis autem diuersa. cōmunicant tamen, hæc quoq; communi illo cum prioribus nomine, Quando enim inquit, & in his secundis acceptum sit aliquid idem secundum omnia, ut secundum illud sint hæc quoq; inuicem indifferentia, & in aliis similiter est, id est his prioribus acceptis. ita ut hæc sint quidem priora inuicem secundū speciem eadem, atq; hæc secunda consimiliter. Iterum oportet & in acceptis secundum tertiu ordinē, idem considerare, si eadem in his, atq; illis res intelligatur, & non nomen solum commune habeant inuicem. atq; hæc oportet facere. Donec omnia accepta in unam deueniant definitionē. communem omnibus existentem, Nam si aliqua reperiretur ratio communis omnibus secundū nomen commune, quod in omnibus infertur, dum assignatur omnibus. ista erit definitio rei, qua secundum omnia communicant. ut sit genus illud, quod æquiuoce de omnibus acceptis dicitur & si species alia quidem sit, quæ in primis, alia autem, quæ in secundis, altera uero, quæ in tertiis consideretur.

Sinautem deuenit in unam, sed in duas, aut plures, manifestum est, quod non profecto unum quiddam esset id quod quæritur, sed plura.

Coñ. 273 Si autem, inquit, ea quæ accipiuntur non in unam procedant rationem in acceptione. sed in duas. Si duæ eæ acceptiones ordinationum essent, aut & in plures, Si plures, ut forte in tres, aut quatuor, & si ordinationes tot sunt, perspicuum ex hoc est. quod non una quædam res est, quæ quæritur, ut communis, quid est, siue genus sit, siue non. sed plures quidem res sunt. Vox autē una communis est pluribus.

Tex. c. 81. Vt dico si quid est magnanimitas, quæramus, considerandum est in quibusdam magnanimis, quos scimus. Quid habeant omnes, quatenus tales sunt, ut si Alcibiades magnanimus, aut Achilles, & Ajax, quid vnum omnes præferant, non tolerare iniuriati; hic enim bellū gessit, ille succensuit, hic autem seipsum interfecit. Iterum in alteris, ut in Lysandro, & Socrate specie indifferentes esse fortunati, & infortunati.

Coñ. 274 Proponit eius, quod dictum fuit exemplum, magnanimitatem. Sitq; inquit, cōmune in pluribus ipsa. Quod quærendū est quid est ipsa his, in quibus dicitur. uidelicet quomodo de ipsis prædicatur, ut si quidem communem rationem inuenimus conuenientem omnibus magnanimitatis nomine his quidem ordinibus sub alia specie, his autē sub altera, genus ipsam dicamus commune. Si igitur cognosceremus ipsam nomine solum esse communem, & cōmunitatē ipsorum secundum nomen solum. non tamen secundum rationem est, quæ est secundum nomen. Incipiendum autem est à singularibus, quemadmodum traditum est. Et accipiendum est non nullos, quos scimus magnanimos esse. quid habent omnes, quatenus magnanimi. ut Alcibiadē, Achillem, necnon Aiacem. isti enim singulares existentes magnanimi esse dicuntur, Quid igitur omnes

omnes isti unum habent, quatenus magnanimi sunt: habent autem ipsum, non tolerare iniuria-
 ti. Nam ipse quidem Alcibiades iniuria affectus, & non sustinens, bellum gessit his, qui eum iniu-
 ria affecterunt. Achilles aut cum idem perpeffus esset ei, qui iniuriam intulit in ipsum successit,
 & in prima acie suorum non pugnavit. Ajax autem iniuriam minime tolerans, sibi ipsi mortem
 consciiuit. Sunt igitur indifferentes in eo quod iniurias non sustinebant iniuria affecti, atq; hoc
 modo magnanimitatis, quasi eiusdem speciei sunt. Consideremus igitur rursus, & in alteris, Vt
 Lysandro/Socrate & Diogene/Etenim ipsi magnanimi dicti fuerunt, sed non secundum idem.
 quod non tolerarent iniuria affecti, sed quod se indifferenter haberent circa fortunas, ut neq;
 prosperitatibus lætarentur, neq; infortunatibus tristarentur.

*Cum hæc duo acceperim, considero quid idem habeant, tum impassibilitas circa fortunas, tum
 non tolerantia cum iniuria afficiuntur. si autem nihil sit, duæ erunt utiq; species magnanimitatis.*

Cum acceperim, inquit, à singularibus has duas magnanimitatis species, tum circa fortunas
 indifferentia, & impassibilitas, tum circa iniurias non tolerantia: considero quid commune ha-
 beant. Reperio igitur quod nihil est, non modo secundum speciem, & genus, sed neq; secundum
 potentias, ex quibus proueniunt. Nam hæc quidem secundum rationis est, hæc autem secundum
 iræ imperium. Enuntio igitur quod duæ species magnanimitatis sunt, penitus inter se diuersæ
 non genere communicantes uno, esset enim profecto, & ratio ipsis genere communis, nunc autem
 non est. Quare æquiuocum de ipsis magnanimitatis nomen dicitur.

*Semper autem est omnis definitio vniuersalis, non enim in aliquo oculo, dicit ipsum sanari me-
 dicus, sed aut omnis, aut specie determinans.*

Quoniam prius dicebat, quod ex singularibus definitiones uniuersalibus assignamus, ueri-
 simile erat suspicari aliquem. nunquid in primis singularium definitiones sint? & propter ipsa, &
 ipsa continentibus conueniant? Idcirco hanc remouens suspensionem, addit ea, quæ hoc in loco
 dicuntur. Non oportet ingens suspicari ob dicta. quod singularium aliquando definitiones sint.
 Semper enim omnis definitio uniuersalis est, & hoc ostendit ab artibus. Nam oculo sanabile me-
 dicus definiens, non alicui oculo sanabile definit. sed quod omnis est, aut specie distinguens. Quo-
 niam enim uniuersale duplex est, aut quod ordinatur, & in omnibus singularibus spectatur, aut
 quod ex ablatione, & secundum intelligentiam accipitur. Definiens, aut illud accipit, quod in om-
 nibus singularibus consideratur, aut quod secundum mentis conceptionem accipitur. sed non
 quod in aliquo est singularium. Nam de uno, & uniuersalis, quod est ante multa, improprium
 est nunc dicere. Neq; enim ab Aristotele de tali uniuersali fit mentio. Est & alio modo dicere. il-
 lud omnis aut specie determinans, siquidem enim non est æquiuoca uox id, quod proponitur.
 sed unum quoddam uocis significatum, quod omnibus inest participatibus nominis, omni sim-
 pliciter determinatur. Si autem est æquiuocum id, quod acceptum est, unam speciem determi-
 nans huius uniuersaliter definitionem assignat.

*Et facile magis est singulare definire, quam vniuersale. Vnde oportet à singularibus in vni-
 uersalia ascendere.*

Singulare hoc in loco, non id, quod unum numero est, uidetur dicere. sed speciem specialissi-
 mam. Inquit igitur, quod & prius dixit, quod specialissimam definire facilius est, quam genus.
 ut talis sit rationis intelligentia, quod quicumq; proponit aliquod subalternorum definire, faci-
 liorem uiam, & expeditionem ad hoc consequitur, unamquamq; specialissimarum specierum,
 quæ sub ipso sunt definiens prius. itaq; habebit ex ipsis definitionem uniuersalis, & generis, quæ
 est supra ipsa. Quod enim commune his omnibus est, Ratio erit hoc generis. & quoniam facilior
 ipsa uia est, oportet à singularibus in uniuersalia progredi. Secundum hoc singulare, intelligitur
 quidem, & quatenus de speciebus dicitur quod oportet specierum unamquamq;, quæ sub ge-
 nere sunt, definiens procedere ex his in genera, intelligitur quoq; de his, que unum numero
 sunt. Etenim ab his, sicut & prius dixit, in species per resolutionem proficiscimur. Definitiones
 ipsarum uenantes, & à speciebus rursus in genera, dicit autem hæc, propterea quod superius di-
 xit uniuersalem omnem semper esse definitionem. nam ne uideatur ratio resolutionis utilitatē
 conturbare. iccirco rursus ipsam demonstrat, quod & si definitiones sunt uniuersales, tamen fa-

Com. 175

Com. 175

Tex. c. 87.

Com. 176

com. 177



cilior ipsis ex inferioribus inuentio fit.

Etenim æquiocationes latent magis in vniuersalibus, quam in indifferentibus.

Com. 178 Et secundum aliud quoque, inquit, expeditior in definitiones resolutio est. Quoniam enim æquiocationes errorem generantes, maximo definitionibus sunt impedimento, uitandæ profecto essent eæ, uel maxime, ipsæ autem magis æquidem dephæderentur in generibus, quam in speciebus, & in uniuersalibus, quam in singularibus, sed quonam pacto, & quo modo? Quoniam singularia cum sint sensu apprehensa, perspicua ex euidencia sunt, siue una quadam communitate natura, secundum quam nomen profertur, siue diuersa secundum naturam sint. Quare & specialissima statim existentia post singularia, generibus sunt manifestiora, quatenus se habet circa æquiouoca esse, uel non. Vide enim quod in generibus æquiouocatio, ex relatione ad species cognoscitur. Nam idcirco æquiouoce animal est, quando homo est, & quod pictum est. propterea quod & homo æquiouoce est. Quare & hac de causa præstantius est, & tutius à singularibus progredi in uniuersalia uenationem facientes definitionum. & si non sensibile sit, tamen quatenus singulare, etiam manifestius est uniuersali continente ipsum, & notus. propterea quod uniuersale quidem magis confusum sit, pluribus conueniens, & his omnibus sequens, singulare uero à seipso terminetur solo, & ex hoc sit inconfusum. indifferentia autem appellatur, & hoc in loco, aut eadem secundum spem singularia, aut secundum genus eadem specialissima, ueluti idem tatem habentia, & indifferentiam, secundum rem, qua inter se communicant.

Tex. c. 83. *Sicut autem in demonstrationibus oportet syllogizare inesse, sic et in definitionibus quod manifestum est.*

Com. 179. Opus est autem in definitionibus hoc quoque obseruare, ut insit ipsis claritas. Nam quemadmodum demonstrationi necesse est adesse ipsum syllogizare, ut non profecto aliter contingat demonstrationem esse, nisi syllogismus sit, sic neque definitionem oportet dicere nisi sit manifesta. Etenim demonstrationis genus est syllogismus, genere autem non existente, neque species est. Quare non existente ipso syllogizare, neque ipsum demonstrare esse contingit. & definitioni perfectum est sui esse, ipsum declaratum, siue ut genus, siue ut differentia, sed mehercule, quomodo manifestabit sine claritate? Sicuti ignotio, est obscuritas, ita claritas est declaratio. Opus est igitur ex necessitate definitioni adesse, quod manifestum est. Cum igitur aliquid eorum, quæ in alteris spectantur proponitur definiendum. huius autem sint diuersæ species in aliis, atque aliis considerata subiectis. non oportet quamprimum id, quod commune est accipere, & definire. Obscuritas enim ita erit, propterea quod confusum sit, & ignotum, ipsum commune, sed cum se paratim unumquodque acceperimus, diuisim quidem hoc in hoc subiecto, diuisim autem id, in illo. & unumquodque, definierimus per se. sic iam transire in commune. Ut sit, simile, quod definiendum proponatur. Est sane, hoc cum in coloribus, tum in figuris, tum uirtutibus, & scientiis. Oportet igitur non ipsum simile, quamprimum aggredi uniuersaliter definire, sed diuisim quidem id, quod in coloribus est, diuisim autem, quod in figuris, diuisim uero, quod in uirtutibus, & in scientiis, est. Et ipsum acutum rursus, est quidem in cuspidibus, est autem & in uocibus. Et oportet ipsum definire proponentem, non statim aggredi uniuersaliter hoc facere, sed se paratim quod est in uoce, & quod est in cuspe, & si aliquo alio modo acutum dicitur, assignas ita in commune ascendere. Hæc autem ita agenda sunt, ut uitemus, ne aliquando sit æquiouocum ipsum commune. cum enim non sit manifestum, ignotum est, si hoc, aut alio modo se habeat. ex speciebus autem aliquis faciens, inquisitione, facilius poterit cognoscere, quomodo se habeat commune, & si quidem communis quædam ratio apparebit his, quæ diuisim accipiuntur in hærens, secundum nomen, quo inter se hæc communicant, manifestum est, quod definitio est ipsius communis ista ratio, & genus illud horum est. si autem nihil nomine solo communitas omnibus est, neque genus est, sed æquiouoca uox ipsum commune. Nihilominus uero minus, oportet cauere in definitionibus & metaphorice aliquid dicere, aut tropice. Nam si recte disputantes, & amore ueritatis, nefas est aliquid tale facere in disceptationibus, multominus definiendes. præter enim obscuritatem etiam, & confusio profecto ex huiusmodi adiceretur definitionibus, de alio audiente forte, quoddam opinatum, quam de proposito definitionem fieri. Atqui disputanti quidem ignoscendum profecto esset interdum metaphoris uenti, & tropis, coacto sæpenumero condisputantis

condisputantis uersutiis in rationibus, & obscuritatibus, ac quærenti fugam. Rerum autem substantias per definitiones demonstrare proponenti, nunquam mehercule ignoscendum esset. tropice, & metaphorice rationes proferenti. Quoniam ad nihil aliud unquã definiẽtem respicere oportet, quam ad solam semper certam substantiæ definiti exhibitionem. ET QVEM ADMODVM IN DEMONSTRATIONIBVS OPORTET SYLLOGIZARE IPSVM IN ESSE. SIC ET IN DEFINITIONIBVS QVOD MANIFESTVM EST, Sicuti ex materia, & forma constantibus impossibile est existere, cum ipsis non sit subiecta materia, & cum forma coniuncta, sic his, quæ ex genere, & differentia, impossibile est unquã constare, non existente genere, materia enim proportionalis genus est, formæ autem differentia. Genus uero demonstrationis, syllogismus est, Quomodo ergo constaret demonstratio absq; syllogismo? Necessarium igitur est ipsum syllogizare demonstrationibus. Quemadmodum igitur in hoc est sic sane, & in definitionibus necessarium est ipsum manifestum, ita, ut nõ possit definitio esse, sine claritate. De claratiuum enim est definitio, sicuti syllogisticum demõstratio. Quod autem declaratiuum est, necessarium est esse manifestum. Nam ueluti ignotum immanifestum est, sic perspicuum manifestum est, & ex contrario. si igitur ignotum definitio est, quomodo substantiam indicabit. Nihil enim per ignotum ostendi innotatum est. Et inscientificum penitus est aliquid per ignotũ ostendere siue notum sit, siue ignotum, quod ostẽditur. Oportet ergo perspicuam esse definitionem, si autem perspicua est, utiq; & manifesta est. ex proportionem igitur argumentum est. proportio- nale enim, sicut est ad demonstrare syllogizare. sic quod perspicuum est ad definire.

Hoc autem erit si per ea quæ secundum vnumquodq; dicuntur, sit in vnoquoq; genere definire separatim, ut simile, non omne, sed quod in coloribus aut figuris est, et acutum, quod est in voce.

Cum uel maxime necessarium alterum quiddam inesse definitionibus dixisset, claritatem. Ostendit, & ad hanc utilissimam esse resolutionem. manifestum enim erit definitionibus inhærens. si quod in unoquoq; genere inest definire uolentes, non uniuersale ipsum accipiamus quatenus in genere est, sed singularem speciem ipsam accipiamus. Ponit autem huius quoq; exemplum. Simile enim inest in coloribus, & figuris, & diuersa sunt. secundum speciem color, & figura. & commune quoddam simile simpliciter est, tum similibus, quæ in figuris, tum in coloribus. Non oportet igitur definire uolens, simile accipere, sicq; tentare assignare quid est simile, sed diuisim quidem id, quod in coloribus est, diuisim autem, quod in figuris. Nam illo quidem modo confusa erit ratio, & obscura, hoc autem & distincta & manifesta. planissima enim acceptio est ipsius uniuersalis, singularis autem tenuis. Et uero secundum exemplum ponit. ipsum acutum, quod est in uocibus, & in cuspidibus, necnon saporibus, quod & acceptum nõ simpliciter secundum commune, sed secundum speciem definire oportet, diuisim quidẽ quod est in uocibus. diuisim autem, quod in cuspidibus, & diuisim, quod est in saporibus accipiẽdo. Ut quid est simile in coloribus? ipsum participare de eodem colore secundum speciem, ut nix, psimmythium. Et quid est simile in figuris? quod eiusdem particeps est figuræ secundum speciem, ut duo trianguli, aut quadranguli. aut ut in multis angulis, angulos æquales habere, & latera, proportionale est. Et acutum rursus, quid quidem in uocibus est assignantes, cui graue opponitur dicemus. quod autem in cuspidem, cui obtusum. aut quonammodo profecto aliter contingit. Est autẽ primum quidem exemplum generis, secundum autem æquiuocæ uocis. Nam in similibus quidẽ secundum speciem, est quoddam, & secundum rationes assignatas commune. in acutis uero minime. Operepretium est autem non latere, quod duo genera accipit, unum quidem, ut subiectũ, alterum autem, ut huic sequens. Et præcipit non secundum totum subiectum genus, sequentis accipere definitionem. sed secundum species generis, & secundum speciẽ sequẽtis, notius, & manifestius, definitio assignetur. Simile enim & dissimile qualitatis proprium est. Si quidem igitur assignare aliquis similis definitionem uult, manifestius mehercule assignabit, secundum species assignans qualitatis, quam secundum ipsam qualitatem simpliciter. Si uero, & æquiuocum sit commune, necesse est penitus, & secundum unumquodq; significatorum proprium assignare, & rationem secundum nomen.

Itaq; in ipsum commune procedere cautum, ne in æquiuocum incidat.

fit: consimiliter. Iterumq; deinceps de genere idem faciemus cum propinquam ipsi acceperimus speciem, & quæsiuerimus quid ipsi omni sequitur. Ac si quis de ipso peteret, propter quid hoc alicui specierum, quæ sub illo sunt, inest: genus causam assignabimus. Vt quoniam omni aui inest fissipennium. Si quis interrogaret propter quid gallus fissipennium est: propterea quod auis est respondebimus. Itaq; in omnibus faciemus, nihil in diuidendo transgredientes, sed omnia accipientes secundum seriem. sicq; in unoquoq; discursum exercentes. Nam ita peragentes poterimus iam dicere, propter quin insunt his, quæ sub genere sunt, ea, quæ generi consequuntur. Et simpliciter propter quid his, quæ sub communi sunt, ea, quæ consequuntur communi. Et hæc quidem ex diuisionibus, ex decisionibus autem. Vt quia omne animal ex humido, & sicco est. Quoniam igitur hoc omni animali sequitur, medium, & causam animal accipiemus, & quoniam omni pisci, non habere pulmonem, sequitur, ut insit alicui pisci, ueluti siluro, non habere pulmonem, medium est, & causa piscis. Quamobrem homo copulatum est ex humido, & sicco: propterea quod animal est. & quamobrem silurus non habet pulmonem: propterea quod piscis est. Hæc quidem diximus, perspicuum est exemplum, & omnibus notum, Animal accipientes, cuius, & nomen, & ratio, clara sunt omnibus, ut sane & omnium eorum quæ sub ipso sunt. Quin etiam si aliud quoddam fuerit desuetorum, aut & neq; prorsus nominatorum. in quo fortasse, & nomen ponere oportebit, aut quod & non nomine, sed ratione significetur, aut neq; genus, sed quædam passio pluribus ex natura existens communis: Diuisione, & decisione utentes, ut dictum est, & semper sequentia omnia ipsi communi quærentes. & ut insint hæc his, quæ sub illo sunt. medium illud, & causam ponentes. Vt habere cornua. Etenim hoc ceruo, capræ, boui, & oui inest. Namq; oportet sequentia huic sumere, & quibusnam hoc sequitur. idq; medium assignare inhærendi ipsi ea, quæ uniuersaliter consequuntur his quibus ipsum sequitur. Nam cornigero quidem sequitur habere omason, & non esse utraq; parte oris dentatum. ipsum autem habere cornua his, quæ dicta fuere. propter quid igitur boui, aut alicui dictorum sequitur habere omason, aut non esse utraq; parte oris dentatum: propterea quod cornua habet. Rursus ipsi bile carenti, sequitur longæuum. homini autem. carens bile. quamobrem igitur longæuus homo est: propterea quod bile careat. Hoc autem dicimus, non quod penitus bile priuatus sit. sed quod minus sit biliosus. Licet enim ut quod alicui in primis additum est, minus significet ut in puero grammaticum. præter enim alteros humores, in homine, colericus adiunctus, quâ maxime minuitur. Est & tertius modus inuentionis medii, iste autem est proportionale. Aliud est id, quod ut genus commune est, & aliud, quod ut accidens, & passio, & aliud, quod ut proportionale, Vt ipsi sepiæ, sepium, ipsi pisci spina. equo, & boui, & huiusmodi, os sicuti enim proportioale est os, in ossa habentibus, ita est sepium in sepiæ, & in piscibus spina. Nam sustentatiuum est horum unumquodq; in carnis mollitie. Quoniam igitur quicquam nominare commune his futurum non habemus, proportionale ponimus. & quemadmodum secundum genus unum, omogenea dicimus, sic hæc quoq; unum dicimus secundum proportionale. & sicut illic posuimus genus medium inessendi ipsi subiecto prædicatum. ita quoq; in hoc loco, proportionale, ac sicuti illi genus quidem speciebus sequitur. (Quod autem omni generi inest, cum generi sequatur, per medium ipsum, inest specierum unicuiq;) nec secus & hoc in loco ipsum quidem proportionale, his, in quibus spectatur speciebus sequitur. Est autem, quod in prædictis sequitur omni proportionali, quod est carnem sustineri. omni enim habenti aliquid tale, uidelicet aut sepium, aut spinam, aut os. caro sustinetur, propter hoc ipsum proportionale. Quare sepiæ caro sustinetur: propterea quod sepium ipsi adest, quod proportionale est ossi, & spinæ, & in reliquis similiter. igitur in his quidem, quæ secundum genus communicant diuisiones erunt magis propriæ. in his autem, quæ secundum passionem, & proportionale, decisiones. VT POSSIMVS AVTEM PROBLEMATATA DIUDICARE, OPORTET ET DECISIONES, ET DIUISIONES ITA DISCERNERE. Quoniam confuse homines inuicem problemata naturalia proponunt, causas quærentes, cur hoc huic insit, quæ dum assignantur demonstratio fit. Methodum nobis in hoc loco tradit, abundandi mediis in huiusmodi propter quid interrogationibus. Est autem methodus tertia, aut enim à genere, aut à passione, aut proportionali quatenus ut genus accipitur inesse hoc huic. aut ut passio, aut proportionale. Quoniam autem pacto horum unumquodq; erit, Ratio declarabit. Inquit igitur, quod ad diudicandum, id est ad explicandum & causas reddendum propositorum problematum, oportet discernere, id est inuestigare, & decisiones, & diuisiones, tan-



quam facultatem habentes medii assignationis.

Subiectum genus commune omnium. ut si animalia sint, & quæ considerantur qualia omni animali insunt.

Com. 284 Cum dixerit quod decisiones, & diuisiones in facultatem medii conferunt, in propositis problematibus. hoc etiam docet quomodo erit. & simul prædictos modos tradit. & in primis eum, qui est à genere. in quem uel maxime diuisio confert. Manifestior enim iste nobis est, & reliquis docilior. & oportet ab huiusmodi incipere docentem, cum progredi possit, & ordine omnia facere. Proposito igitur problemate, in quo quaeratur propter quid hoc huic inest. Oportet genus supponere. quod & ipsi commune est, & subiecto in problemate, necnon eiusdem generis cum ipso speciebus, & inquirere, qualia uniuersalia ipsi generi insunt. Quatenus inest propositæ speciei, & omnibus eiusdem generis cum ipsa, per medium genus ipsis inhærens. Deinde etiam exemplum ponit.

Ut si animalia sint, & quæ spectantur, qualia omni animali insunt.

Com. 285 Si animalia, inquit, sint subiecta in problemate, & ea, quæ cū hoc eiusdem generis sunt. Quoniam enim ut in specie rationem tradit. nūquam uero est una species sub genere, sed plures semper. iccirco sic quoque pluraliter profert species, ut dicens, si in animalibus speculationem facimus. & speciem animalis accipimus subiectum in problemate, & querimus propter quid inest ipsi aliquid quod & in his, quæ eiusdem speciei sunt, consideratur. Nam in huiusmodi problematibus, oportet genus supponere, & inuenire ex diuisione, qualia generi omni sequuntur, ut sit & in proposito problemate prædicatū, unū ex illis, quod sequens generi omni, ex necessitate, & specierum unicuique inhærebit per medium genus. Reperientes enim ex diuisione, quod sensibile, aut secundum locum mutabile, aut secundum appetitum mobile. omni animali sequitur. poterimus interroganti propter quid horum aliquid alicui specierum, quæ sub animali sunt, insit causam assignare, cum genus medium posuerimus.

Acceptis autem, rursus reliquorum primo, qualia omni sequuntur, ut si hoc est auis, Qualia omni sequantur aui, & ita semper quod illi proximum est.

Com. 286. Nisi statim inquit in specialissima genus diuidatur, sed sint aliqua inter ipsum, & specialissima ipsius quidem existentia species, illorum autem genera, oportet per diuisionem procedentem proximas ipsius species accipere, & inuenire etiam, quæ his uniuersaliter consequuntur, quæ & ipsa causam habebunt, cur genera insint ipsorum speciebus. Cum enim acceperimus animal, & inuenerimus huic sequentia omnia. Diuidimus hoc in ea, quæ ipsi proxima sunt. Quoniam & ipsa genera sunt aliorum & sicuti in illo fecimus, querimus etiam in his, qualia horum unicuique omni sequuntur. & erit nobis horum unumquodque mediū, ut unicuique specierum, quæ sub ipso sunt, unumquodque eorum quæ ipsi consequuntur, insit. ut si auis sit, animali. proxima species, Qualia aui sequuntur omni quorum unumquodque, per medium auis, & aquilæ inerit, & accipitri & cornici & unicuique reliquarum specierum auis.

Manifestum enim est quod habebimus iam dicere, propter quid insunt sequentia his, quæ sub communi sunt, ut propter quid homini, aut equo insunt.

Com. 287 Si ita inquit, faciamus, & per diuisionem procedentes, eligamus semper ea, quæ generibus consequuntur. perspicuum est, quod abundabimus mediis, & causis, propter quas speciebus insunt ea, quæ uniuersaliter generibus consequuntur, commune autem dicit, genus, & eas, quæ sub communi sunt, species. Nam quamobrem speciebus inhæreant ea, quæ generi consequuntur, poterimus assignare ex dicta methodo, genus medium ponentes. & specierum & sequentium ipsi. Quamobrem enim homini, & equo, & his, quæ sub animali sunt, simpliciter insint, ipsi animali sequentia, dicere poterimus animal medium accipientes.

Sit igitur animal in quo a. b. autem sequentia omni animali, in quibus uero. c. d. e. quædam animalia, manifestum igitur est, propter quid. b. inest ipsi. d. nam propter. a.

Tradit quoque in elementis id quod dicitur, declarans etiam ex hoc, uniuersalem esse traditam hanc methodum. & sit, inquit, genus, ut animal in quo. a. sequentia autem animali, quæ quæruntur propter quid speciebus ipsius inhærent. si species uero animali. c. d. e. Quamobrem igitur ipsi. d. uidelicet. speciei huic animalis, inest. b. sequentia animali? perspicuum enim est, quod per ipsum. a. id est animal est igitur medium. a. maius extremum. b. minus. d. Com. 288

Similiter autem, et in aliis.

Quoniam. d. accepit in assignatione ipsius propter quid, quatenus in una specie rationem fecit, idcirco ita intulit, sicut enim inquit in ipso. d. est, similiter est & in. c. & in. d. Com. 289

Et semper in aliis eadem ratio est.

Idem, inquit, conuenit, & in aliis generibus, & speciebus, & sequentibus. semper enim genus medium ponentes, ea, quæ huic cōsequentur de ipsis speciebus concludemus. ¶ Sed quamobrem ut de species subiecta in problemate, & non ut de genere, neque uero de indiuiduo locutus est. ¶ An quod non de indiuiduo quidem. Quoniam uniuersalium scientia est, non singularium. de genere uero minime, contineretur enim profecto, & generalissimum. hoc autem principium est, & prædicatum, & neque subaltero est neque diuidens, sed quod diuiditur. Quare neque sequens, aliquid cum multis habens, ipsi inhærent. neque commune quicquam ipsi, & alteris, per quod medium insit ipsi sequens. sic autem ex diuisione communia generi reperiemus. Nam si forte fuerit de animalibus speculatio. substantiam diuidemus in animatam & inanimatam. & animal inuenimus animatum. Deinde substantiam animatam in sensibilem, & insensibilem. & insensibili animal inuenimus. Aut in mobile secundum appetitum, & desiderium, & non. & si ipsi ita mobili animal erit. itaque inuenientes omni proposito generi sequentia, per ipsum medium, & speciebus, quæ sunt sub ipso inesse hæc dicemus. idem autem & in proximis speciebus generis facere. Tex. c. 86.
Com. 290
Dubita.
Solutio.

Nunc quidem igitur secundum tradita communia nomina dicimus.

Hoc dupliciter est intelligere, aut enim ut superiori continuum solum est, non tamen, & inferioris continuum. sed sit aliud principium ab hoc OPORTET AVTEM NON SOLVM IN HIS CONSIDERARE itaque intelligatur. quod hæc dicimus ut in generibus. quorum nomina a maioribus nostris reperiemus tradita, communia enim nomina generalia dicit ut deficiat rationi, quod idem est, & si non fuerint nomina posita generibus. tamen nos oportet nomina ponere, aut fortasse orationes sint loco nominum generibus posita. ut oporteat, & in huiusmodi, ex diuisionibus. aut decisionibus fortasse inuenire omni generi sequentia, & per medium genus ipsa de speciebus, quæ sub ipso sunt concludere. Vel igitur hoc modo. uel quod quidem hucusque de traditis dictum est communibus, & generibus, quæ & consueta sunt omnibus, quia communia sunt. & notitia de ipsis quatenus communia sunt omnibus speciebus, quæ sub ipsis sunt, habet omnes quibus logicæ speculationis aliquantulum inhabitum uenire datum fuit. & deinceps sit secundus modus causæ, & medii inuentionis. Com. 291.
Tex. 288.
Com. 292.

Oportet autem non solum in his considerare, sed etiam si aliquid aliud videatur esse commune accipientem postea quibusnam hoc sequitur, et qualia huic sequuntur. Tex. 23.

Quod, inquit, in generibus fecimus media ponentes ipsa, & eorum quæ uniuersaliter consequuntur ipsis, & specierum, quæ sub ipsis sunt. non solum oportet in his considerare. Sed etiam si aliquid alterum commune appareat pluribus inhærens speciebus. quod non ut genus habeat esse commune, sed ut accidens aliquod, & passio. Oportet, & hoc accipientem. uidelicet exponentem, quemadmodum genus expositum fuit, quærere, & in hoc, quibusnam hoc consequatur, & quænam huic sequantur, ut hoc quoque sit medium, tum eorum quibus sequitur, tum eorum, quæ consequuntur ipsi. ponit autem exemplum. Com. 292

Vt cornua habentibus, habere omason, non utraq; parte oris esse dentatum, rursus cornua habere quibus sequatur, perspicuum enim est propter quid inest illis, quod dictum est, nam propterea quod cornua habent inest.



Com. 293. Sit, inquit, existens pluribus, ut non genus, sed ut accidēs aliquod, & passio, ipsum habere cornua, inest hoc bobus capris, & ouibus, huic igitur sequitur habere omason. & nō esse utraq; parte oris dentatum. Si igitur aliquis interrogaret propter quid bobus, ouibus, & capris inest habere omason, aut non esse utraq; parte oris dentatum. propterea quōd habeant cornua dicemus.

Tex. c. 87. *Amplius autem alius est modus secundum proportionale efferre.*

Com. 294 Est inquit & tertius modus, referendi, & reddendi causas problematum, alter à prædictis, iste autem est secundum proportionale.

Vnum enim accipere non est idem, quod oportet vocare sepium, et spinam, et os.

Com. 295 Qualis autem est iste modus? Cum aliquid fuerit, quōd in aliquibus differentibus secundū speciem consideretur, & unum quidem non sit secundum aliquod nomen, & rationem, quæ est secundum nomen. ut sit & ut genus commune speciebus de ipso participantibus, habeat autem unum, & commune secundum proportionem quandam, sicut sepium, & os, & spina horum. n. hoc quidem est sepig, hoc autem piscibus, hoc uero equis bobus, & asinis, & plerisq; aliis animalibus inhærens secundum proportionem idem habentibus. quam enim rationem habet in sepia sepium. eandem habet spina in pisce, & os in equo, & boue, Sustentaculum enim est unūquodq; ipsi carnis molliciei.

Erit igitur sequens his, quasi vna quadam natura tali existente.

Com. 296. Sequitur igitur, inquit, quoddam per medium proportionale, cum tanquam una quædam natura huius sit rei, dico autem ipsum proportionale. Nam sicuti in illis genus, aut passio unum quoddam commune inhærens speciebus de ipso participantibus præbuit. sic & in hoc loco proportionale sequentia ipsi suppeditat his, quæ de ipso participant. & si aliquis interrogaret, Quā obrem sepia inest (ipsa. n. sustinetur) aut pisci, aut equo? propter sepium, propter spinam, propter os dicemus.

Tex. 14.
Tex. c. 88. *Eadem autem problemata sunt, hæc quidem, eo quod idem medium habeant, ut quoniam omnia reciprocatio sunt.*

Com. 397 Quoniam autem medium est, problemata demonstrans, quatenus causa ipsis est existentia, & essendi hæc eadem, & diuersa ipsum profecto ostenderet. Quatenus ipsi hæc consequuntur, & secundum idem, & secundum diuersum. ut ipsum se habet secundum hoc, si se habentia, & ipsa. Hæc igitur problemata tripliciter sunt, aut eo quōd idem habeant medium, & causam. & hoc dupliciter, aut enim specie idem est medium, aut genere. & tertia identitas est, quando idem medium habentia aliqua problemata non similiter se habeant ad ipsum. sed hoc quidem proxime habeat medium, & causam ipsam hoc autem procul. uidelicet, hoc quidem immediate, hoc autem per medium aliquod alterum. Dicamus autem & horum exempla. ut propter quid in hyeme facilius digerimus? propterea quod sopiti densius respiramus. propter quid fontes, hyeme calidiores sunt? hæc enim inter se diuersa sunt, eo quōd habeant diuersa prædicata, & subiecta, eadem autem inter se sunt, habendo idem medium. Omnium enim horum medium & causa est calidi reciprocatio, Quod idem specie existens, eadem specie, facit etiam problemata, quorū est medium, & causa. Rursus propter quid echo? & propter quid representatio in speculis fit? & propter quid iris? Etenim hæc omnia propter repercussionem. Sed illic quidē reciprocatio eiusdem erat speciei. Calidi enim erat. hic autem repercussio diuersorum specie, Nam aëris quidem, & uisus, & radiorum solis est, Quam obrem non specie, sed genere eadem est, & problemata similiter. tertii uero modi identitatis problematum, nilus exemplum est magis fluens mense deficiente. Est igitur problema, propter quid nilus magis fluit mense deficiente? propterea quōd hybernior est mensis deficiens. hoc est proximum medium, quōd nilus magis fluat mense deficiente. huius autem rursus altera causa est. Quare autem est hybernior mensis deficiens? propterea quā deficit luna. Duo igitur problemata sunt, propter quid nilus magis fluit mense deficiente? & propter quid hybernior est mensis deficiens? Quorū alterum cum alterius sit medium sub altero est medium, & causa ipsa luna deficere deficientem. diuersa igitur inter se, & hæc sunt eo

quòd diuersa habeant prædicata, & subiecta. Eadem autem profecto esset, quoniam sub unum primum medium reducuntur, & hoc quidem proxime, illud uero per medium, EADEM AVTEM PROBLEMATATA SVNT, HÆC QUIDEM, EO QVOD IDEM HABEANT MEDIUM, VT QVONIAM OMNIA RECIPROCATIO SVNT, Hoc alterum de medio Theorema est Nam tametsi de problematibus uideatur quærere, quot modis ipsa sint. tamen de medio magis profecto rationale esset hæc intelligere. Quomodo ex huius identitate identitas, & problematibus fiat, Sic enim mehercule, & ratio continua apparet. Inquit igitur quòd eadem problemata dicuntur secundum unum quidem modum, quando idem medium habeant, cum enim diuersa sint inter se terminis, ex quibus componuntur, medii identitate in idem conueniunt. & exemplum ponit reciprocationem ipsam, multa enim sunt problemata sub ipsa tanquam causam reddentia. ut propter quid magnes quidam lapis trahit? aut electrum, aut cucurbitula. nam aëris reciprocationem causam horum omniū assignat Plato. & est medium omnium horū specie idem, ipsa aëris reciprocatio, Quapropter, & ipsa specie eadem sunt.

Horum autem nonnulla genere eadem sunt, quæcunq; habent differentias, eo quod aliorū, aut aliter sint. ut propter quid resonat, aut propter quid repræsentatur? & propter quid Iris? omnia enim hæc idem problema genere sunt, namq; omnia repercussio, sed specie diuersa.

Hæc sub diuisione est prædicti uniusmodi identitatis problematum. ipsum enim medium, aut specie est, aut genere, idem specie quidem sicuti dictum. genere autem sicuti dicendum. Dicit igitur quòd horum problematum habentur idem medium, nonnulla non specie, sed genere eadem sunt. Hæc autem sunt quorumcūq; aut aliorum, & aliorum passio aliqua medium est. aut aliquis modus subest relictus. Aliorum quidem, quemadmodum in echo, & repræsentatione speculorum, & iride. Omnia enim hæc propter repercussionem fiunt. & repercussio horū medium est, At non eiusdem, sed diuersorum specie. Nam id ipsa quidem echo aër repercutitur, percussus prius, à uocante, postea solidis occurrens corporibus, repercutitur, ut lapidibus, aut aliis quibusdam, in repræsentationibus autem, emissi uisuum radii, quidam à planis corporibus percussi, & seipos uidere faciunt, & adiacentia corpora eos, qui in speculis immittunt uisus. In Iride uero radiorum solis repercussio. Repercussi, & postea secundum circulum, occurrentes nebulis irroratis, aut etiam madefactis, iridis repræsentationem perficiunt. Quoniam igitur quorum repercussio specie diuersa est, uideretur certe & repercussio non specie omnis eadē, sed genere quidem eadem, specie autem diuersa. & problemata igitur, quorum medium tale est. genere quidem habebunt identitatem, specie uero erunt diuersa, sicuti sane, & prædicta sunt. Omnia enim repercussio sunt, quatenus propter repercussionem fiunt. Sed quoniam specie diuersa sunt ea, quorū repercussio est. Idcirco, & problemata ita diuersa sunt. Cum dixisset autem EO QVOD ALIORVM, AVT ALITER SINT, quòd quidem aliorum sint exemplū posuit. quòd autē aliter minime. Aut forsitan, & ut ad utraq; hoc posuit, tum quòd aliorum, tum quòd aliter. aliter enī uisuum, aliter luminis, & aliter radiorum solis repercussio fit.

Alia autem problematum, eo quod medium sub altero medio sit differunt.

Videtur inconsequens esse id quod dicitur, ad quod propositum est. Nam de identitate problematum dicere propositum fuerat. Quomodo igitur in quonam differant inter se dicit nonnulla problemata, in quibus commemorare proposuerat modus identitatis problematum? An propter uehementiam identitatis iccirco differentiam dixit: Nam quatenus sub idem nō solum secundum speciem, sed etiam secundum numerum causæ reducuntur, excellentiam identitatis habent, differentes solum, eo quòd hæc quidem proxime, hæc autem per medium in idem refertur, dum enim alterius medium sub alterum refertur per medium sui ipsius, illi quoq; ad primum medium reductionē præbet. Aut quia, & modus talis differentiæ, identitatem problematum magis demonstrat.

Vt propter quid nilus deficiente mense magis fluit? propterea quod hybernior est mensis deficiens propter quid hybernior est? propterea quod luna deficit, hæc enim ita se habent inuicem.

Exemplum id est, tertii modi identitatis problematum. mensē autem dicit, temporale spa-

Com. 298.

Com. 299
Dubita.
Solutio.

Tex. c. 89.

Com. 300



tium, in quo luna augetur, & minuitur. Est autem mensis deficiens post plenilunium, cum minuitur lumen lunæ. Quod quidem igitur nilus magis fluat mense deficiente, hyberniorum esse mensis deficientem, medium, & causa est, huius autem rursus lunam deficere, nam sic se habent hæc inuicem ut medium prioris problematis, sub medio sit secundi. Luna enim deficiente, frigidior nocte aëris habitus fit, & iccirco humidior. Quapropter humiditate superabundante, sequitur quoque fluium magis fluere. Nunquid autem, & tria hæc sint problemata, ordine subalterna? propter quid nilus magis fluit mense deficiente? propterea quod hybernior est mensis deficiens, & propter quid hoc est? propterea quod luna deficiat, & propter quid hoc est? propterea quod cum sole concurrat. & sunt omnia hæc, quæ in unum primum medium, reducuntur, & causam, & per illud inter se coeunt. Luna enim cum sole concurrens pars quidem quæ est uersus ipsam illuminantur, quæ uero uersus nos, absque lumine fit, & iccirco deficit, deficiente autem ipsa, hybernior mensis fit. ex hoc autem rursus, fluit tunc magis nilus.

Tex. 25.
Tex. c. 90
Com. 301
Dubita.
Rñsio.

De causa autem eius cuius causa.

Dubita.

Rñsio.

Dignum autem est quærere de causa, & cuius causa, quomodo inuicem circa ipsum sequi se habeant. Dicit autem causam quidem medium, cuius uero causa, maius extremum. Nunquid igitur hæc se inuicem sequuntur, ut altero existente, alterum sit, & ex contrario? An medio quidem existente est maius, maiori autem existente, non est necesse, & medium esse. ut si concreuit succus folio fluunt arbores, & si folio fluunt, concreuit, & si terra in medio est deficit luna, & si deficit in medio est terra. Aut alterum quidem, alterum sequitur, medium maius, econuerso autem minime. ¶ Habet enim dubitationem hæc ratio. Nam si quidem existente causato, non est quoque causa ex necessitate, erit altera causa, si enim immediata, non est problema. Si autem problema habebit medium semper, atque aut hoc, est aut alterum, si quidem igitur hoc, semper erit ex necessitate, & existente causato, & causa sit. si autem non idem semper habebunt. Quare non simpliciter causa, causa est, sed quodammodo. hoc autem non est scientia. Nam partim quidem hoc modo partim uero alio esse, nec status, neque terminus est. sed si est existente causato, & causa, simul profecto essent ambo hæc, & per inuicem ostenderentur. idque nec profecto scientia uideretur esse, eo quod idem eiusdem causa simul sit, & causatum, & prius, & posterius, & ostendens, & quod ostenditur. ¶ Sed non similiter uterque syllogismorum est. At hic quidem per prius, & causam, & iccirco demonstratio est ipsius propter quid. hic autem per posterius, & causatum, & iccirco demonstratio est ipsius quod, non ipsius propter quid idque perspicuum est. ex eo quod hoc quidem in ratione ipsius quod quid est esse alterius accipitur. hoc uero in alterius minime. Nam ipsum quidem in medio esse terram, in ratione defectionis lunæ accipitur. econuerso autem minime. sicut & in ratione ipsius folio fluere ipsum concrevere succum, non autem in ratione huius, illud. Nunquid autem contingat plura eiusdem esse media, & causas. Cæterum non eidem, alio tamen, & alio subiecto. Nam si aliquid fuerit plurimum prima, id est immediate prædicatum, posset profecto per media hæc de pluribus concludi. Tum quidem per hoc de hoc, tum autem per alterum de altero. Si enim. a. ipsi. b. & c. primis inest. postea. b. primo ipsi. d. & c. ipsi. e. erit. a. per ipsum quidem. b. ipsi. d. per. c. uero ipsi. e. sicuti animal inest primis rationali, & irrationali. horum autem id, quidem homini illud uero equo. Inerit ergo animal, per rationale quidem, homini per irrationale uero equo. Igitur causa quidem existente, existit, & res ex necessitate, re autem existente, esse quidem causam necesse est, non tamen omnem. Rationali enim existente homini, necesse est, & animal existere ipsi, non tamen, & irrationale. Hæc autem erant utraq; causæ, per quas inesse dicebatur pluribus. uerum non ita se habent scientiæ. Etenim maius extremum uniuersale est, & minus consimiliter. Quare sane, & medium oportet esse æquale, & cum his simul extendi, & si species fuerint ea, quæ sub maiori sunt, cum omnibus his oportet, & medium simul extendi. Non enim partim quidem de hac earum, quæ sub maiori sunt, demonstratio fit, sed de omnibus simpliciter. Non enim partim quidem de æquilatere duo recti, partim autem de scaleno, partim uero de isoscele demonstrantur, sed de triangulo simpliciter. & non quatenus aliud quid, sed quatenus triangulum. Quare, & medium tale esse oportet, quatenus triangulum inhærens triangulo, & uniuersaliter duos recto concludens. & si species trianguli existant plures, & de omnibus his, prædicari quatenus est triangulum. Nam si medium primo non est, æquale, ut cum illo in species omnes, quæ sub illo sunt simul extendatur, non erit uniuersalis omni quod est sub illo, illius

illius causa. Si autem hoc est neq; scientia, neq; demonstratio est. uniuersalis enim scientia est, & quatenus hoc quiddam est, de ipso maius per medium concludens, ut de triangulo, quatenus triangulum duos rectos, de plantis quatenus plantæ, aut simpliciter, aut tales. ut latifolium, & folio fluere. Quare, & conuertit causa ad causatū, & omnia, quæ sub illa sunt æqualiter illi inhærebunt, si enim reliq; sunt duo recti, & reliqui; si folio fluit, concrescit succus, & si concrescit, folio fluit. Veruntamen non in quibuscunq; concrescere dico, sed dumtaxat in arboribus. nō enim si etiam in fluuio humidum cōcrescit, folio fluere erit, sed si in arboribus. Quoniam autē prius quidem contingi dictum est. non esse eandem omnibus causam eiusdem, & definitiones, quare re adiciebatur, in quibus hoc speculati sumus ut in animali, & homine, & equo. Nam ipsi quidē homini, animalis, rationale causa est. equo autem irrationale, Amplius uero diximus, quod idem oportet esse medium per quod, & maius totum quoddam sit, & minus consimiliter. & simul extendatur quidem & æquetur omnibus his, quæ sub ipso sunt. similiter quoq; se habere, & medium, rationeq; esse & definitionem maioris, & ipsi quoq; æquans maiori, & omnibus, quæ sub illo sunt. Quoniam igitur sic dictum est. & uidetur robur habere rationum utraq; hoc idē querendum est, si contingat quandoq; aliam, atq; aliam esse causam eiusdem omnibus his, quæ sub ipsa sunt. & quandoq; contingit, & quandoq; non. Nam hoc modo dictarum rationū unaquęq; quod sibi proprium est suscipiens, nullam nobis præbebit ambiguitatem. Igitur si quidem secundum certam rationem demonstratiuæ scientiæ ratio procedat, ut per se demonstratio fiat, dum causa accipitur non solum conclusionis, sed etiam rei, non contingit omnino aliam, atq; aliā esse causam. sed secunda uincet rationum. Si autem per se, sed secundum aliquod signum aut accidens ostensio fiat, contingit aliam, atq; aliam accipi causam. Sicut existentiæ ignis alteri quidem cinerem, alii autem fumum. & ipsius folio fluere, aliæ quidem arborum, ipsum rugosum fieri, aliæ autem dealbescere. Est enim & secundum accidens speculari, aliud alii inesse, sed nō sunt demonstrabilia problemata huiusmodi. Sed etiam si hoc quoq; concederemus, similiter se habebit medium cum minori, idest si quidem maius extremum, ut genus de aliquo prædicetur eorum, quæ sunt sub ipso, & medium ut genus de ipso prædicabitur. Si uero æquiuoce de his, quæ sub ipso sunt, dicatur, & medium similiter se habebit. Ut sit hoc problema, propter quid homo animal est? Si quatuor quædam proportionalia fuerint. a. ad. b. & c. ad. d. & uice uersa proportionalia, assignabitur enim causa, quod æqualiter sit multiplicatū. a. ad. b. & c. ad. d. Hæc enim cum, & in lineis, & in numeris consideretur, & alia erit, & eadem. Nam quatenus quidem in altero secundum speciem consideratur, Altera secundum speciem est. quatenus autem in eodem genere secundum genus eadem est. & sicuti se habet quod uicissim proportionale est, quod est maius, sic etiam, quod æqualiter multiplicatum est, quod est medium. Huiusmodi est, & animal, & rationale animal, per quod medium de homine animal concludimus. Etenim genus hominis animal est, & rationale animal consimiliter, genus est ipsius, Equiuoci autem maioris, & medii, exemplum est ipsum simile. Simile enim tum figuræ inest tum colori. maius æquiuoce existens, & medium erit æquiuocum. Est enim similis, & figuræ figura, & colori color, sed aliud aliis. Etenim aliud simile in figura, & aliud in colore est. Quoniam, & genera inter se diuersa sunt color, & figura. Et proprium quidem qualitatis est simile, & dissimile. & erunt idcirco eadem, & figura, & color, sed æquiuoce. & perspicuum est, quod in figura quidem, similitudo est, secundum ipsum habere latera proportionalia, & angulos æquales. in colore autem ab eodem sensu cognosci. & si secundum aliam quoq; concederet aliquis similitudinem in figuris, & coloribus. tamen nūquā secundum idem similitudo erit, & in figura, & in colore. Quare nomen solum erit commune si similitudinis in utrisq; & quod profecto diceret aliquis medium essendi similem colori colorem, & figuræ figuram, æquiuocum erit. Recte igitur, & præclare dictum est, quod quemadmodū se habet maius, similiter se habebit, & medium si quidem æquiuocum, medium quoq;. Si autem genus illud, genus erit, & medium, & si æquale illud, & medium æquale. Quando & medium, & medium, & causa est, non solum conclusionis, sed etiam rei.

De causa autem quæ cuius causa dubitaret utiq; aliquis, nunquid cum causatum est, quæ existat? ut si folio fluit, aut deficit luna, quæ causa folio fluendi, quæ deficiendi erit, ut si hoc est lata folia habere; deficiendi autem terram in medio esse.

Eustr. in post. anal.

N



Com. 302 Dubitationem quandam mouet consequentem his, quæ de causa, & causato dicta fuerunt. Inquit enim quòd quoniam medium causa est, quòd primum in sit extremo. Nunquid ueluti existente causa, ex necessitate est causatum, sic & causato existente, ex necessitate sit & causa, ut hæc mutuo se consequantur. Vt si lata habere folia, causam ipsius fluendi folio dicamus, Nunquid quemadmodum existente lata folia, est ipsum folio fluere, sic & existente ipso folio fluere, sit lata folia habere? & in lunacea defectio. quoniam causa ipsius est, terram in medio esse lunæ, & foliis, utrum sicuti existente ipso, in medio terram esse est defectio, ita existente defectio, sit in medio esse terram?

Tex. c. 91. Si enim non sit, alia quædam erit causa ipsorum, siue causa sit simul; & causatum. ut si est in medio terra, deficit, aut si latifolium, folio fluit. Si autem sic est, simul profecto esset, & ostenderentur per inuicem.

Com. 303 Vtrinq; quasi quoddam absurdum sequens ostendit. siue quispiam inter se consequi dicat, siue non, causatum, & causam. Si quidem enim non, quemadmodum existente causa, est & causatum, sic existente causato, est & causa, non erit simpliciter causa, id, quod causa est, sed erit aliqua alia interdum. Cum enim causatum, quod causatum est, aliam quandam habeat causam, tunc existente ipso non existit causa. Hoc autem non est scientia, partim quidem aliam habere eiusdem, partim autem aliam causam. Si autem simul sunt causatum, & causa, ut in latifolio, & folio fluere, & in medio esse terram, & defectio. si ita sunt, & simul erunt, & per inuicem ostendentur, & circulo profecto erit ostensio, & nō demonstratio. eo quòd inter se eadē sint, & causæ, & causata.

Sit enim folio fluere in quo. a. latifolium autem, in quo. b. vitis vero in quo. c. Si igitur ipsi. b. inest. a. Omne enim latifolium folio fluit ipsi vero. c. inest. b. omnis enim vitis latifolia est. & a. inest ipsi. c. omnis enim vitis fluit folio. Causa autem est. b. medium, verum, & quòd latifolia sit vitis, est per ipsum folio fluere demonstrare. Sit enim ipsum quidem. d. latifolium, e. autem folio fluere, vitis vero in quo. f. ipsi igitur. f. inest. e. nam folio fluit omnis vitis, ipsi vero. e. d. omne. n. folio fluere, latifolium est, omnis ergo vitis latifolia est, causa autem est folio fluere.

com. 304 Ostendit quòd dictum est, & in exemplo, maiorem terminum ipsum folio fluere accipiēs medium latifolium, minorem uitam, ut causa sit latifolium folio fluēdi uiti, Deinde conuertit cum etiam posuerit medium ipsum folio fluere, maius latifolium, minus extremū uitam ut fiat causa ipsum folio fluere, latifolii uiti. itaq; mutuo causæ, & per inuicem ostenduntur, latifolium, & folio fluere. Reliqua uero perspicua sunt.

Tex. c. 92. Si autem non contingat causas esse inuicem, causa enim prius est eo, cuius est causa, & deficendi quidem causa est in medio terram esse, in medio autem essendi terram, non est causa deficere.

Com. 305 Quemadmodum igitur dictum est, per inuicem profecto uiderentur ostendi, & inter se esse eadem causata, & causæ. Si autem hoc, inquit, non contingit, ut sit idem eiusdē causatum, & causa, causa enim prior est eo, cuius est causa, & quamuis non tempore, tamen opinione, aut etiā natura, præcedens enim imaginantur ipsum in medio esse terram, sequens autem defectio. & natura prior est causa quatenus causa est, eo, cuius est causa. Nunquam autem profecto aliquis imaginaretur ex contrario, ut præcedat quidem defectio, sequatur autem interpositio. cum hæc ita dixisset antequam assignaret illam si conjunctionem, iterum intulit alteram.

Si igitur demonstratio quidem quod causam est ipsius propter quid, quæ autē non est per causam, ipsius quod manifestum est, quod altera, ostensio causam concludens non per causam sit, nam quod in medio terram sit nouit per defectioem, propter quid autem minime. Quare haud per inuicem demonstrarentur, demonstratio enim per causam est.

Com. 306. Hæc est solutio eius, quod dubitatum fuit, si quidem enim secundum modos quosdam, altera demonstratione, non deterior esset altera demonstratio. Hoc profecto esset absurdum, cū rariquam

quam similiter sint utræq; causæ inter se, & priores, & posteriores. Quoniam autem hæc quidē per causam in primo modo, & proprie demonstratio est, hæc uero per causatū in secundo modo & illa quidem est ipsius propter quid; hæc autem ipsius quod. Atq; illic quidem medium causa est, non solum conclusionis, sed etiam rei. hic autem solæ conclusionis inconueniens nullū est: neq; enim propterea quod deficiet, iccirco in medio est. uerum quia non profecto deficeret, si in medio non esset, iccirco per ipsum deficere, in medio esse concluditur. & illud quidem demonstratio proprie est, quando est per causam, hoc autem improprie, & potius syllogismus à signo. Quare qui per causatum causam cognoscit, non propter quid nouit, quoniam causam non nouit, sed solum per posterius prius coniectans.

Quod autem ipsum deficere non sit causa in medio essendi, sed hoc deficiendi, manifestum est: in ratione enim deficiendi, inest ipsum in medio inesse, Quare manifestum est, quod per hoc illud cognoscitur, sed non hoc quod illud.

Quod, inquit, ipsam deficere non sit causa ipsius in medio esse, sed hoc illius, perspicuum est, ex eo, quod hoc quidem in medio esse in definitione deficiendi accipiatur, illud autem in definitione huius minime. Defectio enim lunæ, est luminis priuatio propter terræ interpositionem, idem autem est dicere propterea quod in medio sit terra ipsius, & solis. Quoniam igitur definitio, ratio est significatiua naturæ definiti. per ipsum in medio esse defectio cognoscitur, per illam autem, in medio esse, minime. Si autem & cognoscere contingat prius per posterius non scientifice erit hoc, sed coniecturaliter.

Aut contingit vnius plures esse causas, etenim si est idem de pluribus primo prædicari, sit. a. ipsi. b. primo. inhærens, & ipsi. c. alio primo, & hæc insint ipsis. d. e. inerit itaq; a. ipsis. d. e. causa autem ipsi quidem. d. est. b. ipsi uero. e. est. c.

Nunquid, inquit, est, & aliter respondere ad dictam dubitationem. Si enim est aliquod quidē plurium, aut unius primo idest immediate prædicatum. cum autem de pluribus, aut uno per media illa concluditur, habebit quidem causam semper, & medium, de quorum uno primo prædicatur, per quod medium de aliquo secundorum concludetur. non tamen semper idē, sed partim hoc, partim uero illud. Cæterum causa quidem existente, erit, & causatum, causato autē existente non erit tota ex necessitate causa, sed erit quidem non tamen tota. ut sit animal in quo. a. de quibus autem primis prædicatur, in quibus. c. e. uidelicet rationale, & irrationale, atq; hæc inhærentia ipsis. d. e. uidelicet. homini, & equo. igitur huic quidem. d. homini, causa erit ipsius. a. animalis rationale, ipsi uero. e. equo irrationale.

Quare existente quidem causa, necesse est rem existere, re autem existente, non necesse omne esse, quod profecto quatenus causa sit, sed causam quidem non tamen omnem.

Quare, inquit, si ita se habens acceptum fuerit primum, ad medium, & ultimum, existēte quidem mediorum aliquo, erit, & ipsum ex necessitate, sicuti existente rationali animali, erit etiā animal simpliciter, & irrationali similiter. existente autem causata re, ut animali, non est necesse, & omne esse medium, & causa sed erit quidem aliqua causa. ex necessitate, non tamen omnis ex necessitate. & habebit hanc differentiam hæc consequentia, ut causa quidem existente, sit ex necessitate simpliciter causatum. Causato uero existente, non ex necessitate simpliciter causa, Sed contingat, & in parte esse.

Aut si semper vniuersale problema est. & causa totum quoddam est, & cuius causa vniuersalis est. ut folio fluere, toto cuidam determinato, & si species ipsius sint, & his vniuersaliter, aut platis aut huiusmodi plantis. Quare & mediū æquale oportet eē in his, & cuius causa, & cōverti.

Haud scientiam, inquit, secunda responsio perficit. uniuersale enim semper demonstrabile est problema, nec quandoq; quidem de hoc, quandoq; autem de hoc eorum, quæ sub ipso sunt, in problematibus secundum scientias maius extremum assumitur, sed de omnibus simpliciter ut si folio fluere sit maius, haud quandoq; quidem de hac arborum, quæ innatae sint folio fluere, quandoq; autem de hoc accipitur: sed simpliciter de omni tali arbore, & si species fuerint ipsius



arboris differentes. & de omnibus his uniuersaliter accipitur: aut quatenus arbor si in omnibus arboribus est, aut quatenus tales arbores, si non in omnibus, sed talibus, ut latifoliis. Quare & causa non in parte accipietur, sed uniuersalis, & quatenus omnibus conuenit, de quibus maius est, & causatum per medium, æquale ergo erit medium, & causa, causato, & maiori, ut conuertatur cum ipsa, Aliter enim non inerit omnibus his, quæ sub ipsa sunt. neq; erit uniuersalis, neq; scientifice causa.

Vt propter quid arbores folio fluunt, si sane propter densitatem humidi, siue folio fluunt arbores, oportet existere densitatem humidi, siue densitas inest non cuilibet, sed arbori folio fluere.

Com. 311. Exéplū ponit equādi inter se, & conuertendi causatū, & causa, si enim folia fluendi arbores, inquit, causa assignatur densitas in ipsis, necessarium est existente altero, existere quoq; alterum, & altero alterum. folio fluendi arborem, densitatem, & densitatis, ipsum folio fluere. Illud autem, **NON CVLIBET, SED ARBORI** dixit, propter certitudinem, nō enim cuilibet inhæret densitas, ipsum folio fluere inest, sed arbori, & huic non cuilibet. Quemadmodum non existente altero quolibet, neq; alterum. Etenim arborum quibus non inest densitas humidi, neq; ipsum folio fluere. & quibus non folio fluere, neq; densitas: oliuæ enim & lauro, & similibus. quoniam alterum non inest, neq; alterum, & e contrario, Nam humidum, quod in his est, quia deficiens est, imperfecte concrefcit, neq; foliis fluunt. & hoc non est, neq; illud, ueruntamen illud quidem, & ut præcedens est, & causa, hoc uero ut causatum & sequens. & ab illius quidem ratione, demōstratio est. ab huius autem signo syllogismus. & non primo modo, sed secundo modo. demōstratio. recte ergo se habet prior responsio.

Tex. c. 95. *Vtrum autem contingat non eandem causam esse eiusdem omnibus. sed alteram aut non.*

Com. 312. Quoniam euidenter in rebus apparet, quemadmodum prius dictum est, quod idem per medium alium, atq; alium de alio concluditur. Hoc idem quærit nunc, si contingat in scientiis fieri idem, si secundum certam rationem procedat demonstrationis, hoc tale. Vtrum igitur, inquit, contingat non idem, sed aliud, atq; aliud medium causam esse, eiusdē causati, & maioris. his omnibus, quæ sub maiori sunt, sed alterum quidem huic, alterum autem alteri. ueluti in animali dicebatur, quod partim quidem per medium rationale de homine concluditur, partim autem per medium irrationale de equo, aut cane, aut aliquo alio talium. **AUT NON.** Quando quidem igitur hoc contingat fieri, secundum simpliciter syllogismum dictum est, & uerum est, quod non est secundum certam rationem demonstrationis. ostendit nunc.

An siquidē per se demonstratum est, & non per signum, aut accidens, non est possibile. Ratio enim extremi medium est, si autem non sic contingit.

Com. 313. Respondet ad interrogationem factam. quod secundum certam rationem processit demonstratio. sed nunquid coniecturalis quidam syllogismus factus est, ex posterioribus ostēdens priora, aut accidēs aliquod, medium acceptum est? non possibile est hoc fieri. ut & multa sint media & complures conclusiones concludantur, cum de diuersis minoribus maius cōcludatur, sed & unum, ex necessitate est medium. & una minor, sicut maior, & una semper concluditur conclusio. Huius autem causa est, quia medium ratio est extremi. Ratio autem uniuscuiusq; una, est, & eadem. Sin autem per se demonstratio facta est, sed per signum, aut accidens contingit & diuersa media accipere, & diuersas minores hincq; deducere, & diuersas conclusiones, per signū quilibet si quis ignem extitisse coniectaret quia cinis sit, aut existere, quia fumus. Etenim media hæc diuersa sunt, cinis, & fumus. & id quod concluditur diuersimode concluditur. Nam hoc extitisse, hoc uero existere est. per accidens autem, ut si per ipsum quidem latunquium de homine animal, per solungulum autem de equo concludemus, aut per risibile de homine, per hinnibile uero de equo. Sed quomodo per rationale, & irrationale de differentibus concludit? Sed neq; hæc sunt substantia animali, rationale animal, si per se aliquis dicat, sed nec secundum primum modum dicendi per se, sed secundum secundum, ut ad uncitas & simitas naso, & sicuti numero par, & impar. ut contingat animali horum utrunq; & inesse & non inesse. Quod dictum de accidens assignatum est. Quare neq; demonstratio est, in qua medium tale assumitur.

Tex. c. 96. *Est autem & cuius causa, & cui considerare secundum accidens, non tamen videntur problema esse*

mata esse. Si autem non similiter se habebit medium, siquidem æquiuoca sunt æquiuocum est medium, si vero ut in genere similiter se habebit.

Quāquā in demonstrabilibus, inquit, problematibus, & per se maior minori insit, & mediū ratio sit maioris, tamen sunt nonnulla problemata, in quibus est animaduertere, & id cuius causa est medium, id est maius extremum, & id cui causa medium est maioris, id est minus, per accidens inter se conuenientia, sed non uidentur talia problemata esse. **SI AVTEM NON VIDENTVR** quod idem est dicere. **SI AVTEM VIDENTVR** similiter se habebit medium. Sicuti se habet maius, ad minus. siquidem cum ut genus sit minoris, sic non est per se, & medium ut genus est. si autem ut æquiuoca uox, & medium similiter. Caterum dicendum est adhuc manifestius. Quando dum interrogetur propter quid non proprie causam assignauerit aliquis, sed aliquam secundum accidens non uidentur talia problemata esse demonstrabilia. tunc enim demonstrabile problema fit, cum ratio maioris medium accipiatur. Secundum accidens autem talia dicit, quatenus haud per se causa assignatur. ut si quis dicat propter quid luna deficit? quoniam umbra carens in plenilunio est. Hoc enim ratio non est deficiendi, sed quoddam accidens, neque causa, sed signum quoddam, & consequens. Aut propter quid platanus folio fluit? quia alba est, non enim album ratio est, folio fluendi, neque quicquā huiusmodi. Si autem & apparebūt inquit talia esse problemata, similiter se habebit mediū cum extremis, **SI QUIDEM ÆQUIVOCA** id est secundum æquiuocationem inter se conueniant. æquiuocum quoque est medium. Si autē ut genus, id est secundum generalem habitudinem communicantia, genus erit, & medium, minoris. non enim erunt utraq; genera omnino inuicem maior, & minor, hoc autem dicit, tanquā ad id, quod dictum est rationem extendens, in quo dicebat diuersa esse media, aliā minori, eandē maiorem concludentia.

Com. 314

Ut propter quid, & commutabiliter proportionabile. Alia enim causa est in lineis, & numeris, & eadem: quatenus quidem lineæ, alia est: quatenus autem habet argumentum tale eadem; ita in omnibus.

Hoc est eius, quod ut genus est, exemplum. generaliter enim in differentibus specie considerata, tum in lineis, tum in numeris. Si quatuor quædam proportionabiliter fuerint. primum ad secundum, & tertium ad quartum, & commutando proportionaliter. Sicuti primum ad tertium, sic secundum ad quartum, igitur quod commutabiliter proportionale est, maius est, minus uero lineæ, aut numeri. Medium autem oportet inuenire. Est aut ipsum æqualiter multiplicatum quemadmodum igitur ipsum commutabiliter proportionale genus erat differentibus specie in hærens, lineis, & numeris, sic & æqualiter multiplicatum hoc igitur, & aliud est, & idem. Quatenus quidem lineæ, & numeri, aliud, atque aliud est. quatenus autem æqualiter multiplicatum idē, id enī est illud, **QUATENVS AVTEM HABET ARGUMENTVM TALE.** id est, quatenus ita excedit, uidelicet æqualiter. Qualitas enim excessus est, æqualiter multiplicari, est enim & inæqualiter excessus fieri: æqualiter autem est quando excessus præcedentium rationum, ad subsequentes secundum eandem rationem fiant, ueluti octo, ad quatuor, & duodecim ad sex, & commutabiliter quemadmodum est octo ad duodecim, sic quatuor ad sex, sesqui enim ratio in utrisque est, ut modus duplicatus sit. commutabiliter enim ratio est. Ratio præcedentis, ut præcedens, ad præcedens, ut consequens, & consequentis, ut præcedentis ad consequens ut cōsequens. propterea quod si numeri quatuor proportionabiliter sint, & commutabiliter proportionabiliter sunt, propterea quod æqualiter multiplicati sunt. primus ad secundum, & tertius ad quartum, æqualiter partiti, aut aliqua alia ratione. Nam propterea quod æqualiter sunt excedentes præcedentes rationes subsequentes, iccirco, & commutabiliter proportionabiliter sunt. Est igitur & medium ut genus. ipsum enim æqualiter multiplicatum tum in numeris, tum in magnitudinibus est. quæ eiusdem generis existentia, specie inter se differunt. Sic & in quibus diximus prius. Rationale animal, & irrationale animal, per quæ media animal simpliciter de homine, & equo concluderetur. Nam rationale animal genus est hominis, quia & maius est, quod erat animal. & irrationale similiter equi, illud autem **SIC IN OMNIBVS** hoc significat, quod quemadmodum in his, maiori genere existente, genus quoque medium est, sic in omnibus est.

Com. 315.



Similem autem esse colorem colori, et figuram figuræ, aliud alii est. æquiuocum enim simile est in his, Nam hic quidem est fortasse proportionabiliter se habere latera, et æquales angulos, in coloribus autem vnum sensum esse, aut aliquid aliud huiusmodi.

Corā. 316.

Cum iam per exemplum explicasset, quòd si ut genus maius est, & mediū, ut genus erit, idem facit in hoc, si æquiuocum maius fuerit, medium quoq; similiter. & hoc est ipsum simile. Simile enim tum in figuris est, tum in coloribus. sed non habebit rationē unam, simile, quæ in utrisq; conueniat generibus, sicuti illic commutabiliter proportionale, Ratio enim huius eadem est, & si in magnitudinibus accipiatur, aut numeris, uel in quibuscunq; aliis, similis autem, minime, aliud enim simile est, quòd in figuris: & aliud est, quòd in coloribus. Quocirca & ita, inquit, quòd dici autem similem esse colorem colori, & figuram figuræ, aliud est, atq; aliud significatū, in alio, atq; alio subiecto. aliud enim in genere figuræ significatum est similis, & aliud in genere coloris, & non est eandem assignare rationem, quæ conueniat in utrisq; similibus. Quare æquiuocū in his simile est. Nam in figuris quidem similitudo est, Quando proportionabiliter fuerit laterū inuicem, & angulorum æqualitas huius figuræ, ad hanc. in coloribus autem similitudo est, ab uno sensu iudicari, adiunxit autem illic quidem **FORTASSE** huic autem, **AUT ALIQUID ALIUD** Quoniam haud propositum erat nunc exacte de his disceptare. Quia igitur maius in hoc æquiuocum est, si quis interrogaret propter quid color similis est colori, & figura figuræ? Respondet an non habebit rationem, quam ut medium, & causam assignet, aut si habebit æquiuoca erit uox id, quod assignatur. Vt sit quando quidem genus maius est, medium, & non unū, & unum est. non unum quidem specie, unum autem rursus genere. Quando autem æquiuocū maius, penitus non unum medium est.

Quæ autem secundum proportionem sunt eadem, et medium habebunt secundū proportionē.

Corā. 317

Eorum, quæ prædicantur, nonnulla sunt, quæ secundum proportionem subiectis inhaerent sicuti homini, & equo, & pisci, & sepia non flecti. Hæc sane talia secundum proportionem habebunt etiam medium. Dum uniuersaliter quidem igitur accipiuntur, & uniuersaliter habebunt mediū assignationem, particulariter uero, & medium habebunt particulare. Vt propter quid animalium ea, quæ non flectuntur, non flectuntur? propterea quòd sustentacula habent, in parte uero propter quid homo, & equus, & similia, non flectuntur? propterea quòd ossa habent. propter quid piscis? propterea quòd spinas. propter quid sepia? quia sepium habet, hæc autem omnia proportionabiliter sunt. idem enim in omnibus ipsum non flecti est, non genere, non specie, sed secundum proportionem. & causa huius est, ipsum proportionale. Omnino igitur maius, & per se inest minori, aut secundum accidens. ac si per se, aut immediate, aut mediate, & si per accidens aut secundum passionem, aut secundum proportionem. Si quidem igitur per se, & immediate causam etiam habebit talem rationem existentem maioris, & conuertibilem cum ipso, & nunquam aliam, atq; aliam, sed semper eandem. Quamobrem luna deficit? quia terræ in medio est, nunquam enim alia erit causa. esse enim lunam in medio, non ipsius causa est defectio, sed alterius, & erit fortasse hoc æquiuoci exemplum [æquiuoce enim defectio est, & in sole, & in luna. Quapropter & medium his, æquiuocum est, interpositio, alia enim erit ratio defectiois lunæ, alia solis. nam illic quidem est terram in medio fieri. hic autem lunam, fieri in medio solis, & nostrorum uisuum. Si autem per se quidem maior inest minori, non immediate tamen, contingit plura esse media. Quemadmodum animal cum non proximum sit homini, & equo, rationale habebit causam, & irrationale. Similiter autem, & si secundum accidens. Quare bos, & aries, nec non hircus omason habent? quia cornua habent. & quia non utraq; parte oris sunt dentata. Accidens autem in hoc loco dicimus, quod inseparabile est, & uniuersaliter sequitur. & hoc quidē est secundum passionem, hoc autem secundum habitudinem, quod secundum proportionem est, de quo iam dictum est. Aristoteles tamen in hoc loco, quod proximum est per se solum, nominauit per se, reliqua uero per accidens, aut fortasse illud, **SI AUTEM NON** non ad proximum illud, **NON TAMEN** refertur sed ad superius, **RATIO ENIM EXTREMI EST.**

Tex. c. 97.

Habent autem sic consequentia inter se causa, et cuius causa, et cui causa. Vnumquodq; quidē accipienti cuius causa in plus est.

Sed pro

Sed profecto quomodo dicerem consequi inter se tres terminos demonstratiui syllogismi. uidelicet medium, qui sane, & causa est. & maiorem, cuius est causa medius, & minorem, cui causa prædicati uidelicet. maioris medius: Quoniam enim quomodo quidem cum accipiuntur, mutuo hæc se consequuntur, ut æquantia: Rursusque quomodo relinquitur minor & medio, & maiori. Atque hinc prohibetur relicto ad excedentes terminos consequentia. opere præteritum est autem hoc minime prætermittere, sed dicere, quando horum utrunque fiat. Quoniam enim & minus extremum uniuersale est, sicuti & maius, & medium ipsum. Si quidem singulum accipias, quod sub ipso est, accipietur eorum duorum & medii dico, & maioris. Si autem omnia, simul æquabitur cum ipsis, & mutuo consequetur, ut æquas. Vt sit maius extremum, esse angulos extra, quatuor rectis æquales, & in minus est, & consequi non poterit. Si autem simul de triangulo, & quadrangulo, & æquantur inter se termini, & conuertuntur. Sed quid est id, quod dicimus, quod quatuor rectis æquales sunt anguli extra: in triangulo quidem. Quoniam proiecto uno latere, angulus, qui est extra triangulum, duobus qui sunt intra, & ex contrario æqualis est, quare anguli qui sunt extra, dupli eorum qui intus sunt, erunt. & quoniam anguli, qui intra triangulum sunt, duobus rectis æquales sunt, qui extra ergo sunt quatuor rectis æquales erunt. In quadrangulo autem, quoniam quadrangulum, & æquis lateribus, & rectis angulis est, emisso unoquoque latere, duo recti deinceps erunt secundum unamquamque eiectionem, ut sint omnes recti anguli octo, intus quidem quatuor, extra autem alteri quatuor. æquabitur igitur & medium extremis ex necessitate. Ratio enim est (ut antea dictum est) primi extremi. Quocirca & per definitionem fieri scientias inuenimus. sit igitur & exemplum euidentius, per quod id, quod dictum est de terminis dilucidius cognoscimus. ipsum enim folio fluere, uiti quidem sequens excedit & sicuti similiter, & unicuique arborum, quæ innatae sunt folio fluere. Dum autem ad omnia simul accipitur, non excedit, sed æquatur, similiter, & medium, hoc autem est concrefcere succum, nam latifoliis omnibus concrefcit succus, & quibus concrefcit succus, omnia latifolia sunt. ac omnia folio fluentia latifolia sunt, & latifolia omnia folio fluunt. Quando igitur aliquod singularium acceperis, quatuor termini erunt. duo medii, & duo extremi. Vt si ficum sumas, ficus latifolia est latifolio concrefcit succus, cui concrefcit succus, hoc folio fluit, ficus ergo fluit folio. Horum autem duorum mediorum, hoc quidem minori est, hoc autem maiori proximum. Si acceperis igitur primum medium, quod maiori proximum est. ratio est ipsius, nam concrefcere succum ratio est folio fluendi, nihil enim aliud ipsum folio fluere est, quam concrefcere in coniunctione seminis succum. Sicuti enim lunaceæ defectionis ratio est terræ interpositio, sic & folio fluendi concrefcere succum. Semen autem dico extremam partem pediculi, ex qua folium producit ab initio. Semen uero hoc appellatum est, propterea quod, & potentia in ipso, & seminaliter ab initio folium omne inquit, & antequam producat: & præsertim arbores, quæ inferuntur, dum circumciditur oculus, ex quo germen debet produci, & imponitur in alteram arborem, ex qua æqualis alter talis decifus sit similem, generant ei, ex qua is, qui impositus est, decifus est, & fructum fert, sicut sane ille est. Quatenus semen eius, quod impositum est, agit. HABENT AUTEM SIC CONSEQUENTIAM INTER SE CAUSA, ET CUIVS CAUSA, ET CUI CAUSA. Alterum etiam thorema tradit de trium terminorum assignatione, & medii, quæ, causam dicit, & maioris, quem cuius causam, necnon minoris, quem cui causam. Quod autem tradit est de horum inuicem consequentia, quoniam enim uniuersalis omnibus est scientia, perspicuum est, quod & termini omnes uniuersales sunt, utrum igitur æquantur inter se: aut hic quidem deficit, hic autem excedit. si quidem igitur primus est, & medius, nam medius quidem ratio est, hic autem cuius ratio, ex necessitate æquabitur inter se sunt, Minorem autem si quidem in parte accipias, unamquamque ipsius partem excedit ipsum cuius causa est medius id est maior. Si autem maiorem, & medium, æquatur hæc inuicem. Si uero simul totum, æqualiter erit, & hoc. Sic igitur se habet inquit consequentia trium terminorum inuicem. causæ eius, cuius est causa, & cui causa, uidelicet. medii, maioris, & minoris ut si quidem in parte minor acceptus sit, huic quidem, & alii consequuntur, ipse autem cum aliis non conuertatur. Si uero uniuersaliter etiam iste sit, consequuntur inter se omnes.

Vt quatuor, æquales hi, qui sunt extra, in plus est, quam triangulum, aut quadrangulum; omnibus autem, æqualiter: quæcumque enim quatuor rectis, æquales habent angulos, qui sunt extra, & medium similiter.



Com. 319 Exemplum ponit dicti. Sit enim, inquit, maius quidem habere angulos extra, quatuor rectis æquales: Minus autem de tribus hoc dicitur, ut triangulum, & quadrangulum, triangulo quidem solo diuifim, aut quadrangulo, in plus est. Cum omnibus autem simul æquatur. Sed quid est habere angulos extra, quatuor rectis æquales, & quomodo hoc in triangulo, & quadrangulo est, dictum est prius. Si enim acceperis omnia, de quibus hoc est, æquatur cum ipso prædicatum, & non excellit, & medium similiter, inest sicut maius est, & medium similiter. Nam quia ratio medium est maioris, conuertitur cum ipso. Quare cum illud in plus sit, id quoque est, quibus autem illud æqualiter est, hoc etiam æqualiter est.

Est autem medium ratio primi extremi, Quapropter omnes scientiæ per definitionem fiunt.

Com. 320 Mediū inquit, quod & causa est, ratio est primi extremi, idest maioris, hoc est definitio. Quare & omnis cognitio scientifica per mediam definitionem fit.

Vt folio fluere simul consequitur viti, et excellit, et ficui, et excellit. sed non omnia, sed æquale est.

com. 321. Per exemplum manifestat dictum, idest, quod ratio sit medium maioris, in hoc autem dicit, ut & prius de maiori. hoc autem erat quod si quidem singulorum accipiuntur partes minoris, ipsum excedit maius. Si autem simul totum minus, æquatur maius cum ipso. Sit enim maius folio fluere, hoc quidem ad uitam separatim acceptum, & consequitur simul, & excedit, & ad ficū consimiliter, simpliciter autem ad omne folio fluens, non excedit, sed æquale est ipsi. & si nomen quispiam posuerit commune, quod omnibus conueniat folio fluentibus, æquale illi erit ipsum folio fluere.

Si igitur accipias primum medium ratio folio fluendi est, erit enim primum quidem in altera parte, Quoniam huiusmodi sunt omnia. deinde huius medium est, quia succus concrescit, aut aliqd aliud tale. Quid autem est ipsum folio fluere & concrescere in coniunctione seminis succum.

com. 322. Si singulas partes accipiendo minoris, quatuor termini fiunt, duo extremi, & duo medii. Ut si uitam accipias minus extremum, & maius folio fluere: media erunt, proximum quidem ipsi folio fluere concrescere succum, proximum autem viti latifolium. Primum igitur mediū, quod maiori proximum est, secundum autem medium quod minori. itaq; primum medium, inquit, ratio est ipsius folio fluendi. Nam incipienti quidem tibi à minori, proximum erit medium, quatenus ad minus est: quoniam huiusmodi omnia sunt, idest latifolia, aut aliquid aliud, quod commune erit particularibus folio fluentibus, huius autem rursus, & maioris medium est, concrescere succum aut aliquid aliud huiusmodi, causam declarans, & rationem folio fluendi, ut ita sit syllogismus. uitis latifolia est. Omnis latifolii concrescit succus, omne, cui concrescit succus, folio fluit, omnis ergo uitis folio fluit. Si igitur quispiam interrogaret, quid est folio fluere? concrescere succū respondebimus in coniunctione seminis, nam succus iste, simul quidem nutrit folium per coniunctionem & germinare fecit, simulq; arbori ipsum adiungit, hoc autem non concrescere, neutrum horum fieri potest, Quapropter excidit folium.

Tex. c. 98. In figuris autem sic assignabit, quærentibus consecutionem causæ, et eius, cuius est causa.

Com. 323 Cæterum dicendum est adhuc uniuersalius de his, in literis rationem exercentes. quomodo aut non contingat duas eiusdem reperiri causas, aut si etiam reperiantur, aut non eidem causæ eiusdem sint, sed eiusdem alii, atq; alii. aut altera causarum, sub altera sit. Siquidem enim ratio fit causa, eius cuius est causa, quæ sane & proprie causa sit, ut non modo sit conclusionis, sed etiã rei, & conuertitur cum illo, & æquatur, & tunc una erit causa, uel si etiam duæ, altera sub altera erit hoc autem fit quando nõ uniuersaliter, ipsum, cui causa, causa est, uidelicet minus. Sed dum eorum, quæ sub ipso sunt aliquid accipitur, ut minus, erit medium ipsum quoq; compræhensuum ipsius proxime, & id, quod proxime est sub maiori. Ut si. a. sit ipsum cuius causa: causa autem. b. cui uero causa. d. a. igitur omni est b, b. uero si acceptum sit alicui eorū, quæ sub. d. sunt per medium erit ipsius. d. simpliciter. Veluti concrescere succum de ficu: nam concrescere succū per medium ipsius simpliciter latifolii inest ficui, alicui existenti latifolio. Itaq; erunt quidē duæ causæ

causæ ficui folio fluendi, sed altera sub altera. Nam sub ipso, succum concrefcere latifolium est. b. enim unicuiq; eorum, quæ sunt. d. inhærens in plus est. Et uniuersaliter profecto esset. b. ipsis d. tale autem est uniuersale, ut non cōuertatur, duplex enim est uniuersale, aut quod conuertitur ut cum animali secundum appetitionem, & affectionem mobile, aut quod non conuertatur, ut cū homine animal. proximū aut alicui uniuersale est, id est cū quo singulū eorū, quæ sub subiecto sunt, nō conuertit, oīa uero cōuertunt: & æquantur. omnibus igitur his, quæ sub. d. sunt, quod est minus extremum. b. est causa ipsius. a. ut ipsius folio fluendi, omnibus lati foliis, concrefcere succum causa est. itaq; si ratio sit causa eius, cuius est causa, tamen statim non esset ratio, neq; cōuerteretur. sed esset in plus. a. ipso. b. propter rationem dicentem, quod si conuertuntur inter se erunt causæ, & per inuicem ostendentur. Atqui differentia demonstrationum dicta est prius, quod hæc quidem causam habebit, quæ causa etiam rei est, hæc autem solæ conclusionis. Verū tamen concedatur & sit in plus. a. ipso. b. inhærens sane. a. omnibus. e. quibus. b. non in sit. Quo modo aliter erit dicere. a. in plus esse ipso. b. nisi sint aliqua quibus. a. quidem in sit. b. autem minime: erunt ergo & ipsa. e. quoddam unum, sicuti erant, & ipsa. d. Quare autem non erit aliqua causa ipsius. a. ipsis. e. cum enim sint plura. e. & de omnibus his tanquā uno. a. prædicetur, necessarium est esse aliquod medium, per quod de ipsis concludatur, & quod ipsis sit causa ipsius. Videamus igitur hoc, & sit. c. ostensum est certe, quod plures eiusdem causas esse contingit, non tamen eisdem specie. At ipsi quidem. d. b. est ipsi uero. e. c. ut quod longæ uitæ sit quadrupedibus, non habere bilem causa est, uolatilibus autem, sicca esse, aut aliquid alterum. tamen si uero tale sit medium, ut conuertatur cum maiori. nō tamen statim in indiuiduam speciem mediū, processus sit. sed est inter medium, & indiuiduam speciem, aliquid aliud inuenire, quod continet & ipsam acceptam speciem, & quæcunq; huic contradiuiduntur, hincq; si necesse est plura esse media, & non unum, perspicuum est, quod & plures causæ erunt. Non enim hoc quidem mediōrum causam dices, hoc autem non, sed utraq; causas, sicut sane, & media. uerum hæc quidem maiori propinqua est, hæc aut minori. Atq; erit primum quidem medium, maioris causa ipsi secundo: secundum autem medium maioris causa ipsi extremo. sicut ipsius folio fluendi, & ficus, mediū est, concrefcere succum, & latifolium. quorum ipsum quidem concrefcere succum, causa est ipsi latifolio folia fluendi, ficui autem eiusdem ipsum latifolium. & tantum causa est extremum, & unicuiq; eorum, quæ contradiuiduntur ipsi, Secundum medium, ut & magis hoc sit his maioris causa, quā ipsum quod maiori proximū est, quod enim ab initio sub primo sint singula, hoc est causa, quæ proxima est singulis. Vt si. a. sit maius. d. extremum, b. autem, & c. hoc quidē medium maiori, hoc autem extremo. c. profecto esset causa. d. ipsius. a.

Duplex vlt.

In figuris autem sic assignabit quærentibus consequentiam, et causæ, et cuius causa.

Quoniam per exempla magis particularem traditionem fecit, de consequentia terminorum demonstrationis. & ex hoc uidetur proprium logicæ speculationis præterire idcirco ipsam nunc facit uniuersalem, communia elementa accipiens. omnium enim logicalium methodorum proprium est, diuisiuæ dico, & resolutiuæ, ac definitiuæ, & demonstratiuæ uniuersales facere traditiones, cum nullum habeant proprium subiectum sed entia simpliciter. Quapropter & logicum negotium incipiens, prima genera entis nobis supposuit, alio modo, quam in metaphysicis. Nā illic quidem naturas generum tradit, hic autem solas proprietates, quatenus hoc est sufficiens logica speculationi. ut profecto hinc unumquodq; generum designantes, habeamus traditas regulas logicalium methodorum explicare, cum de generibus aliquid tractauerimus, Indigemus enim in his, non substantia solum, Sed etiam accidentibus, quoniam non modo definimus, sed etiam describimus, & demonstramus non solum propter quid, sed etiam quod. Dicit igitur quod realiter quidem ita consequentia tradita est, logice autem, & in figuris logicalibus sic assignabit quispiam quærentibus consequentiam terminorum, & causæ, & cuius causa.

Com. 314

Sit. a. ipsi. b. inhærens omni. b. autem unicuiq; ipsorum d. in plus autem est.

Maius extremum. a. ponit. quod omni inquit, inest. b. quod medium, & causa est. d. uero ponit singulares species, quæ minori continentur. Vt sit ipsum quidem. d. minus ipsa uero. d. quæ sub ipso sunt species. sicut si latifolium dicat aliquis minus. species autē, quæ sub latifolio sunt, unaquæq; latifolia est. Quapropter ita quoq; dixit, b. autem unicuiq; ipsorum. d. id est medium

Com. 315.



aút est, unicuiq; speciei eorū, quæ sub minori. sunt, ut & in plus sit, dū hæ singulatim accipiunt.

Ipsum quidem igitur. b. vniuersale profecto esset ipsis. d. hoc enim dico vniuersale, quod non conuertitur, primum autem vniuersale est, cum quo vnumquodq; non conuertitur. omnia autem conuertuntur, & extenduntur.

Com. 316

Ipsum quidē ergo. b. quod mediū est, esset profecto ipsis. d. quæ sunt species vniuersale, sub minori extremo, accipit aút has, quatenus ad unamquamq; ipsarum medium dicitur ut sit, & vniuersale, & ita vniuersale, ut non conuertatur, neq; æquetur. Quod enim æqualiter de continente dicitur, unumquodq; eorum, quæ continentur excedit, ut si concrecere succum de latifolio æqualiter prædicet, unaquaq; arborū, quæ sub ipso sunt in plus est, illud autē, inquit, est primum vniuersale, videlicet proximum, & de quo immediate prædicatur prædicatum: cum quo quidem unaquq; specierum quæ sub subiecto sunt non conuertitur. omnes autem simul acceptæ, & conuertuntur, & simul extēduntur. videlicet æquant, hoc enim est illud **EXTENDUNTUR**, unūquodq; enim eorū, quæ sub latifolio sunt, veluti ficus, & uitis, & platanus, & unum quodq; inferius est ipso concrecere succum, omnia autem simul æquantur.

Ipsis igitur. d. causa ipsius. a. est. b. Oportet ergo. a. in plus, quam. b. extendi. si vero non, quid magis causa erit hoc illo.

com. 317.

Hucusq; consequentia tradidit mediū, & minoris, cum dixerit quod quidem in parte minor accipiatur, consequitur singulæ partium ipsius medium, & est in plus, atq; iccirco neq; conuertitur ad unumquodq; eorum, quibus sequitur. si autem simul omnia, & vniuersaliter accepta sint, minus conuertitur cum medio. de maiori uero nihil aliud dixit, quam solum, quod omni inest medio. Nunc autem uult, & huius, & mediū tradere consequētiam, & quærit si in plus maior medio sit, aut conuertantur, & æquentur, ac si plures causæ eiusdem esse contingat. & quoniam prius etiam dictum est, quod accipitur quandoq; medium, in minus maiori existens, & non conuertibile, quandoq; autem accipitur æqualiter, & conuertitur, ob id tradit quomodo in utrisq; contingat duo media & causas esse. Quando quidem enim medium accipiatur nō existens ratio maioris, neq; conuertitur, & duæ causæ ipsius reperiuntur extra inter se existentes, ut secunda non sit sub altera: Quando autem medium ratio fuerit maioris, & conuertatur cū maiori, & si quo media accepta sint, alterum sub altero est. primum sane hoc tradit, quando medium non fuerit ratio maioris. inquit igitur, quod. b. causa est ipsius. a. ipsis. d. sed si hoc est, oportet. a. in plusquam. b. extendi. nam si non, nihilominus erit ipsius. a. b. causa quam ipsius. b. a. si n. æquantur inter se, & conuertuntur, & inuicem supponentur, & mutuo interponentur, & sibi inuicem erunt causæ, & non est hoc demonstratio, sed ostensio per inuicem. Atq; prius quidē dictum est, quomodo sit hoc, & quid dum in conuertibilibus demonstrationes utringq; fiunt, differant, & quod hæc quidem est ipsius propter quid, hæc autem ipsius quod. Sed nunc de his, quæ nō cōuertunt sermo est, & quomodo talibus acceptis terminis, duæ causæ eiusdē reperiunt.

Si igitur omnibus. e. inest. a. erunt illa quippiam vnum omnia, aliud ab ipso. b. si enim nō, quomodo erit dicere, quod cui ipsum. e. inest, ei omni ipsum. a. cui autem. a. ii non omni. e. Quamobrē enim non erit aliqua causa, vt. a. in sit ipsius. d. Sed nunquid, & ipsa. e. erunt aliquod vnum.

Tex. c. 99.

¶ Considerare igitur hoc, & sic. c.

com. 318.

Quoniam inquit, omnibus ipsis. c. inest. a. Quemadmodum quoq; ipsa. d. complura erant, & in unum conueniebant atq; a. ipsis inerat per. b. sic & in hoc loco ipsa. e. & multa erunt, & unū, & inest ipsi. a. & hoc unum aliud est ab ipso. b. et oportebat dicere, Quod si uero non, qui in plus erit. a. ipso. b. quod demonstratum est, per deductionem ad inconueniens, hoc enim uidetur proponi, non tamen inquit ita, Sed quod si enim nō quomodo erit dicere, quod in plus ipso. e. a sit? Nam hoc est, quod dicit, quoniam quomodo poterimus dicere, quod cui. e. inest. a. omni in sit, cui autem. a. non omni ipsum. e. Sed quamquā diuersum est hoc ab illo, tamen in idem ferunt. si enim minime diuersa sint iter se, neq; ipso. b. neq; e. in plus erit. a. illud uero **QUAMOBREM ENIM NON ERIT ALIQUA CAUSA, obscurum quoddam est, ob illam ENIM coniun-**

tionem, haud conuenienter positam. non enim in probationem alicuius illud dictum illatū est. sit igitur pro autem, quod sapenumero ita ab Aristotele accipitur. Qui igitur inquit non erit aliqua causa ipsius. a. ipsi. e. siquidē enim idem erat. b. e. sicuti immediate ipsi. b. a. inest, inerit profecto, & ipsi. e. & per medium ipsi. d. ut & per. b. Aut si post. e. inerant diuersæ species, e. uno existente, & non pluribus, per hoc de pluribus illis, aliis existentibus præter ipsa. d. concludebatur de illis. a. nunc autem neq; e. cum. b. idem est, & cum multa sit in unum cōueniunt, quemadmodum ipsa. d. opus est ergo aliquo medio ipsis, ueluti & ipsis. d. opus erat, ut per ipsum, a. de ipso prædicetur. propterea enim, & ipsum. d. in medium adduxit, assimilando ipsi, e. Sicuti enim illud multa existens in unum reducebatur. sic, & e. est unum quippiam ex multis. **CONSIDERARE IGITUR HOC** hoc attice dictum est, secundum defectionem ipsius oportet, sic enim erat dicendum, oportet igitur considerare hoc, uidelicet. causam oportet exquirere, quænam sit, & sit. c. in extremis quidem, tanquam plures species explanantibus ipsa. d. dicit, & e. in mediis autem tanquam aliquibus ipsum. b. & c.

Contingit igitur eiusdem plures causas esse, sed non eiusdem specie, ut longæua esse, quadrupes da quidem, eo quod non habeant bilem, uolatilia autem, eo quod sicca sint, aut alterum quippiam.

Ostensum, inquit, est, ex superius dictis: quod contingit plures causas esse eiusdem. sed non & eidem. neq; aliquibus pluribus quidem numero, specie autem eiusdem, non enim contingit mediiorum, diuersorum specie existentium, & non subalternatim positorum extrema esse specie eadem. ponit autem exemplum, ipsius enim longæua esse unius existentis, ipsis quidem quadrupedibus, causa est non habere bilem, id est minus biliosa esse, uolatilibus autē sicca esse, **AUT ALTERVM QVIPPIAM** dixit propterea quod haud exacte nunc disceptetur de hoc. cum enim in animalibus ingenitum dicatur esse calidum, in quo uita continetur ei opus est humiditate ad alimentum, in quibus ergo bilis abundat calida existens, & sicca, consumitur humidum, & iccirco talia breuia uitæ fiunt. Quibus autem bilis minuitur, predurat humidum magis & propterea sunt longæua. Quemadmodum in lucerna, si tenuis papyrus sit, & abundet oleum, perdurare in plus ignis potest. Quocirca, & plantæ longæuiore sunt animalibus, cum humiditas in ipsis superet calidum. forsitan uero, & sicca esse, non mediocriter ad uitam confert, si terreum ipsis siccum est, & non igneum, nam tale quidem existens consumit humidum. terreum autem existens, supra modum uexata composita ponit, Sed de his in libro de anima, & de sensu, & sensibus docuit.

Si uero in indiuiduum non statim ueniunt, & non solum unum medium est, sed plura, & causæ plures.

In his quidem proxime dictis, medium accepit, quod cum primo non conuertitur. Iam uero & de eo, quod conuertitur dicit. Si igitur conuertibilis sit causa, & cuius causa, ac non statim in indiuiduum ueniant. quod & medium est, & per ipsum maior, eo quod ex necessitate plura media sumantur. Nam si haud quamprimum in indiuiduas species medium deueniat, ex necessitate opus est, & altero medio, per quod indiuiduis primum medium inhaereat. Itaq; erunt plura media, sed non ita, atq; illic, ut sint extra inter se, sed alterum sub altero est. Si uero media plura sint, perspicuum est, quod & causæ plures, eadem enim sunt media, & causæ.

Utrum autem causa mediiorum, quæ est ad uniuersale prima sit, aut quæ est ad singulare singularibus?

Hoc alterum est de mediis quæsitum, quando plura accipiuntur, alterum existens sub altero, inquit enim cum plures causæ sint huiusmodi, in medio maioris termini, & singularium specierum, utra ipsarum causa est maioris singularibus? ea, quæ propior est primo, quæ uere est prima, incipientibus nobis a maiori, quod uniuersale appellauit, aut quæ est ad singulare primum, & infert solutionem interrogationis.

Manifestum quidem, quod quæ proximæ unicuiq; sunt, cui causæ sunt, quod enim prima sub uniuersali sit, hæc causa est.



Com. 332. Perpicuum sane est, inquit, quod illæ sunt causæ semper singularibus, Quæ & proximæ sunt illi, cui causa dicitur esse causa, quod omnino ex initio sub maiori sint singularia, hæc causa est. Hæc enim continens proxime singularia, per seipsa suppeditat ipsis uniuersale proportionale ordini specierum. Nam semper inferioribus subsistentiis communicatio boni, per ea, quæ proxime præexistunt ipsis tribuitur. ut corporibus per naturam. Naturæ per animam. Animæ per intellectum, intellectui per uitam, huic autem per ens. pluraliter uero dixit, *QVÆ PROXIMÆ SVNT* sermonem transferens ad uniuersale ipsum, quod semper ita se habet.

Vt ipsi. d. quod. c. insit causa est. b.

Com. 333. Hoc magis confirmatiuum est, eius, quod quæ proxima est singularibus, causa sit ipsius uniuersalis, uidelicet maioris. Etenim inquit, & ipsius. b. c. causa est singularibus, namq; ipsum primum medium causam habet existentiae ipsius, in singularibus, quod proximum est singularibus, quatenus non absq; illo inesse ipsis possit, non enim sine latifolio concretere succum ficui inesset, & uiti, & similibus. Si igitur & ut insit. b. ipsis. d. opus est causa. c. multominus profecto erit. b. causa, quod. a. sit ipsis. d. quam. c.

Ipsi quidem igitur. d. c. causa est ipsius. a. ipsi uero. c. b. huic autem ipsum.

Com. 334 Terminos exponit omnes, ut manifestum adhuc fiat, quænam alicui, alicuius est causa, & ait ipsi quidem. d. singularibus speciebus, proximum ipsi medium, quod est. c. ipsius. b. causa est, quæ est proximum maiori medium, ipsi uero. c. causa est ipsius. a. b. Nam per ipsum. b. a. ipsi. c. inest huic autem. b. non est ulla causa ipsius. a. sed ipsum est, aut ipsum a. tanquam à seipso inhærens ipsi. b. aut ipsi a. b. quatenus ratio est ipsius. a. is enim alicuius ratione, non habet seipso rationem superiorem, per quam insit ipsi, quod proximum supra ipsum est.

Tex. 16. De syllogismo quidem, & demonstratione, & quid utrūq; sit, & quomodo fiat, manifestum est. simul autem, & de scientia demonstratiua. idem enim est.

Com. 335. De quibus proposuerat dicere, & de quibus docuit, concludit. proposuerat enim docere de syllogismo, & demonstratione, à resolutione negotio incipiens, de hac quidem per se, de hac autem ob ipsam. & in prioribus quidem resolutionis, sufficienter, & essentiam, & generationem ipsius simpliciter syllogismi tradidit, in posterioribus autem his demonstrationis essentiam, & generationem, consimiliter uero, & demonstratiuæ scientiæ, idem enim est. Nam tametsi rationem differunt, demonstratio, & demonstratiua scientia, sicut habitus, & actus, tamen eadem circa utraq; rationes traditionis sunt. Non ergo de definitione, neq; in secundo posteriorum propositum est. Sed de medio in demonstratione, Quod quoniam ratio est maioris, iccirco, & definitio in medium accepta est, Nam si fuisset de definitione simpliciter sermo ipsius, concludisset profecto, & de hac, sicut etiam de syllogismo, & demonstratione. igitur siue conclusionem hanc dicas, siue recapitulationem, idem est dicere. Nam sicuti de quibus demonstrauit, hæc concludit, sic etiam de quibus prius docuit, hæc summam collegit, cum & de syllogismo, & demonstratione, necnon demonstratiua scientia, sermonem omnem per se fecerit.

Tex. 27. De principiis autem, & quomodo fiant cognita, & quis sit cognoscens habitus, hinc manifestum est dubitantibus primum.

Com. 336. De syllogismo quidem, & demonstratione, idem autem est dicere demonstratiua scientia, dictum est iam sufficienter, secundum propositum ex initio. Ut autem de his sermo perfectus sit, nec aliunde desideret quicquam, Addatur quoq; hoc dictis. Quoniam enim ex principiis est scientia demonstratiua, opere præteritum etiam est de his dicere, quoniam habitus sit, qui hæc cognoscat. Quod enim in demonstrationem opus sit immediatis principiis, & absq; horum cognitione non contingat ipsam fieri, dictum est prius. ¶ Habet autem dubitationem, sermo de principiorum cognitione. In primis quidem, si eadem sit cognitio, & principiorum, & eorum, quæ ex ipsis cognoscuntur, aut altera quidem illorum, altera uero horum: ut si scientia sit illorum, & horum cognitio, aut horum quidem scientia, horum autem aliquod alterum genus cognitionis. Deinde, utrum quemadmodum in cognitionem eorum, quæ ex principiis cognoscuntur in nobis prius non

Dubita.

prius non existentem deuenimus, sic & habitus cognitionis principiorum cum non insit nobis fiat, aut insit quidem statim ex initio, latent autem existens, & non sentiamus, ipsum habentes. At qui hoc per absurdum est, cognitionem habentes, ignorare, quòd habeamus, & ignorare, quòd cognoscamus, præsertim habentes cognitionem demonstrationis, tum meliorem tum certiorè. Sin autem horum cognitionem habentes prius, accipimus ipsam posterius. Quomodo profecto contingeret ipsam accipere ex non præexistente altera cognitione? Quæ in nobis existens ad horum cognitionem conferat. hoc enim impossibile ostensum est, cum de demonstratione loquibamur. Hæc quidem sunt, quæ de principiis quærebantur. ¶ Et oportet ad ipsa consequenter respondere. Quoniam igitur ex utraq; parte absurdum sequitur siue habere nos, dicat quispiã, ex initio cognitionem ipsorum, siue ignorantibus simpliciter, ut nullum habeamus cognitionis habitum, nobis fieri: Neutrum profecto esset horum uerum. Sed necesse est quidem nos habere potentiam quandam cognoscitiuam, non talem, ut sit his, illa certior: quemadmodum principiorum cognitio, certior est demõstratione, Quatenus enim profecto illa essent principia quæ à certiori illa cognitione cognoscuntur, & de illis pfecto quæreretur eadem, & in infinitum ita ratio procederet, ut neq; principia sint, neq; demonstratio. uerum sicuti ex peiori ad melius omnis generatio est, & ab imperfecto, ad perfectum, sic, & secundum hominem, ex nutritiuo, & auctiuo, & formatiuo, & simpliciter productiua potentiarum, quam statim prima constitutio seminis ipsi subiecto tribuit, in sensibilem, & simpliciter uitalem, ex hac in rationalem, & humanam. igitur communis quidem animalibus omnibus est sensus, cum sit proprium animalis, quatenus animal est. Animalium autem alia quidem recordantur solum in ipso, nullam cognoscitiuam ulterius potentiam habentia, uti uermes, muscæ, culices, crabrones, Aliis uero cum ipso sentire cognitio quædam ulterius, relinquitur, & discedente sensato, ipsa manens, & formã illius seruã, quæ sane, & memoria appellatur, mansio quædam existens effectus ipsius sensus. Est autem & his differentia, Nam alia quidem hoc solum habent, quod dictũ est, ultra sensum: alia uero præterea, possunt etiam similia coniungere, & ad uniuersale reducere. ut elleborum quispiã euacuatium nigræ cholæræ cognouit, semel, bis, & sæpius cum experientiam sumpsit ipsius per sensum. Deinde, quoties nouerit elleborum, similiter se habere cum sensatis, præsentem demonstrat itaq; ipsi uniuersalis cognitio fit. ea igitur, quæ dũtaxat in sensu consistunt, animalium imperfectiora sunt. ea uero, quæ memoriã ad ipsum habet, illis sunt perfectiora, quatenus absente sensato formam ipsius diu seruant, perfectissima aut sunt, quibus similis contemplatio, & diiudicatio est, unde & uniuersale, quod est in multis in anima fit. ex sensu igitur inferiori omni cognitione existente memoriã. ex memoriã, experimentum. (Ex multis enim memoriis experimentũ constituitur) ex experimento autem, uniuersale in anima constabitur, & confirmatur. quod est simile, & idem in singularibus, & quod in multis dicitur. uniuersale autem principium fit artis, & scientiæ, si quidem in his quæ prout frequenter, artis est. Si autem in his, quæ semper similiter se habent, scientiæ. uniuersale enim spectatur in generatione, & corruptione, & quibus cũ materia semper fluente existentia est, necnon in his, quæ consimiliter semper se habet. At in illis quidem fluxile est uniuersale, & aliquando aliter se habens, quam depræhensum fit: in his autem semper idem est. Quare neq; insiti perfecti habitus cognitionis principiorum sunt, neq; non insiti fiunt ab aliis magis cognoscitiuis habitibus, ueluti demonstrationes principiorum magis cognoscitiuorum existentium demonstrabilibus. Sed à peioribus habitibus cognoscitiuis, quidã sunt sensus, qui, dum in ipsos anima procedit, perficiuntur. ut sit quippiã tale, sicuti in pugna dum euersio fit. unus partis in fugam uersæ stetit, atq; hunc uidens alter, stetit & ille. Deinde iterum alter. sicq; breui spatio deuenit bellum in principium. Vno stante sensato in anima rursusq; altero simili illi, ac tertio etiam, ipsius uniuersalis conceptio in anima constabitur, & principium ut dictum est fit artis, & scientiæ, uniuersalia enim principium horum sunt. quoniam & in communibus mentis conceptionibus, ita fit. cognoscentes enim sensibiliter, quòd hoc huic æquale est, atq; hoc eidem rursusq; alterum, & quartum pariter, & inuicem esse æqualia, quæ ad idem æqualia sunt dicimus. & rursus quoniam in hoc, aut affirmatio, aut negatio est, & in hoc consimiliter, & in tertio, & quarto in uniuersalis deuenimus conceptionem, ita se habere in omnibus demonstrantes. Huius autem causa est, animæ substantia, talis enim est, quæ & procedere innata est ab imperfecto ad perfectum, aut à sensibilibus præsentibus, similitum impressionem suscipere memoria uniuersale colligens. Et rem hanc Plato profecto diceret reminiscentiã. obliuionem

Rffio.

Plato

Differētia iter
Platonē et Ari
stotelem.

quidem animæ patientis, ut ait ille, propter descensum in generationem, paulatim autem procedentis in obliuio comprehensionem, per cognitionem secundum sensum. Aristoteles autem, ex potentia in actum mutationem, potentia dicens humanis animis inesse intellectum ex initio, & per sensata proficisci in actum. Sed alienas quidem opiniones iudicare, & quemadmodum habent ueritatem, aut falsitatem disquirere in præsentia, superfluum est, non tam fortasse rationem quandam addere ad rem pertinentem. in ordine specierum, quæ proxime post aliquid clarius partem capiunt eius, quod proxime ante ipsas est. Quoniam anima proxime post intellectum, particeps ipsius magis est, quam ea, quæ procul ab intellectu sunt, iccirco huius in ipsa extremæ mansiones, communes sunt mentis, & per se fidem facientes, conceptiones: per quæ fert quandam ad immediatas mentis conceptiones uirtutem, quæ sane ex initio in ipsa ueluti quædam suscitata bula in cinere absconditæ sunt, imperio peiorum potentiarum obscuratæ, dico autem nutritiæ, & uitalis, propterea, quod ipsæ anteuertentes agant in corpore, & authores sint omnium rerum necnon corpori proxime suppeditent constitutionem, atq; hoc idoneum ad actus per ipsum parent melioribus agentibus cum uehementia gigni in seipsa accidit rationalem, ab illarum appetitione allectam, & in inexperience adhuc speculationem, & actionem habentem, & duce indigentem, ut & ipsi scientiæ insitas mentis rationes tribuat, eo quod habeat quidem ex initio communes mentis conceptiones in seipsa. tantum autem abest ab ipsarum promptitudine, quantum aliquo indiget agente, in animaduersionem ipsam, detractâ ab appetitione peioris, quæ & animaduerti non conceditur, à quibus possidetur, & si aliquis docens breuem quandam rationem proferat, quantum significare de ipsis, statim ueluti præscita id, quod dicitur, exponitur: in expertis sed habentibus secundum naturam rationalem essentiam, & potentiam, qui nondum quicquid de principiis nouerint, si quis dicat totum maius esse sua parte, aut quæ eidem æqualia sunt, & inter se æqualia esse, aut in omni re, uel affirmare, uel negare, & quæcūq; talia, neq; discere quicquid in ratione poterunt, sed tanquā præscientes suscipiēt profecto ea, quæ dicuntur: sola interdum claritate dictionum indigentes propter nominum inconsuetudinem. Nec igitur tanquam præexistentes corporibus animæ in reminiscētiā principiorum proficiscuntur, neq; uero tanquā secundum essentiam ex potentia in actum procedentes in cognitionem immediatorum accedūt per sensus, sed habent quidem hos una cum conuenientibus corporibus, in esse uenientes, non proiciunt autem ab irrationalitate peiorum superatæ, in animaduersionem uero horum proficiscuntur, & aut à sensu, aut à ratione ducuntur tanquam expergefactæ. Sed reuertamur, unde digressi sumus, quomodo dicebamus uniuersale in anima fieri. unum enim diuerforum specie, proferente sensu firmatur quidem hoc primum in anima uniuersale. Nam tamen si singulare est, quod sensui subiicitur, tamen secundum commune, quod in ipso est, per sensum in animam mittitur. Callia enim uiso, hominem in seipsa anima comprehendit, quod commune est. Quare in sensu quidem singulare fit, quod uero in cognitionem ratione proficiscitur, uniuersale est. non enim callias, sed homo est. id igitur dum cognoscitur, uidelicet uniuersale ex singularibus, & unum numero, in his omnibus speciebus uniuersale est. existit aliud quoddam uniuersale, sub quod ea, quæ specie uniuersalia sunt reducūtur, & eo usq; ascensus, & uniuersalis statio est, quo usq; profecto in quoddam punctum ascensus deueniat, impartibilem, & uniuersalium quod est generalissimum, idem est, & in omni prædicamento, ut ab aliquo homine in simpliciter hominem, & à tali animali in animal, atq; à tali animato in animatū, necnon à tali substantia, in substantiam. idem est in albo, idem in tricubito, & in omnibus. Quamobrem perspicuum est, quod & principia inductione cognoscuntur, omnis enim à singularibus, uniuersalis congregatio, inductio est. Etenim ita sensus uniuersalia generat, animæ suppeditas singularia, & ex ipsis ad uniuersale ipsi præbens causationem. hoc igitur huic existente æquali atq; hoc eidem, & tertio, & quarto, ea, quæ eidem æqualia sunt, & inter se æqualia esse uniuersaliter cognoscimus. Similiter hoc toto existente, & hac parte, quæ sensui nota sunt: & hoc quidem maiori, illa autem minori, ex notis sensui, in cognitionem uniuersalis, totum maius esse sua parte deuenimus, itaq; inductiuæ quidem principia fiunt nota. Reliquum autem profecto esset dicere, quinam habitus sit, secundum quem principia cognoscuntur. Sed quoniam discursus est, secundū quem homo, quatenus homo, agere innatus est, uideamus habitus, qui circa ipsum uersantur. Horum igitur alii quidem semper ueri sunt, alii uero, quandoq; etiam falsi. Quandoq; igitur falsè suscipiuntur, opinio, & ratiocinatio est, quæ utraq; circa ea quæ aliter, atq; aliter se habent, uersantur, nam hæc quidem

quidem in speculationem solam sæpenumero deuenit, actionem non habentem, Ratiocinatio autem in actionem semper extenditur, Quapropter, & actius intellectus nominatur: hi uero semper ueri, scientia sunt, & intellectus, Quoniam igitur melior cognitio principiorum est, esset profecto, & melioris habitus, quam secundum opinionem, aut ratiocinium, Quare aut scientia, aut intellectus erit, sed omnis scientia cum ratione est: Quare si scientia est, cognitio principiorum cum ratione est. At omnis ratio scientifica ex principio est, erunt igitur principiorum principia, sicque procederet profecto ratio in infinitum. Relinquitur ergo melioris, quam secundum scientiam habitus esse cognitionem principiorum. Melior autem scientia cognoscitiuus habitus altus non est, quam intellectus, intellectus ergo cognoscitiuus est principiorum, præterea scientiæ principium non est demonstratio, sed alterum quippiam, quod supra demonstrationem cognoscitur. Quare neque scientiæ principium est scientia, sed supra scientiam quippiam alterum. Nullam uero potentiam in nobis ipsis habemus uerificatiuam supra scientiam, quam intellectum, Quare intellectus erit scientiæ principium, & principium quidem scientiæ, quod intellectus est. erit profecto cognoscitiuum principiorum scibilis. Omnis uero scientia, omnis scibilis est, sicut enim se habet principium ad principia, cognoscitiuum ipsorum existens, sic, & omnis scientia, ad omne scibile, ipsum cognoscens. DE PRINCIPIIS AUTEM ET QUOMODO FIANI NOTA, ET QVIS SIT COGNOSCENS HABITVS, HINC MANIFESTVM EST, DVBITANTIBVS PRIMVM. Quoniam diuina quædam res est sufficientia ipsa, propterea ab animis, si quandoquidem aliquid aliud quæritur, oportet hoc quoque ratione scientiæ accedere. Quæ animæ secundum suam perfectionem sibi ipsis constituerunt, cum nihil ipsa, quatenus animæ, magis proprium habeant. Quod igitur ex principio scientia sit, dictum est prius. ex his enim quæ sunt per se, & quatenus ipsum, & primis, & immediatis, & causis conclusionis. Oportet igitur quærare de principiis, & quomodo nota fiat, & quinam animæ habitus sit, secundum quem ipsa cognoscere possimus. Nam cum de demonstratione dixerimus, & demonstratiua scientia: in hoc sermone deuenimus, iure optimo imperfectus iste uisus esset, alii cuidam, eorum, quæ ipsi conueniunt derelinquens. Quoniam autem dubitatiue ratio procedens, occasionem ipsi ad facultatem, & abundantiam præbet, causamque dubii adinueniens, hinc ad soluendum factus promptissimus, quemadmodum ipse Aristoteles in secundo, ait, metaphysices, oportet primum dubitare.

Quod quidem igitur non contingat scire per demonstrationem, non cognoscenti prima principia immediata, dictum est prius, immediatorum autem cognitionem, & utrum eadem sit, aut non eadem, dubitaret utique aliquis, & utrum scientia utriusque sit, aut non: aut huius quidem scientia, illius autem, alterum aliquod genus sit, & utrum cum non insint habitus fiant, aut cum sint lateant.

Ex his quidem, quæ de demonstratione dicta fuerunt, pro confesso habet, quod non contingat scire per demonstrationem, nisi quis nouerit principia immediata: Nam si ex primis, & immediatis, omnis demonstratio est, oportet hæc præsumere, si enim hæc ignota sint quomodo ex ignotis aliquid cognoscetur? Verum si & omnis doctrina, & disciplina discursiua ex præexistenti sit cognitione, præexistunt autem principia demonstrationis, quæ ex ipsis est, Qui erit ipsa illorum non præcedente cognitione? Hoc igitur sic posito, dubitat deinceps de immediatorum cognitione, duas has dubitationes, tum quænam cognitio ipsorum sit, idest, quinam cognoscitiuus animæ habitus sit, secundum quem ipsa cognoscantur tum an insint ex initio in nobis, an cum non insint fiant? Nam prima dubitatio tamen in multas uidetur diuidi, tamen una est, & eadem: immediatorum enim cognitionem, quæreret profecto aliquis, utrum eadem sit cum scientia per demonstrationem, aut non eadem: ac tum acceperit quod non est eadem, Quærit iterum si scientia est utrorumque cognoscitiuus habitus, tum principiorum, tum eorum, quæ ex ipsis cognoscuntur, aut genus aliquod cognitionis alterum, atque alterum? contingit enim diuersas res, sub aliam, atque aliam referri cognitionem, esse tamen utraque secundum genus eadem, & si differant specie inter se. ut numerorum, & magnitudinum, alia quidem, atque alia, specie cognitio est, genere tamen utraque eadem, scientia enim utraque est, ita enim & ipse dixit, aut huius quidem scientia, huius autem, alterum quiddam genus, idest, aut huius quidem, quod ex principiis est, scientia genus cognitionis est, principiorum autem alterum. illi autem particule, NON CONTINGIT SCIRE ADIUNXIT PER DEMONSTRATIONEM, Quoniam cōtingit, & alio modo sci-



re, per diuisionem, per resolutionem, per definitionem. Sunt autem hæc omnia una dubitatio. Si eadem sit cognitio principiorum, & eorum, quæ ex ipsis cognoscuntur, & si altera specie solū est, aut etiam genere postmodum & alteram dubitationem infert. Vtrum inquit habitus cognitionis principiorum, cum non sint prius in nobis, fiant posterius? aut insint quidem lateant tamen cum insint? Quod quidem nō sentiamus omnino ipsos statim ex initio, perspicuū est. Quo modo autē fiant, siue propterea quòd omnino non habeamus ipsos, siue propterea quòd lateāt habentes, quæstione dignum est.

Si quidem igitur habemus ipsos, inconueniens est, accidit enim certiores habentes cognitiones demonstratione latere.

Com. 338. Ad proximum solum diuisiue respondet secundum dubitationem annectens. illud enim **SI IGITUR HABEMUS IPSOS idem est cū eo, SI CVM SINT IN NOBIS LATEANT** Absurdum sane inquit est, si habeamus principia in nobis ipsis, & lateant nos existentes in nobis. Quod uero inconueniens sit, infert, accidit enim habentes nos cognitiones, ignorare ipsas latentes, præsertim melioribus existentibus ipsis, quam secundum demonstrationem, ex his enim demonstrationes sunt, tanquam notioribus, & manifestioribus. Si igitur absurdum est, demonstrationem habentes, ignorare, quòd habeamus, multo magis profecto esset absurdū, si ignoremus cognitionem habentes meliorem demonstratione.

Si autem accipiamus non habentes prius, quomodo profecto cognosceremus, et disceremus ex non præexistenti cognitione? impossibile enim est, si uti in demonstratione diximus.

Com. 339. Hæc est prima pars diuisionis, ad quam idem quoque respondet, impossibile quoddam, & huic ostendens, sequens. Nam si non habentes, inquit, prius principia, posterius ipsa accipiamus, quomodo hæc cognosceremus & discemus sine præexistenti cognitione? Compertum enim est, quòd **omnis disciplina fit ex præexistenti cognitione.** Quoniam igitur, & principia discimus, sicut suppositum est, oportet præexistere ipsis cognitionem alteram, aliter enim impossibile est, quemadmodum diximus in demonstratione, & oportet ante principia, altera habere præcognita principia, & in illis eadē erit ratio, & in infinitū, nō ergo, neque hoc nobis prosperū est, neque recte cōsonat.

Tex. c. 102 Manifestum igitur est, quod neque habere possibile est: neque ignorantibus, et nullum habitum habentibus fieri. Necessè est ergo habere quidem quandam potentiam, non talem autē habere, quæ sit his honorabilior secundum certitudinem.

Com. 340 Cum duas quæstiones proposuisset, unam quidem secundum quale genus cognitionis, principia cognoscantur, Alteram autem si ex initio, uel non, cognitionem principiorum habeamus. & cum ex utraque parte absurdum sequens partibus ipsius diuisionis ostendisset, primam quidē quæstionem in præsentī derelinquens, secundam aggreditur, ipsi conuenientem inserens solutionem. Ad causas igitur uinculi dubitationis, quamprimum respondet, ex eo enim quòd simpliciter dicitur, habere principia, aut non dubitatio constituitur. Quoniam igitur ita dicentibus absurdum quoddam utrinque sequebatur. Manifestum hinc est, quòd neque habere possibile est simpliciter ex initio principia, neque penitus ignorantibus, & nullum habitum habentibus cognitionis, fieri ipsa nobis. sed necesse est habere quidem quandam potentiam cognoscitiuam, ex qua causatio nobis cognitionis principiorum fiat, non tamen talem, ut sit honorabilior ipsa secundū certitudinem cognitione principiorum.

Tex. c. 103 Videtur autem hoc omnibus inesse animalibus, habent enim innatam potentiam iudicatiuam, quam vocant sensum.

Com. 341 Cum dixerit, quòd neque habere possibile est principia ex initio, neque penitus priuatis cognitione nobis hæc fieri, propterea quòd utrinque aliquod accidat impossibile, sed ex peiori quodam cognoscituo habitu in horum procedere cognitionem. Dicit nunc quænam cognitio illa sit. ex qua uia progredientes in principiorum compræhensionem proficiscimur. id enim inquit, quòd dicimus cognitiōis genus, in omnibus animalibus reperiri uidetur. Nam omnia animalia, quatenus animalia sunt, potentiam habent quantitate non acquisitiuā, neque docilem, sed innatam, & ex natur.

ex natura iuxta cōmunitatem ipsa, ut & perfectiua sit substantiæ ipsorum. secundum quam etiā differunt à plantis. quæ iudicatiua est quam maxime differentium. (appellant autem hanc sensum.) sic uero dixit, tanquam ascribens aliis causam appellationis, ne uideatur impropriam quamdam rem dicere, sed quod communiter confessum est accipere.

Cum autem insit sensus, his quidem animalium mansio fit sensati, his autem non fit. Quibuscunq; igitur non fit, aut omnino, aut circa quæ non fit, non est bis cognitio, extra ipsum sentire, non nullis autem inest, sentientibus habere vnum quiddam in anima.

Cum à peiori cognitionum incepisset, quæ communiter animalibus inest, uia procedit in perfectiora animalium, & perfectiores cognitionum. Ostendens hominem perfectissimum quidem natura inter animalia existere. ex peiori autem & imperfectissima cognitione, in meliorem, & perfectiorem, quam in his sit, procedere, & cognitionem principiorum hoc modo accipere. Cū enim inquit, animalibus omnibus insit sensus ipse. Alia quidem ex ipsis talem habent naturam, ut fiat in ipsis mansio sensati: alia autem ad hoc minime innata sunt, sed sentiēdo præterit cognitio ex ipsis, non remanens, & quibuscunq; quidem non fit mansio sensati, aut uniuersaliter quidem, quemadmodum est uidere in uermibus, culicibus, & muscis, nullam habentibus post sensum remanentiam sensati. aut obscuræ, quemadmodum nonnullæ aues, uocum recordantur, quas etiam imitantur. aut iumenta, uiarum, quatenus animaduertunt ad ipsas si recte ipsis se habere in sensu apparuerint, aut declinant ex ipsis, si non recte, his non est cognitio extra sensatū aut si est, obscura est, sicuti in auibus, & iumentis diximus. sunt autem quædam animalia sentiētia, quæ adhuc post sensum cognitionem quandam habent, & discedēte sensibili formam illius in seipsis seruantia.

Cōm. 342

Multis autem huiusmodi factis, iam differentia quædam fit, ut in his quidem fiat ratio ex tali memoria, in his autem minime.

Quemadmodum in sentientibus differentia erat, ut alia quidem ipsorum habeant mansionē sensati, alia autem non, sic & in seruantibus formam sensati, etenim horum, aliis quidem fit ratio ex multorum sensatorum permanentia, aliis autem, minime. Nam quæcūq; ea, quæ similia sunt sensatis, possunt cogere cum sensatis, & uniuersale generare in seipsis, hæc iam perfecta, & rationalia sunt, quæ & similis contemplationem, & iudicia in seipsis sumere possunt. Quam uero dicit fieri rationem, uniuersale, opinor, est: perfectioribus enim & rationalibus, ex multis sensatis in memoria retentis, uniuersale fit. quod ratio est in multis singularibus spectata, cum eadem sit in omnibus, & communiter ab ipsis participetur, & in singulis sit, similis, & indifferens. Quæcūq; uero seruantium formas sensatorum, nō possunt hoc facere, hæc imperfecta, & irrationalia sunt.

Cōm. 343.

Ex sensu igitur fit memoria, sicuti diximus, ex memoria autem multoties de eodem facta, experimentum, multæ enim memoriæ numero experimentum vnum sunt. ex experimento autem, aut ex omni quiescente uniuersali in anima, aut vno præter multa, quod profecto in omnibus illis idem vnum sit, artis principium, & scientiæ est, si quidem circa generationem artis est, si uero circa ens scientiæ.

Tex. C. 104

Cum differentias cognitionum exposuisset, hasq; à participantibus ipsarum demonstrasset, dico autem animalibus, si enim secundum has differunt animalia, perspicuum est, quod & ipsæ inter se diuersæ sunt. Nunc in solo hominæ accipit, & ostendit quomodo à cognitione secundū sensum, incipientibus nobis, usq; ad uniuersale processus fiat. uniuersale autem ipsum principiū artis, & scientiæ est. ut perspicuū sit, quod neq; insunt nobis ex initio principia, perfecti enim profecto essemus facti, neq; à magis cognoscitio aliquo habitu fiunt nobis, breuiter compræhensa à memoria, & sensu. Reassumit igitur dicta, & inquit, ex sensu quidem fit memoria (quemadmodū dictum est prius) memoria aut facta sæpenumero de eodē sensato fit experimentū. ut cum in sensum quispiā deuenit, quod hic elleborus purgat cholera, & cū recordatus sit, & iterū, atq; iterū idē acceperit in sensum, & memoriā seruaerit uniuscuiusq; sensatorū, unū in seipso constituit experimentū, ex multis collectū memoriis. sicuti aut ex multis memoriis seruatis in aia, expe-

Cōm. 344



rimentū cōstituit, sic experimento crescēte, & procedēte tū secundū similes sensum, tū secundū memoriā, uniuersale cōficiat, & fundat in aīa. hoc. n. est, qđ dicit, EX EXPERIMENTO AVTEM, AVT EX OMNI QUIESCENTE VNIVERSALI IN ANIMA VNO PRÆTER MVLTÀ, uolebat. n. dicere qđ ex experimēto artis principiū, & scientiæ fit. Quoniā autē impfectius experimētū est, & nō sufficiens ad artis, & scientiæ principiū, iccirco addidit, aut ex omni quiescente uniuersali idest manente, & stabilito, ac confirmato in aīa. Quoniā uero multipliciter uniuersale dicit, nā & ante multa, & in multis, idcirco interpretatus est, de quali uniuersali intelligat, uno. n. inquit, præter multa; & iterū etiā, ad maiore claritatē, qđ profecto in oībus illis idē unū fit, nam ex multorū sensu, & memoria experimētū colligit. ex hoc aut, ipsum in multis uniuersale, quod in his omnibus simile est, & idem, artis principiū, & scientiæ, uniuersale. n. factū in anima principiū est artis, & scientiæ. Artem autē eā dicit, quæ uersat circa ea, quæ sūt à nobis. scientiā aut, circa ea, quæ à natura. Ut quod securis sit secatiua, lignū uero secabile, & elleborus purgatiuus, humanū aut corpus purgabile, & quæcūq; in huiusmodi, quæ à nobis sūt cōsiderant. ea uero, quæ à natura sūt, cōspiciua sunt. in qbus pīcipia plura sunt. qđ totū plus ē medietate & qđ ea, q̄ p̄ æq̄le t̄pis æqualis spatiū prætereūt, æqualia sunt, & q̄cūq; talia. Aut artē qđ dicit circa materialia, & fluxilia, quæ & gñationē dixit. Sciētīā autē circa ea, quæ semp cōsimiliter se hñt, q̄ & ens noīauit.

Tex. c. 105 Neq; igit in sunt dterminati habitus, neq; ab aliis habitibus sūt magis cognoscitiuis. sed a' sensu, ut in pugna euersiōe facta uno stante, alter stetit, Deinde alter, quousq; in principiū ventū sit.

Com. 345 Ex dictis inquit perspicuū est, qđ neutrá suppositionū, necessariū est cōfiteri, qbus incōuenientia sequebant. Neq; enī sunt in nobis habitus ex initio uniuersaliū, & principiorū determinati. uidelicet constituti, & actu existentes, neq; nō existentes fiunt ab aliquibus alteris habitibus melioribus, & magis cognoscitiuis, sicuti dmonstratiōes, sed à peiori, & innato aīalibus sensu dū paulatī additiōibus, & particularibus cognitiōibus, in cognitionē similis, in oībus singularibus existēris eiusdē progressus fiat. ponit autē exēplū. ut. n. inqt in pugna accidit, qñ euersio fiat, dānde unus fugiētū stet, & cū ipso alter, necnō tertius, & quartus, usq; dū multis stātibus, iterū in principiū ueniat pugna. Tale. n. & in uniuersali fit. deuincitur ab appetitu aīa, irrationaliū potētiarū, & rōnes, quæ sunt in ipsa inutiles fert. Postea uero uno in ipsa singulariū accepto in ipsa ex sensu, & cū ipso alio, & tertio altero, & quarto rursus ita paulatim uniuersalis statio, & soliditas in ipsa fit.

Anima aut talis existit, qualis possit hoc pati.

Com. 346 Hoc dupliciter est accipere, aut secundū præstantius animæ, aut secundū deterius. Nā siqđ quatenus ad potentias, quæ sunt post ipsam, sumat, sic profecto quispiā diceret, quod anima est talis, ut possit hoc pati, qđ nulla potentia earū, quæ post ipsam sunt, potest pati. ipsius. n. propriū est fluētū sensibiliū formas retinere, & memoriis paulatī colligere, & cōstituerē in seipsa uniuersale. Si aut quatenus ad eas, q̄ supra ipsam sunt, hoc modo. in rationabilibus. n. substātiis, animæ natura hoc pati pōt sola, ex nō actu, procedens in actū, & ex deterioribus, & impfectioribus ipsa causationes sumens ad progressum, & ex his, quæ illinc ab ipsa exquiruntur, seipsam suscitās, & in seipsa rationes concitans; quasi uero causam assignauit eius, qđ fit, hanc animæ proprietatem.

Tex. c. 106 Quod aut dictū qđ prius fuit, obscure tñ dictū, rursus dicamus. Cū. n. steterit indifferētū unū primū in aīa, uniuersale est. Etenī sentire qđ singularis est, Sensus aut ipsius uniuersalis est ut hoīs. sed nō calliæ hoīs. Rursus in his stat, quousq; profecto impartibilia steterint, et uniuersalia, ut tale animal, quousq; animal, et in hoc consimiliter.

Com. 347 Quod dicebat prius, qđ ex singularibus uniuersale erigitur, sensu aīa præbente auxiliū, hoc & in præsentia dicere pollicet. fortasse qđ cū obscure locutus fuerit, ad magis perspicuū reducens speculationē per ea, quæ nūc proponunt; his. n. deficientibus obscurius fuit prius theorema cū steterit igit inqt, unū eorū, quæ eiusdē speciei sunt, in discursu. (hæc. n. dicit indifferētia) Quādo. n. inqt steterit in aīa aliqd indifferētū specie, ex sensibili actu ab ipsa comparatū, primū in ipsa uniuersale fit. tūc. n. primū ex uno in cōceptionē incipit cōis proficisci. Si nō statim ex uno, quocūq; modo cōceptionē cōis accepit, manet profecto ita se habēs, ut si nō oīno qcquā à sensu habuit in causationē p̄gressus ad uniuersale, sed ipsi in secūdo sensato principiū, & in ipso qđ idē

fit, & in tertio, ac q̄rto, cōsimiliter & deinceps. nūquā aut̄ alicuius, ita in uniuersale uetū est. Quare stāte uno indifferētū specie, & si nōdū uniuersale cōstituat̄ p̄fectū, tñ est quodāmo in parte, cū primū principiū ex uno, aīa in cognitionē ipsius sumpserit. Hoc aut̄ probās infert. ET ENIM SENTIRE Q̄VIDEM SINGVLARIS EST, id est eteni in sensum qdē, & cognitionē sensibile singulare proficiscitur. SENSUS VERO VNIVERSALIS EST, id est secūdū sensum cognitio uniuersalis in singulari sumit̄. Nā dū socrates sensibilis cognoscit̄, & hō, sensus simul cōpræhēdit, nō auferēs ipsum à singulari, sed & cōfufe in singulari, hoc cognoscēs, & p̄spicuū est qd̄ rōne hūc in aīam imittit. Nō. n. p̄fecto nisi sensus oīno hoīe cognouisset, potuisset aīa p̄ cognitionē suā, in hoīs p̄cedere cognitionē, & uniuersale cōgregare in seipsa. Nūc aut̄ hoc fit ipsi, sentit ergo, & sensus quodāmo ipsius cōis est, tamen nō ut cōis, sed ut singularis, aut potius dicas ut cōmūnis, quā ut singularis, sentire ipsius singularis. Nā si sensus discernere posset ab inuicē secundū seipsum singularia, certe ut singularia ipsa sentire uideret̄. Verū nūc sine iudicio ingruit in ipsa, & cōfufe cognoscit ipsa. signū aut̄ est, q̄a & pueri appellāt oēs uiros patres, & feminas matres, quatenus secūdū sēsū agūt dūtaxat, & nōdū discernēdi habitū habēt idiomatū uniuscuiusq̄. Quā obrē sensus calliā sentiēs, nō ut calliā hūc cognoscit secūdū suā potētiā, sed ut hoīem. Sed quāuis nō substātiā, sed accidētia suscipiēs cognoscere inatus sit, tñ nō iccirco singulare sentiet, quatenus singulare, cōfufe ipsum, & sine discrimine cognoscēs, & in singulari cōe, in uno indifferētū specie capescens. quo stāte in aīa, primū uniuersale est, Rursus in his inq̄ stāt, donec utiq̄ impartibilia steterint, & uniuersalia in his aliq̄bus, specie scilicet indifferētibus. stās. n. ex initio in uno, deinde multa colligens, stāt in ipsis, memoria oīa in seipsa retinēs. id aut̄ facit ubicūq̄, & in oībus eiusdē specie, in memoria cōfirmatas tenēs, donec impartibilia & uniuersalia steterint, id est uniuersalia, & cōia, & in oībus similia, & indifferētia steterint in ipsa. uniuscuiusq̄. n. speciei, idiuidua, & unū numero in memoria cōgregās, atq̄ simile, ut idē in oībus cōpræhēdēs, uniuersale cōstituit in seipsa. postmodū exēplū intulit. ut tale aīal, quousq̄ aīal, & in hoc cōsimiliter tale aīal diceret utiq̄ singulare, in quo ēt accidētia sunt. cōstituit igit̄ hoc aīal, & hoc, atq̄ hoc in memoria, donec simpliciter aīal p̄ficiet, & uniuersale stabit. ET IN HOC CONSIMILITER id est idem facit, & in ipso simpliciter aīali, qd̄ in specie idifferētibus fecit; idē & in gñe indifferētibus facit. cū enī ipsum ut unū, aīal in seipsa cōstituerit, accipit ea, q̄ cōtradiuidunt̄ ipsi. & cū in ipsis speculata fuerit, qd̄ simile est, & idē, genus ipsa cōtinēs cōstituit in seipsa, sicq̄ in oībus, donec in primū principiū deducta sit. Si aut̄ uis, & alio mō accipiemus theoremā. illud VNO INDIFFERENTIVM non qd̄ de his, q̄ in numero sunt dicat̄ intelligētes, sed de speciebus, ut ita se habeat. stāte. n. primū, & ex initio una specierū in aīa, q̄ indifferētes hē quoq̄ in singularibus existētes spectant̄. & stāte nō secundū unū singulariū, sed uniuersaliter, tāquā uniuersali iā factō. Deinde per mediū interpretās quomō uniuersale fit. (Etenī p̄ sensum, quatenus, & ipse quodāmo cognoscit uniuersale, & si cōfufe, & sine discrimine, ut dictū est). Rursus in his stāt, in his aliq̄bus indifferētibus. Vna. n. spērū indifferētū stāte, accidit multas tales repire in singularibus. sicut. n. socrate stāte, & callia, & Platone, atq̄ aliis. qd̄ in ipsis cōstitutū est, indifferēs, & cōe est, sic Xanto & Balio & multis eiusdē speciei cū ipsis stātibus, qd̄ in his cōstitutū ē indifferēs, & cōe, & indifferēs est: & in unaquaq̄ spērū idē est. semel. n. cū in cognitionē de uenerit aīa unius alicuius uniuersalis cōiū, acutior ad similes, & cōis cōpræhensionē fit, & p̄optior postea ad cōstituēdū talia in seipsa fit. Quēadmodū igitur stās in singularibus, ut in seipsa primū cōstituat̄ indifferētū fecit. sic in pluribus indifferētibus, uidelicet spēbus, q̄ in singularibus cōes, sunt, & indifferētes, stās iterū, Rursus cōstitutū est in ipsa uniuersale, qd̄ supra ipsas est; & hoc fit dōc paulatī ascēdēdo cōstituta sint impartibilissima, & uniuersalissima q̄ sunt gñalissima. Atq̄ erit hoc mō exēplū p̄xime dictis cōueniēs. tale. n. aīal, & tale, ac tale cōstituit in seipsa, ut hoīem, equū, bouē, & canē, donec aīal. Nā sicuti socrate, & platone ac callia stātibus uniuersalis cōstitutus est homo. & Balio, & Xantho, & Lampo equus. & hoc, atq̄ hoc cane, canis. Sic & homine, & equo & boue stantibus cōstitutū erit animal. Rursusq̄ animalī & planta stantibus, substantia. quæ impartibilis est, & cōmūnis, necnō eadē in omnibus his, quæ sub ipsa sunt cōsiderat̄, nihil habēs cōtradiuifum sibi, & in unoquoq̄; p̄dicamentorū idē erit.

Planū itaq̄ ē, qd̄ nob̄ prima inductiōe cognoscere necessariū ē, eteni sensus sic uniuersale facit.

Com. 348

Duo fuerūt ex initio q̄sita de principiis, & quomō fiāt nota, & q̄s sit cognoscēs habitus, ea qdē q̄ hucusq̄ dicta fuerūt, de eo, quomō fiāt nota tradita fuerūt, i q̄bus ēt cōcludit dicēs. qd̄ p̄spicuū ē qd̄ modus, secūdū quē principia, haud ex initio existētia fiunt cognita, inductio est. Quoniā. n.



ex sensu uniuersalis principium accipiente, sensus autem singularium, modus cognitionis uniuersalis ex singularibus est, dum uniuersale colligit. Is autem inductio est. Etenim quod in uniuersalibus simpliciter dictum est, hoc & in principiis oportet dicere. Nam quemadmodum uniuersale, cum ex singularibus & sensibilibus acceperit principium in anima erigitur. ita & principia. ex eo. n. quod uidemus, quod hoc huic equale est, atque hoc eidem, & hoc discimus quod ea, que eidem equalia sunt, & inter se sunt equalia. & ex eo, quod cognoscimus singulare, quod in hoc, aut affirmatio, aut negatio uera est & in omni principio idem est. Quare prima, inductione ex necessitate cognoscunt. idque probas infert. Etenim sensus uniuersale generat. inductive. n. inquit, & sensus generat uniuersale facies ut ex singularibus uniuersale constituat.

Tex. c. 107

Quoniam uero habitum que circa discursum sunt, quibus uerificamur, alii quidem semper ueri sunt, alii autem suscipiunt falsitatem ut opinio, et ratiocinatio, ueri autem sunt semper scientia, et intellectus. et nullum scientia certius aliud est genus, quam intellectus. Sed principia demonstrationum notiora, sunt scientia autem omni ratione est, principiorum scientia profecto non est. Quoniam autem nihil uerius scientia contingit esse, quam intellectus intellectus profecto est principiorum, et ex his considerationibus, et quia demonstratio principium non est demonstratio, que neque scientia scientia. si igitur nullum aliud propter scientiam, genus uerum habemus intellectus certe erit scientie principium et principium quidem principium, utique erit, omne uero similiter se habet, ad omnem rem.


Com. 349

De secundo hinc quod fit assignat, quoniam cognoscens principia habitus sit, & ostendit quod intellectus est. procedit autem ratio ipsius per diuisionem. Inquit. n. quod cognoscit uerum habitum, que sunt circa discursum, idem autem est dicere, uerificatorum. cum. n. dixerit, quibus semper uerificamur cognoscit uos significauit diuidens ipsos ab appetitiuis, & irrationabilibus, irrationabilibus autem dico sensu, & phantasia, & si quis alter est. ipsi haud circa discursum uersant, quatenus, & irrationabilibus insunt: illi autem soli circa ipsum, quatenus rationales sunt. & illi quidem soli uerificatiui sunt, quatenus cognoscit uos. Nam appetitiui appetere solum, non est uerificari inati sunt. ipsi autem sunt irrationales quidem ira, & desiderium. Rationales autem uoluntas, & electio eorum igitur que circa discursum sunt, id est rationalem habitum, quibus uerificari inati sumus. uidelicet cognoscit uos alii quidem semper ueri sunt alii autem non semper ueri, sed recipiunt aliquando, & falsitatem, ipsi autem sunt opinio, & ratiocinatio, haec quidem circa speculabilia se habent, haec uero circa agibilia, que est actiuus intellectus dicitur. Ratio. n. in nobis, que de agendis inquit, & ratiocinat, & que quidem hoc reprobatur, hoc autem eligit, ratiocinatio dicitur, & actiuus intellectus, tum quidem, quatenus ratiocinat supponens, & discit, ac discernit res, tum autem quatenus in actione terminata habet speculationem. Sunt igitur potentie ambo ipsae circa contingetia et aliter se habere, atque iccirco partem quidem uerificant, partem autem falsae sunt. Scientia uero, & intellectus, cum circa necessaria, & ea, que semper consimiliter se habent, uersent, semper ueri sunt. eorum igitur habitum, que partem uerificant nullus utique erit cognoscit uos principiorum. Nam si scientia semper uera est, quoniam profecto principiorum suorum, is est suppeditor, que partem uerus est. Sed neque scientia principiorum cognoscit uos est, principia. n. demonstrationum, notiora sunt, que neque non erit horum demonstratio est. n. utique & notior principis ceterum, & scientia per demonstrationem omni, cum ratione est, syllogismus. n. quod demonstratio est necesse est ergo aliquid genus cognitionis alterum esse supra scientiam per demonstrationem, quo cognoscant principia, quoniam autem nullum supra scientiam propter intellectum est, genus cognitionis, neque contingit uerius scientia esse quicquam aliud, quam intellectus intellectus profecto erit cognoscit uos principiorum, sic quidem igitur ex diuisione ad omnes cognoscit uos habitus ratiocinat, ut nullus alius repiat hoc modo cognoscit uos principiorum, quam intellectus. separatim autem ad ipsam demonstrationem, sic. Demonstrationis. n. inquit, principium non est demonstratio, sed aliud supra demonstrationem, quod erit notius quidem, non per demonstrationem tamen. que neque scientia erit principium scientiae, sed aliquid aliud supra scientiam. Est autem demonstratio quidem demonstratiuus syllogismus, scientia uero animae habitus, secundum quem scibile cognoscens, quoniam rationem postulat profert demonstrationem, quemadmodum igitur ipsius proprie, & primae demonstrationis (ipsa autem est, que immediatis principis utitur) non est demonstratio, sic neque scientia scientia, in infinitum. n. mehercule prederet demonstratio, & scientia. si hoc concedat aliquis, & neque demonstratio erit, neque scientia. si igitur, neque eorum que post scientiam fuit habitum principia, neque scientia ipsius, relinquunt ultra aliquem habitum esse, nullam autem habemus aliquam aliam potentiam uerificatiuam, & cognoscit uos propter connumeratas, quam intellectum, quare intellectus utique erit scientie principium, & principium quidem scientiae, quod intellectus est, principium est cognoscit uos, omni autem scientia similiter se habet, ad omnem scibilem rem, uidelicet erit & ipsa cognoscit uos omni scibilis rei. si. cuti. n. principium scientiae intellectus ad principium scibilis se habet ipsius cognoscit uos existens, sic omnis scientia ad omne se habebit scibile cognoscens ipsum.

Eustratii expositionum, in secundum posteriorum Resolutiuorum Aristotelis. Finis.

INNOMINATI EXPOSITIONES IN SECVNDVM POSTERIORVM RESOLVTIVORVM ARISTOTELIS,

ANDREA GRATIOLO TVSCVLANO EX SALODIO INTERPRÆTE.



Quæ sita sunt æqualia numero his, quæcunq; scimus, quærimus autem quatuor, quod propter quid, an sit et quid sit.

Tex. 1.
Tex. c. 1.



Quoniam natura prius est an sit quam quod sit. Quærens enim quod inest hoc huic, tanquã confessum debet iam esse subiectum de quo quærit, si inest ipsi aliquid, uel non. Quæcunq;ve scimus idest quod rucunq; scientiam accipimus, non enim quæ iam scimus hæc querimus, sed ea, quæ cognoscere uolumus.

Com. 1.

Cum enim hoc, aut hoc quærimus in numerum ponentes, ut utrum deficiat sol, aut non ipsum quod quærimus, signum autem huius, inuenientes enim quod deficit, quæuimus, et si in principio sciremus, quod deficeret, non quæreremus utrum. Quando autem scimus ipsum quod et propter quid quærimus: ut scientes, quod deficit, et mouetur terra, et propter quid deficit, et propter quod mouetur terra quærimus?

Quia quatuor sunt ea, quæ queruntur, quæ inuenientes cognoscimus, an sit, quid sit, quod sit, & propter quid sit si essentiam, & existentiam alicuius quærimus simpliciter an sit, uel non, cognoscentes autem quod sit, quid sit quærimus; aut inhærens alicui prædicatum, idest utrum hoc, aut hoc quærimus, ut utrum deficiat sol, uel non ipsum quod sit, quærimus, scientes autem quod, tunc propter quid quærimus, & causam. Horum igitur quatuor an sit, quidem & quid sit, in simplicibus, & in incomplexis quærimus; ipsum autem quod, & propter quid in complexis. idest si inest aliquid alicui, uel non inest. in omnibus uero his quæ sitis medium quæritur, & dialectica problemata, quæ sita quedam existentia, & ipsa in diuisionem quæditorum nuper dictam adducuntur: omnia enim quæ à genere, proprio, & accidente, necnon definitione sunt, in specie quæditorum quod sit, sunt. Aliqua enim duo accipientes in omnibus ipsis querimus, an hoc sit definitio huius?

Com. 2.

Hæc quidē igitur sic; quædã aut alio modo quærimus, ut an sit, aut nō sit centaurus aut Deus.

Tex. c. 2.

Nam quærens quidem an centaurus sit? simpliciter quærit de centauri existentia. & hoc est, an sit. quærens autem an centaurus albus sit? nō amplius ullius rei quæstionem facit. sed ipsum quod quærit, numerum quendam quæditorum habens.

Com. 3.

Hoc aut an sit, aut non sit simpliciter dico, sed non an albus, aut non. Cognoscentes autem quod sit, quid sit quærimus, ut quid igitur est deus, uel quid est homo: quæ quidē igitur quærimus, et quæ inueniētes scimus hæc, et tot sunt, quærimus aut, cū quærimus quæ sit, aut an sit simpliciter.

Tex. c. 3.

Cum dixerit an sit, adiunxit simpliciter, ostendens differentiam ad quod sit quod dixit in numero, & non simpliciter.

Com. 4.

Nunquid est medium ipsius, aut non est?

Quando quidem quod sit, & an sit quæramus, an sit medium quærimus, propter quid autem sit, & quid sit, tunc quid sit medium quærimus.

Com. 5.

Cum autem cognoscentes, aut quod sit, aut an sit, aut in parte, aut simpliciter, Rursus propter quid quæramus, aut quid sit, tunc quærimus quid sit medium.

Rursus differentiã inter quod sit, & an sit, significauit in additione illius IN PARTE, VEL SIMPLICITER Nam quærens quidem de aliqua substantia. Ut utrum est uacuum simpliciter,

Com. 6.

Eustr. in post. anal.

P



ter? de subiecta re una existente quæstionem facit. ipsum uero quòd quærens diuisam in plura quæstionem habet. nempe igitur illud IN PARTE dixit diuisum, quod dixit ab initio in numerum ponentes, aut in parte. Quoniam quærens si hoc huic inest, quærit si hoc huius aliquid est. Quærens enim si homo animal est, quærit si animal aliquid hominis est. Etenim genus aliquid est eius, cuius est genus. Verum & quærens, ut ita dicam, si nix est alba quærit si niuis aliquid est album, Namq; accidens illius est. At & quærens si luna deficiat, quærit si aliquid lunæ est defectio. hæc enim passio est ipsius.

Tex.c.4. Dico autem quod sit, aut an sit in parte, & simpliciter.

Quoniam ipsam quòd sit, aut in parte, aut simpliciter est, & in parte quidem quòd sit quærit, simpliciter autem an sit.

Tex.c.5. In parte quidem ut utrum deficiat luna, aut augeatur. si. n. est aliquid, aut non est aliquid in huiusmodi quærimus. simpliciter an sit, aut non sit luna, vel nox. ¶ Contingit igitur in omnibus quæstionibus quærare, an sit aliquod medium, aut quid sit medium.

Com.7. Quia in quatuor quæstionibus causa quæritur, quæ medium est. sed in ipso quidem quòd sit, & an sit causa quæritur: in ipso autem quid sit, & propter quid sit, quid est causa.

Tex.c.6. Causa enim medium est. in omnibus autem hoc quæritur. Vtrum deficit: utrum est aliqua causa, vel non: postea cognoscentes quod est aliqua, quænam igitur hæc sit quærimus. ¶ Causa enim essendi non hoc, aut hoc, sed simpliciter substantiam, aut non simpliciter, sed aliquid, quæ per se sunt, aut secundum accidens medium est. Dico autem simpliciter quidem, ut lunam, aut terram, aut solem, aut triangulum, quid autem esse, defectioem, & qualitatem, in æqualitatem, an in medio, sit aut non.

Com.8. Quoniã & in ipso qd est, qd significauit dicendo CAUSA ENIM ESSENDI NON HOC, AVT HOC, SED SIMPLICITER SVBSTANTIAM & rursus in ipso propter quid, quod & ipsum significauit dicendo AVT NON SIMPLICITER, SED ALIQUID EORVM, QUÆ PER SE SVNT, AVT SECVNDVM ACCIDENS ipsum quid est causam quærit, uel esse simpliciter rem uel inesse alterum alteri. simpliciter autem dicit subiectum, non simpliciter autem alia quædam existentia accidentia, & prædicata.

In omnibus autem his manifestum est, quod idem est quid est, & propter quid. Quid est defectio: priuatio luminis à luna, ob terræ interpositionem. propter quid est defectio? aut propter qd deficit luna: propterea quod deficiat lumen obiecta terra. Quid est consonantia & ratio numerorū in acuto, & graui propter quid consonat acutum graui: propterea quod rationem habeant numerorum acutum, & graue.

Com.9. In omnibus, inquit, his, quæ haud per se sunt, sed aliis inhærent, manifestum esse, quòd idem est quid est, & propter quid est, & ostendit hoc definitione uniuscuiusq; ipsorum, nonnunquã quidem quid est, nonnunquam uero propter quid est addens, & ostendens conueniens eidem propter quid est. Si autem propter quid est coincidit cum ipso quid est, esset utiq; & ipsius qd est quæstio, Quando in ostensione ipsi propter quid sumatur, & quando eius causa dumtaxat accipiatur, non propter quam aliud alii inest, sed propter quam hoc sit.

Com.10. Vtrum est consonare acutum, & graue: utrum est in numeris ratio ipsorum.

Postquam ostendit uniuscuiusq; eorum, quæ aliis inhærent, quod quid est, & causam esse idem inhærendi alicui, & omnino essendi, Deinceps exemplum apponit, si sunt quæ sita: ostendens, qd si est aliquid quærens, quærit an sit medium aliquod ipsius, quòd causa sit ipsi essendi. Eadem autem ratio est, & in ipsi quòd est. Quærens enim ut non est consonare acutum, & graue, quærit an sit, consonantia acuti, & grauis. Est autem, quòd quærit utrum est in numero ratio, quæ ratio, & causa consonandi acutum, & graue sit. In utrisq; igitur, & an sit, & quòd sit, quæsitum est, an sit

IN. II. POSTERIORVM RESOLVTIV.

est, an sit aliquod medium, & causa uerum in ipso quidem quod sit, quærimus an sit causa, hoc alterum, huic altero inhærendi, in an sit uero an sit eadem hæc causa, & quæ existit eadem eorū, quæ sunt quid est, & eadem est.

Cum acceperimus autem quod sit, quænam igitur ratio est ipsorum. ¶ Quod uero sit medii quæstio ostenditur, quandocunq; medium est sensibile.

Tex. c. 7.

In omnibus quæsitis medii esse quæstionem, perspicuum est, in quibus quidem quærimus, an sit aliquod medium: in aliquibus autē quid, uel propter quid sit. Si enim hoc sit, omnis quæstio adducitur. Etenim ipsum quod ab ipso an sit fidem suscipit in his, quorum medium est sensibile. in his enim non sentientes medium, & quod est, & propter quid est quærimus, similiter, & quid est. sentientes uero nihil utiq; quæreremus adhuc: ex multis enim sæpe sensui manifestis, discursus secundum in ipsis similitudinem, colligit uniuersalia.

Com. II.

Quærimus enim non sentientes, ut de defectiōe an sit, uel non. si autem essemus supra lunā, non profecto quæreremus, neq; an fiat, neq; propter quid, sed simul perspicuum esset, ex eo enim quod sensissemus, & uniuersale factum esset nobis scire. Nam sensus quidem est, quoniam nunc obicitur. Etenim manifestum est, quod nunc deficiat, ex hoc autē uniuersale profecto fieret. Quæ admodum igitur dicimus quod quid est scire, idem est, & propter quid est, hoc autē, aut simpliciter, & eorū, quæ non insunt omni aut eorū, quæ insunt, ut quæ duo recti sunt, aut quæ maius, uel minus.

Tex. c. 8.

Tex. c. 9.

Tex. c. 10.

Quia idem est quid est, & propter quid est, mentionem autem faciens de ipso propter quid, uniuersaliter, & communiter de ipso dicit, quod duplex est de ipso propter quid quæstio: Aut enim simpliciter quæstio est, & nihil inerit alii, sed sicuti in quæstione ipsius quid est, aut eorū, quæ inhærent aliquibus, propter quid quæritur. Quemadmodum in quibus apposuit exempla, propter quid duobus rectis triangulum est æquale? & propter quid iris non est maior semicirculo? hoc sane est simpliciter, & non eorum, quæ inhærent alicui, uidetur per hæc dicere, quod & in simplicibus quod quid est causa est ipsis esse. ut quid est triangulum, hoc enim causa est essendi triangulum.

Com. 12.

Quod igitur omnia, quæ quærentur, medii quæstio sint manifestum est. ¶ Quomodo autem quod quid est ostendatur, & quis modus introductionis sit, & quid sit definitio, & quorum, dicamus dubitantes prius de ipsis. ¶ Principium autem sit futurorum, quod quidem est maxime proprium proximis rationibus.

Tex. c. 8.

Tex. 2.

Tex. c. 9.

Debet enim progrediens quærare, an quod quid est, & definitio ostendatur per syllogismū: proprium autem huic est illud, de quo in præsentia dubitat quod est, si possibile est, aliquid idē, simul secundum idem, & per definitionem, & per demonstrationem scire. ut omne, quod per alterum ipsorum cognoscatur, & per alterū cognosci simul possit. illud autē SECUNDVM IDEM addidit, quia opinabile est de aliquo eodem cognitionem nos habere, secundum aliud quidē per definitionem, secundum aliud uero per demonstrationem: trianguli enim quid est, per definitionem cognitionem habemus, quod autem duobus rectis æquales habeat angulos per demonstrationem. Sed non de his quæstio est, sed si utrunq; horum per definitionem, & demonstrationem est cognoscere.

Com. 13.

Dubitaret enim aliquis, utrum sit, idem, & secundum idem definitione scire, & demonstratio: ne an impossibile.

Quia non omne, quod syllogismo ostenditur, & per definitionem ostenditur. Nam definitiones quidem uniuersales, & affirmatiuæ sunt syllogismi autem: alii quidem in secunda figura priuatiui, alii uero in tertia particulares.

Com. 14.

Nam definitio quidem ipsius quid est esse uidetur. Quod quid est autem omne, uniuersale, & prædicatiuum est: syllogismi uero sunt, alii quidem priuatiui, alii uero, non uniuersales, ut in secunda.



Tex.c.10. cunda quidem figura priuatiui omnes sunt; in tertia vero non vniuersales. ¶ Postea neq; eorum qui sunt in prima figura prædicatiuorum omnium est definitio, vt quod omne triangulum duobus æquales habeat.

Com.15. Omne triangulum tres intus angulos duobus reliquis habens angulos, duobus rectis æquales habet. Omne ergo triangulum tres interiores angulos duobus rectis æquales habet.

Huius autem ratio est, quoniam scire demonstratiue, est habere demonstrationem.

Com.16. Quoniam haud possibile est, idem secundum idem, definitione, & demonstratione scire: neq; est horum, quorum demonstratio est, per definitionem cognitio.

Quare si in talibus est demonstratio, manifestum est, quod non erit vtiq; ipsorum definitio: sciet enim aliquis ex secundum definitionem non habens demonstrationem, nihil enim prohibet nõ simul habere. ¶ Sufficit autem fides ex inductione, nihil enim aliquando definiētes cognoscimus, neq; eorum, quæ per se existunt, neq; accidentium. ¶ Amplius si definitio substantiæ est alicuius cognitio: talia autem manifestum est, quod non sunt substantiæ. ¶ Quod quidem igitur non sit definitio omnis, cuius est demonstratio, manifestum est, cur autem cuius est definitio, nunquid omnis sit demonstratio: an non.

Com.17. Cum ostendisset quod non est, cuius est demonstratio, & definitio. Nunc conuersus ostēdit, tanquam non vniuersaliter monstrauerit, quod cuius est demonstratio, huius non est definitio. Atqui dicendo SUFFICIT AUTEM FIDES EX INDUCTIONE, NIHIL ENIM ALIQUANDO CUM DEFINIERIMVS COGNOVIMVS, NEQVE EORVM, QUÆ PER SE EXISTVNT, ET ACCIDENTIVM, vniuersalem uidetur fecisse rationem. Est autem quod conuersus ostendit, quod neq; omnis, cuius est definitio, huius & demonstratio est; in his autē demonstrabit quod neq; penitus est, secundum idem, quid est, per demonstrationem, & definitionem scire. Definitio enim nihil aliud alii inhærens ostendit, neq; eorum, quæ per se sunt, neq; eorum, quæ per accidens, quorum syllogismus ostensiuus est.

Vna tamen ratio ex de hoc eadem est. Vnius enim quatenus vnum, vna scientia est. Quare si quidem scire demonstrabile est demonstrationem habere, accidit quoddam impossibile.

Com.18. Quia impossibile est, eiusdem scientiam habere per demonstrationem, & definitionem, si eni demonstrabilis scientia est per demonstrationem cognitio. si esset omne per definitionem cognoscibile, & per demonstrationem demonstrabile profecto esset, contingeret autem idem, & sine demonstratione scire, habentem ipsius definitionem, quoniam & per definitionem cognitio, scientifica est. præterea principia demonstrationum indemonstrabilia sunt; definitiones vero sunt demonstrationum principia.

Tex.c.14. Definitionem. n. habens, sine demonstratione sciet. ¶ Amplius principia demonstrationum definitiones sunt. Quorum quod non sint demonstrationes ostensum est prius. Aut enim erunt, asserens principia demonstrabilia, ex principiorum principia, ex hoc in infinitum abibit, aut prima, definitiones erunt indemonstrabiles.

Tex.c.15. Sed vtrum si non omnis eiusdem, sed alicuius eiusdem est definitio, ex demonstratio: an impossibile, non enim est demonstratio, cuius definitio. Nam definitio quidem est ipsius quid est, ex substantiæ. Demonstrationes autem omnes videntur supponere,

Tex.c.16. re, ex accipere quod quid est, ut mathematicæ, quid vnitatis, quid impar, ex aliæ similiter. ¶ Amplius omnis demonstratio aliquid de aliquo demonstrat, aut quod est aut quod non est. in definitione autem nihil alterum de altero prædicatur, vt neq; animal de bipede, neq; bipes de animali:

Tex.c.17. neq; de plano figura, non enim planum figura est, neq; figura planum. ¶ Amplius alterum est quod quid est, ex quod est ostendere, Nam definitio quidem quid est declarat: Demonstratio autē quod est hoc de hoc aut non est.

Primum demonstrat, quod diuersorum demonstratio est, & per definitionem cognitio: Nunc autem insuper ostendit, quod & ipsæ diuersæ sunt, Demonstrans quod non omnino demonstratiua est definitiua, posset enim quantum in primis positus, diuersorum quidem esse. Demonstratiua tamen eadem est. Com. 19.

Alterius vero altera demonstratio est, nisi sit tanquam quædam pars totius. id autem dico, quoniam ostensum est, quod isosceles duobus relictis æqualis est. si omne triangulum ostensum est, pars enim est hoc, illud vero totum. hæc autem inuicem non ita se habent, quod est, & quid est non enim alterius alterum pars est. ¶ Manifestum ergo est, quod neq; cuius est definitio, huius omnis est demonstratio, neq; cuius omnis est demonstratio, huius omnis est definitio. Quare penitus nullius eiusdem contingit habere vtraq;. Quare perspicuum est, quod neq; definitio, & demonstratio, neq; idem profecto sint, neq; alterum in altero: Etenim subiecta similiter se haberent, hæc quidem igitur hucusq; dubitata sint. ¶ Ipsius autem quid est, vtrum syllogismus sit, & demonstratio: an non est, quemadmodum ratio supposuit. Tex. c. 18.
Tex. c. 19.

Quod impossibile sit, demonstrationem definitionis fieri, uidetur quodammodo iam per prædicta ostensum fuisse. Quod enim nullius eiusdem per definitionem, & demonstrationem ostensio sit, prædixit. non enim est demonstratio cuius, est definitio, Nam definitio quidem ipsius quod est, & substantiæ est: Demonstratio uero ipsius quod est, sed non ipsius quid est, & definitio quidem ostensio est substantiæ, demonstrationes autem non substantiam ostendunt. & quia definitio quidem principium est demonstrationis, principium uero demonstrationis, haud demonstrabile est. Si igitur hæc existimas, non utiq; erit definitionis demonstratio. Sequitur enim huic illud, quod tametsi per nonnulla argumenta uidetur quodammodo, & idem ostensum esse, tamen aliud hoc est problema ab illis, & alia ostensione indigemus. Nam in illis quidem quærebatur, si eiusdem possit cognitio, & per demonstrationem, & per definitionem fieri: nunc autem si est definitionem per demonstrationem ostendere inhærentem ipsi. Com. 20.

Nam syllogismus quidem aliquid de aliquo ostendit per medium, sed quid est proprium est, & in eo quod quid est prædicatur. Com. 21.

Quoniam ipsius quid est non est syllogismus, & demonstratio, propterea quod definitio proprium est, & in eo quod quid est prædicatur, aliter enim proprium accidens est, & non in eo quod quid est prædicatur. Com. 22.

Hæc autem necesse est conuerti, si enim. a. ipsius. c. proprium est, manifestum est, quod & ipsius. b. & hoc ipsius. c. Quare omnia inuicem sunt. At vero & si. a. in eo quod quid est inest omni. b. & vniuersaliter. b. de omni. c. in eo quod quid est dicitur, necesse est & si. a. in eo quod quid est de. c. dici. Si autem non ita accipiet aliquis duplicans, non necesse est. a. de. c. in eo quod quid est prædicari. Si quidem. a. de. b. in eo quod quid est. de quibuscunq; autem. b. non in eo quod quid est. quod quid est autem vtraq; hæc habebunt, erit ergo, & si. b. de. c. quod quid est. Com. 23.

Postquam ostendit, quod oportet in ambabus propositionibus quod quid est esse, id est definitionem, intulit. QVOD QVID EST, AVTEM VTRAQVE HÆC HABENT illa AVTEM coniunctione, pro IGITUR usus. Est autem quod dicitur, tale, quod ipsum igitur quid est, utraq; hæc habebunt, tum. a. b. tum. b. c. scilicet: Non enim sola. a. b. propositio, sed &. b. c. quod quid est habebit. Cum uero hæc ostendisset, inconueniens ipsis sequens infert dicens. Si igitur quod quid est ambo hæc habent in medio, erit prius quod quid est esse. Quod quidem quod quid est, loco ipsius quod quid est esse, & definitionis acceperit indicauit apponendo ipsi quod quid est, ipsum quid est esse. de quo enim in eo quod quid est, ut quod quid est esse prædicatum est, oportet in utrisq; propositionibus sumptum esse. Sed si hoc est, a. primum definitio est per. b. si per hoc ostenderetur, ipsius. c. definitio existens. atq; hoc igitur est inconueniens. Si quidem enim. b. aliud est ab ipso. c. a. profecto plurimum definitio esset. quod est impossibile. Si uero idem esset. Com. 24.



- b. cum ipso. c. quod est in principio, accipietur. Volens enim idem ostendere esse definitionem ipsius. c. accipit idem definitionem esse ipsius. b. quod idem est cum. c. quemadmodum inquit. Quod adhuc manifestius uolens ostendere, quod definitionis demonstratio est, accipit sine demonstratione. a. ipsius. b. definitionem esse; sequuntur igitur & hæc. Demonstrans autem. a. cuius uult per demonstrationem definitionem accipere, huius sine demonstratione esse quandam definitionem accipit. Si enim accipiet. a. de. b. ut definitionem, & in eo quod quid est esse, & b. similiter ipsius. c. definitionem, conspicuum est, quod & ipsius. b. definitionem, & rationem accipiet. non enim erit. b. ipsius. c. quid est esse. hoc autem uolebat ostendere quod quid est esse ipsius. c. quod per demonstrationem ostenditur. Quod igitur uult ostendere, accipit. accipit. n. b. ipsius. c. definitionem esse.
- Si igitur quid est, & quid est esse, utraque habent, in medio termino erit prius quod quid est esse.
- Tex. c. 21.** **C** Omnino autem si est ostendere quid est homo, erit. c. homo, a vero quid est, siue animal bipes, siue aliquid aliud, si igitur syllogizet, necesse est, a. de omni. b. prædicari; huius autem erit alia ratio media. Quare & hoc erit quid est homo.
- Com. 23.** Aut huius autem erit alia ratio media quæ possit ostendere, quod. b. ipsius. c. definitio sit; Aut huius autem erit alia ratio media idest ipsius. b. erit alia definitio, & ipsius. c. erit definitio.
- Accipit igitur, quod oportet ostendere, Etenim. b. est quid est homo, oportet autem in duabus propositionibus, & primis, & immediatis considerare, Maxime, n. manifestum id, quod dicitur sit,
- Com. 24.** Quia oportet exponentes, & accipientes duas propositiones immediatas considerare id, quod in elementis ipsis ostensum est. Sic enim maxime perspicuum fieret id, quod dicitur inquisitum in propositionibus, & materia, Quonia oportet ambas propositiones in eo quod quid est esse prædicari.
- Qui quidem igitur per conuersionem ostendunt, quid est anima, aut quid est homo, aut aliud aliud entium, ex principio petunt, ut si quis putaret animam esse ipsam sibi ipsi causam uiuendi, hæc autem numerum ipsum seipsum mouentem, necesse enim est petere animam, quæ est numerum esse ipsum seipsum mouentem, sic sicut idem ens. **C** Non. n. si consequitur. a. ipsi. b. & hoc ipsi. c. erit ipsi. c. a. quod quid est esse, sed verum est dicere erit solū. Neque si sit. a. quæ quid est, & de. b. prædicetur omni. Etenim animali esse, prædicatur de homini esse. Verum enim est omne homini esse, & animali esse. Quemadmodum, & omnem hominem animal esse, sed non ita ut unum esse si quidem igitur non ita accipiet, non syllogizabit, quod. a. sit ipsius. c. quod quid est esse, & substantia. Si autem ita accipiat prius erit, quod acceptum est ipsi. c. quoniam est quod quid est esse. b. quare haud demonstratum est, quod enim erat in principio, accipit. **C** At vero neque per diuisiones via syllogizat, sicuti in resolutione circa figuras dictum est.
- Tex. c. 22.** Qui quidem igitur per conuersionem ostendunt, quid est anima, aut quid est homo, aut aliud aliud entium, ex principio petunt, ut si quis putaret animam esse ipsam sibi ipsi causam uiuendi, hæc autem numerum ipsum seipsum mouentem, necesse enim est petere animam, quæ est numerum esse ipsum seipsum mouentem, sic sicut idem ens. **C** Non. n. si consequitur. a. ipsi. b. & hoc ipsi. c. erit ipsi. c. a. quod quid est esse, sed verum est dicere erit solū. Neque si sit. a. quæ quid est, & de. b. prædicetur omni. Etenim animali esse, prædicatur de homini esse. Verum enim est omne homini esse, & animali esse. Quemadmodum, & omnem hominem animal esse, sed non ita ut unum esse si quidem igitur non ita accipiet, non syllogizabit, quod. a. sit ipsius. c. quod quid est esse, & substantia. Si autem ita accipiat prius erit, quod acceptum est ipsi. c. quoniam est quod quid est esse. b. quare haud demonstratum est, quod enim erat in principio, accipit. **C** At vero neque per diuisiones via syllogizat, sicuti in resolutione circa figuras dictum est.
- Tex. 24.** Si autem ita accipiat prius erit, quod acceptum est ipsi. c. quoniam est quod quid est esse. b. quare haud demonstratum est, quod enim erat in principio, accipit. **C** At vero neque per diuisiones via syllogizat, sicuti in resolutione circa figuras dictum est.
- Tex. c. 23.** Si autem ita accipiat prius erit, quod acceptum est ipsi. c. quoniam est quod quid est esse. b. quare haud demonstratum est, quod enim erat in principio, accipit. **C** At vero neque per diuisiones via syllogizat, sicuti in resolutione circa figuras dictum est.
- Com. 25.** Quoniam neque per diuisiuam methodum per syllogismum definitio ostenditur, propterea quod neque syllogizat diuisione utens; Nam in syllogismo quidem positis quibusdam ex necessitate sequitur id, quod per illa ostenditur; In diuisione autem, nequaquam ipsis positis, & assumptis ex necessitate sequitur, quod ostenditur. Quemadmodum enim inductiue aliquid ostendens, accipit quidem aliqua, per quæ ostendere aliquid conatur, non tamen syllogizat, propterea quod non ex necessitate acceptis sequitur id, quod ostenditur, nec secus, & in diuisione se habet. Non enim oportet conclusionem, quæ per syllogismum ostenditur interrogari, & in eo quod conceditur ab aliquibus poni, & non amplius syllogismus est conclusio, ex necessitate. n. oportet sequi.
- Nequaquam enim necessario fit rem illam esse, cum hæc sint. sed sicut neque inducens demonstrat, non enim oportet conclusionem interrogare, neque in concedendo esse sed necesse est esse, cum illa sint, etiam. Si non asserat respondens. Vtrum homo animal est, aut inanimatum; postea accipit animal, non syllogizauit, iterum omne animal aut gressibile, aut aquatile, accipit gressibile, & hominem esse totum animal gressibile, haud necesse est expositis sed accipit & hoc.
- Com. 26.** Non enim si diuisim utrunque uerum est de homine, iam & simul coniunctim necesse est uerum esse

rum esse, Quemadmodum in coriario, & bono, in libro de interpretatione ostensum est. & ipse uero progrediens de hoc mentionem facit.

Differt autem nihil in multis aut in paucis hoc facere, idem enim est. Non syllogisticus quidem igitur, et vsus fit sic procedentibus, et in his quæ syllogizari cōtingunt. Quid enim prohibet hoc uerum quidem esse totum de homine, non tamen quod quid est, neq; quid est esse ostendere? Amplius quid prohibet apponere aliquid, aut auferre, aut transgredi substantiam.

Quoniam non solum non ostendunt per syllogismum definitionem, quam neq; aliter possibile est ostendere per syllogismum, ut antea dictum est: sed neq; possibilia. Possibilia quidem per syllogismum ostendi inesse homini, per syllogismum ostēdūt inesse, sed accipiunt in syllogistice: In syllogizabilia enim accipientes ea, ex quibus definitio constituitur utuntur ipsis ad compositionem definitionis possibilibus per syllogismum accipi. unumquodq; igitur eorum quæ in definitiua ratione hominis sunt, est per syllogismum ostendere inhærens homini. In his autē, quia, id quod accipitur, & componitur ex concessis secundum diuisionem, non ostenditur definitio esse. Inquit enim quid prohibet hoc uerum quidem esse totum? Nam dicit quid prohibet hæc, quorum unumquodq; diuisim acceptum sit homini inhærens & simul uerificari de homine? non tamen compositionem ipsorum definitionem esse hominis, addendo in animalis diuisione, masculinum, & foemininum accipere, uel aliam quandam contrarietatem secundum materiam, aut secundum aliquod accidens existentem. uerum & secundum speciem prætermittendo, si animal in gressibile, diuidat, & aquatile, iste enim gressibile dereliquit, transgrediendo autem si animal in bipes, & multipes, bipes transgressus est.

Hæc quidem igitur dimittuntur. Contingit autem soluere in accipiendo in eo quod quid est omnia, et deinceps diuisione facere quæ situm primum, et nihil relinquere. Hoc autem necessarium est, si omne in diuisionem cadit, et nihil relinquitur, hoc aut necessarium est indiuiduum enim iam oportet esse.

Sunt autem non cadentia in omnem diuisionem genera ipsa, quatenus superiora sunt. indiuidua uero species in omnem cadunt diuisionem, ut homo.

Sed syllogismus tamen non est: at certe alio modo cognoscere facit, et hoc quidem nullum est absurdum, neq; enim inducens fortasse demonstrat, sed ostendit aliquid.

Quia tamen si non syllogizat diuisiua methodus, tamen secundum alium modum cognoscere facit, quemadmodum, & inductio quæquam non demonstrat, sed tamen indicat aliquid.

Syllogismum autem non dicit, qui, ex diuisione colligit definitionem.

Quoniam ex diuisione definitionem componens, & accipiens, non syllogizat, per collectionem autem ostendit.

Sicut enim in conclusionibus, quæ sine mediis sunt. Si aliquis dicat, quoniam his existentibus necesse est hoc esse, contingit interrogare propter quid sic et in diuisiuis definitionibus, Quid est homo: animal mortale, pedes habens, bipes, sine pennis propter quid secundum unamquamq; positionem. dicit enim et monstrabit diuisione, sicut opinatur, quod omne animal, aut mortale, aut immortale sit: huiusmodi autem ratio omnis, non est definitio. Quare, et si diuisione demonstrata sit: sed tamen definitio non fit syllogismus. Sed utrum sit etiam demonstrare quod quid est secundum substantiam.

Quærit si possibile est, definitionem ex suppositione syllogizare, & ostendere. definitionē autē quod quid est secundum substantiam dixit. Quod enim in prædicando de aliquo in eo quod quid, etiam substantiā ipsius significat, hoc definitio est illius. Definitio enim uniuscuiusq; substantiæ, & esse est. EX SUPPOSITIONE VERO dixit, non per hypotheticum, syllogismum, sed propterea, quod supponantur quædam, atq; his ad ostensionem utimur. Est autē, quod accipit, & supponit hoc. rationem ex propriis in eo quod quid est, definitionem esse, id est rationem



ex propriis, quæ in eo quod quid est prædicantur, huius definitionem esse, quia esse ipse quid est definitionem supponit, sed non demonstrat. Quapropter si assumeret, hæc huius propria est ratio, ex his, quæ in eo quod quid est prædicantur, concluderet profecto, hæc ergo huius definitio est, sed rursus quod in principio est petit, idem enim accipit medium cum maiori. Nihil enim differt dicere, hoc huius ex propriis in eo quod quid est, proprium est, quam dicere, hoc huius definitio est. Ostendit autem & aliud quoddam inconueniens tali ostensioni sequens, propterea quod suppositio in syllogismo haud opportune, ne concinne sumitur.

Tex. c. 17. Ex suppositione autem accipientem quod quid est esse, quod est ex propriis in eo quod quid est. Hæc autem in eo, quod quid est sola sunt, & proprium omne, hoc enim est esse illi. ¶ Aut iterum, accepit quod quid est esse, etiam in hoc, necesse enim est per medium ostendere.

Com. 32. HÆC AVTEM IN EO QVOD QVID EST SOLA SVNT, ET PROPRIVM OMNE, Vt ipforum omne proprium fiat: hæc enim sufficientia sunt ad proprium faciendum, quod ex ipsis, quæ per se prædicantur, sufficiens est ad definitionem. illud uero HOC ENIM EST ESSE ILLI æpollés est ei IN HIS ENIM EST ESSE REI CVIVS DEFINITIONEM OSTENDIMVS, & hoc definitio ipsius est.

Tex. 6. **Tex. c. 18.** Amplius sicut neq; in syllogismo accipitur quid est syllogizare: semper enim tota aut pars propositio est, ex quibus syllogismus est. sic neq; quod quid est esse, oportet inesse in syllogismo, sed seorsum hoc a positis esse, & ad dubitantem si syllogizatum est, vel non, hoc respondere, quod hoc quidem erat syllogismus, & ad eum, quod quid est esse syllogizatum non sit, quod na, hoc enim a nobis positum fuerat quod quid est esse. Quare necesse est, & sine ipso quid est syllogismus secundum quod quid est esse syllogizari, aut ipsius quod quid est esse syllogizari aliquid. ¶ Et si ex suppositione autem ostendat, ut si malo est diuisibili esse, contrario vero, quod contraria est esse, quibuscumq; est aliquod contrarium. Bonum autem malo contrarium est, & indiuisibile, est ergo bono esse, quod est indiuisibile esse. ¶ Etenim hic accipiens quod quid est esse ostendit.

Tex. c. 29. **Com. 33.** Quoniam neq; qui hypothetice ostendere, & syllogizare tentat definitionem, quam uult facit. illud enim EX SUPPOSITIONE in præsentia hypothetice dicit. Etenim talis ostensio, quod in principio est, accipiet, uolens enim aliquis ostendere, quod per demonstrationem definitio ostenditur, in huius ipsius ostensionem definitionem alicuius accipit sine demonstratione, Quam si iterum uellet ostendere per syllogismum, non aliter ostenderet, quam rursus alicuius definitionem petendo, & accipiendo, & huius quidem, cuius definitionem uidetur per hanc ostendisse, Cum enim acceperit, quod boni definitio est indiuisibile, sic rursus ostendet mali rationem esse diuisibile, per inuicem ergo.

Accipit autem ad ostendendum quod quid est alterum quidem quid sit. Etenim in demonstrationibus, quod est hoc de hoc, sed non idem, neq; cuius est eadem ratio, & conuertitur.

Com. 34. Id est in ostensionem ipsius quid est esse, & definitionis, alterum quid accipit, quod haud diuisum est, per aliquod enim acceptum medium alterum a terminis, ex quibus conclusio est, syllogismus est, & ex propositionibus quibusdam, ut indicauit dicens. ETENIM IN DEMONSTRATIONIBVS QVOD EST HOC DE HOC ACCIPITVR, id est propositio, non tamen ipsum, quod oportet ostendere, aut quod idem est cum eo, quod ostenditur, aut conuertitur cum ipso, qui enim tale quippiam accipiat, quod in principio est, petit, accipiens ad aliud.

Tex. c. 30. Præsertim, quoniam & utraq; similiter indigent ostensione; ¶ Ad utraq; autem, & per diuisiōnem ostendentem, & ad sic syllogizantem, eadem dubitatio est, propter quod erit homo animal gressibile bipes, sed non animal, & bipes, ex acceptis enim nulla necessitas est unum fieri prædicatum, sed sicut profecto homo idem esset musicus & grammaticus. ¶ Quomodo igitur definiens substantiam ostendet, aut quod quid est?

Com. 35. Quia haud possibile est, definitionem ostendere, neq; per demonstrationem, & syllogismum,

neq; per inductionē, neq; per sensum. Nam demonstrans quidem, & syllogizans ex confessis quibusdam perspicuum facit id, quod ex ipsis ex necessitate ostenditur. Definiens autem non accipiens aliqua per quæ tale inferat, ostendit ex necessitate esse id, quod ostenditur definitionem. Et præterea ostensum est quod non est definitionis demonstratio, sed neq; per inductionem: inductio enim per singularia manifesta existentia uniuersale confirmat. Definiens autē non ita ostendit definitionem: & inductione quidem utens ostendit quod est, aut quod non est, ex acceptis. Definiens autem non quod est, sed quid est, aut quid non est curat ostendere. Quod autē neq; per sensum est ostendere definitionem, præmanifestum est, neq; enim sensibile omnino est, nec definitio, neq; definitum, si quidem uniuersaliter, ut ostendet simul, ut ita dicam digito, hoc est definitio, quod hoc est dulce, aut aliquid aliud sensibilem.

Neq; enim sicut demonstrans ex confessis esse manifestam faciet, quod d necesse sit illis existentibus, alterum quid esse, Demonstrationis. n. hoc est, neq; sicut inducens per singularia manifesta existentia, quod d omnia ita se habeant, cum nihil aliter sit, non enim quid est ostendit, sed quod aut est, aut non est: Quis igitur est alius modus reliquus? nō enim ostendet sensu, aut digito. ¶ Amplius quomodo ostendet quod quid est homo? Necessē enim est scientem quid est homo aut quidlibet aliud, scire, et quod est, quod enim non est nemo scit quid est, sed quid quidem significat ratio, aut nomen, Cum dixerō hircoceruum, quid autem sit hircoceruus, impossibile est scire.

Tex. 7.
Tex. c. 32.

Vniuersaliter addubitat, quomodo omnino sit quod quid est ostendere: si quidē enim oportet ipsius quid est ostensionem, cum ea, quæ est ipsius quod est complexa esse. Hæc autē diuersa sunt inter se: neq; uero definitiua, neq; demonstratiua sola plurimum est, haud mehercule esset quod quid est, & definitionē ostendere. Hæc autē significauit dicens AT VERO SI OSTENDET QUID EST, ET QVOD EST, QVOMODO EADEM RATIONE OSTENDET? Cum enim dixerit utraq; hæc oportere cognosci, postea quærit, quomodo per unam rationem utraq; ostendentur differentia.

Com. 36.

At vero si ostendet quid, et quod est, et quomodo eadē ratione ostendet: Etenim definitio vnū quid ostendit, et demonstratio vnum. quid autem est homo, et esse hominem aliud est. ¶ Postea et per demonstrationem dicimus necessarium esse ostendi omne quod est, nisi fuerit substantia, esse autem nulli est substantia, neq; enim genus est ens. demonstratio ergo erit quod est, quod quidem et nunc faciunt scientiæ.

Tex. c. 33.

Aliud. n. alio inhærere per syllogismum ostenditur. Quoniam autem & definitio, & substantia uniuscuiusq; inhæret illi, cuius est substantia, & potest aliquis etiam in definitione subaudire quod est. hanc ob rem addidit NISI FVERIT SVBSTANTIA, id est nisi definitio fuerit, solum enim eorum, quæ inhærent quod definitio inhæreat non ostendit per demonstrationē: eē alicui, & inesse, non est definitio alicuius neq; esse aliquid demonstrans, definitionē ipsius ostendit: Nullius enim esse est definitio, neq; enim genus omnino est ens, & esse una natura, ut possit & pars definitionis esse, tale enim genus est, Nā definitio unius naturæ est significatiua, & ipsius esse aliquid ergo demonstratio erit: non ergo definiens esse, hoc quod definit ostendet per definitionem. Demonstratio enim est ostensiuā huius.

Com. 37.

Quid enim significat triangulum, accepit Geometra, quod est autem ostendit. Quid igitur ostendet definiens, quam quid est triangulum? Sciens ergo aliquis definitione quid est, an sit nesciet, sed impossibile est.

Cum acceperit quod demonstratio est ipsius quod est ostensiuā, habens uero quod tum definitio, tum demonstratio alicuius horum utrorumq; est: In his dicit. Quid igitur ostendet definiens: quid est triangulum, aut quod æquale est? Quid igitur ostendit definiens, & quod quid est assignans alicuius quàm quid est illud quod definit. Definiens. n. triangulum quid est, triangulum dicit, sed non quod est, aliud enim illud est, quod & per demonstrationem ostenditur. & consequens absurdum infert. Quod enim quispiam definitione nouit, quod est hoc ignorabit: alia enim methodus est quæ hoc ostendit, hoc autem impossibile est, quod non nouit aliquis an sit, hoc quid est scire.

Com. 38.



- Tex. c. 34.** Manifestum est autem quod secundum præsentis modos definitionum, quod non ostendunt definientes ipsum quod est. nam tametsi est ex medio aliquod æquale; tamen propter quid est, quod definitum est, et propter quid est circulus: esset enim utiq; et orichalci dicere esse idem, neq; enim quod possibile sit id, quod dicitur significant definitiones, neq; quod illud sit cuius dicunt esse definitionem.
- Com. 39.** Quod haud ipsius quod est definitum sit, definitio est ostensiva. Nam tametsi inerit ei, cuius definitio assignata est. tamen hæc definitio si est ipsius non ostendit. non enim ob signatur in definitione causa aliqua, propter quam sit hoc, cuius definitionem aliquis assignauerit, sed neq; ipsius propter quid est hoc circulus.
- Tex. c. 35.** Sed semper licet dicere propter quid, et si ergo definiens ostendit, aut quid est, aut quid significat nomen. si non est nequaquam ipsius quid est, esset utiq; definitio ratio cum nomine idem significans, sed inconueniens est. Nam primum quidem, et non substantiarum profecto esset, et non entium; significare enim est, et non entia.
- Com. 40.** Cum ostendisset, quod definitio non est ipsius esse rem definitam, ostensive, & scientifice accipit, tanquam sequens hoc, non esse definitionem rei alicuius significatiuam, sed eius, quod accipit quid significat id, quod dicitur. ut sit eadem ratio cum nomine idem significans. si enim oportet quidem definiens, aut quid est rei ostendere, aut quid significat nomen dicere. non ostendit autem quid est res ab initio non esse per definitionem scire quod est, Relinquitur ergo ut oratio enuntiatiua sit ipsius quid significat nomen quod absurdum ostendit.
- Amplius omnes rationes definitiones utiq; essent. esset enim profecto nomen ponere cuilibet orationi, Quare definitiones mehercule differeremus omnes, et illas definitio utiq; esset, amplius nulla scientia demonstraret, quod hoc nomen, hoc significet; neq; definitiones igitur hoc assignat.
- Com. 41.** Si definitio æque, ac nomen significat, impossibile autem est demonstrare, quod hoc nomen hoc significat, positione enim & conditione nomina haud necessaria sunt alicui nempe neq; huius nomen, quod hoc significet fidem ullam haberemus, neq; definitiones igitur hoc indicant, esse unum quodq; ipsorum significatiuum significati sub tali nomine.
- Ex his igitur neq; definitio, neq; syllogismus videatur idem esse, neq; eiusdem syllogismus et definitio. Ad hæc autem neq; definitio quicquam neq; demonstrat, neq; ostendit, neq; quod quid est, nec definitione, nec demonstratione cognoscere est.
- Com. 42.** Ea, quæ ostensa fuere summam colligit, quod neq; idem est syllogismus, & definitio: quod quidem evidens accepit: Alia enim utriusq; ipsorum ratio est. & quod neq; eiusdem syllogismus, & definitio est. Si quidem hæc est ipsius quid est, hic autem ipsius quod est. Quæ prima demonstrat, propterea quod neq; id, quod per syllogismum ostenditur per definitionem ostendatur neq; cuius est definitio, hoc & per syllogismum ostendatur cæterum, & quod neq; definitio ipsa aut demonstrat aliquid, aut omnino ostendit. Neq; enim esse rem demonstrat, neq; quod illius sit, cuius assignatur ostendit. Quapropter per definitionem non est cognoscere quod hoc huius definitio sit. Nihil enim ostendit definitio, nec demonstrat. Quoniã non est demonstratio ipsius quid est, ut ostensum est. Omnis enim est ipsius quod est.
- Tex. 8.** Iterum autem speculandum est, quid horum dicitur bene, et quid non bene: et quid est definitio; et ipsius quid est nunquid quodammodo est demonstratio, et definitio: an nequaquam.
- Tex. c. 36.** Neq; enim quod non possit idem per definitionem, & demonstrationem cognosci unde quacumque bene dictum est; neq; quod non omnino sit aliqua ostensio definitionis, ut dicit.
- Com. 43.** Quoniam autem, sicut diximus, idem est scire quod quid est, et scire causam ipsius quid est.
- Tex. c. 37.** Aggreditur primum ostendere, quod est demonstrare definitionem per definitionem, simul autem utitur in demonstrationem his, quæ antea ab ipso declarata fuerunt. Demonstrat enim paulo ante per prædicta IN OMNIBVS ENIM HIS PERSPICVVM EST, QVOD EADEM SVNT QVOD QVID EST, ET PROPTER QVID EST monstrat namq; per hæc, quod
- Com. 44.**

quærens quid est, & definitionem, causam quærit. Definitio enim uniuscuiusq; & causa hoc utitur. Nam si definitio causa est, qui alicuius definitionem nouit, & causam nouit. Quod autem definitionem alicuius sciens, sciat causam essendi ipsi, hoc significat causa ipsius quid est, ostensum enim est hoc illic. Nam ipsius quid est quæstio, causæ quæstio est. potest uero ratione hac dixisse, posse definitionem ostendi per syllogismum, & esset profecto antea non perfecte, sed defectuose dicta. *QUONIAM AUTEM SICUT DIXIMVS, IDEM EST SCIRE QVOD QVOD EST, ET SCIRE CAUSAM IPSIVS QVOD EST,* deficit enim si possibile est per syllogismum quod quid est ostendi. Quoniam igitur definitio causa est, aut eadem erit cum hoc causa, aut alia ab ipso. Causarum enim alia quidem eadem sunt cum illis, quibus sunt causæ, perfectum ipso rum declarantes substantiam. Quod enim homo animal gressibile bipes sit, non alia causa est hæc ab ipso, & prorsus propria uniuscuiusq;.

Ratio autem huius est quoniam est quædam causa, & hæc, aut eadē, aut alia est, & si profecto alia aut demonstrabilis, aut indemonstrabilis. Si igitur est alia, & contingit demonstrare, necesse est mediū esse causam, & in figura prima ostendi, uniuersale enim & prædicatiuum est, quod ostendit.

Potest & hoc AVT EADEM, AVT ALIA dixisse non tanquam concedens esse eandem ipsam causam. uidetur enim alia esse causa, & cuius est causa in omnibus, sed gratia utendi perfecta diuisione. & nempe. esset illud *SI IGITUR* aliud illatum, significatiuum, quod debeat esse alia causa.

Vnus quidem igitur modus utiq; esset, qui nunc inquisitus est. quod per aliud quod quid est monstratur. Nam & ipsorum quid est necesse est medium esse quid est, & priorum proprium. quare hoc quidem ostendet, hoc autem non ostendet ipsorum quod quid est esse ipsi rei. *¶* Is quidem igitur modus, quod non utiq; sit demonstratio dictum est prius. sed est logicus syllogismus ipsius quid est. Quo autem modo contingat dicemus, incipientes iterum ex principio.

Logicum syllogismum, non demonstrabilem, sed dialecticum, & per apparentia concludentē consuevit dicere. Cum autem dixerit talem ostensionem esse logicam, sed non demonstratiuam, Deinceps proponit quære, si omnino contingit, qualiter, & quonam modo, & suggerens nobis ea, quæ ex initio dicta fuere, demonstrat secundum ad ipsa consequentiam, quod demonstrationem haud possibile est definitionis fieri. Est tamen per quendam demonstrationis modum definitionem inuenire, & hoc est, ob quod dubitatum est. Qui possibile est ostendi quod quid est esse. Debens autem de hoc quære, & loqui, primum nobis ea, quæ in principio dicta fuere memorat, utilia ipsi ad huius propositi contemplationem futura. Quapropter addidit illud *DIVCENTES ITERVM EX PRINCIPIO.*

Sicut enim propter quid quærimus, habentes ipsum quod, aliquando autem & simul manifesta sunt. Sed neq; prius propter quid, possibile est cognoscere, quam ipsum quod, manifestum est, quod similiter & quod quid est esse, non absq; ipso an sit, impossibile. n. est scire quod sit, ignorantes an sit.

Quoniam, quemadmodum quod sit, antea cognoscitur, quam propter quid, nec secus, & an sit, quam quid sit. interdum autem & simul manifesta fiunt, non tamen vice uersa.

Hoc autem an sit, quandoq; quidem secundum accidens habemus, Quandoq; vero habentes aliquid ipsius rei. ut tonitruum, quod sonus quidam est nubium: & defectio, quod est priuatio quædam luminis, atq; hominem, quod est animal quoddam, necnon animam ipsam seipsam mouens. quæcunq; igitur secundum accidens scimus quod sunt, necessarium est nullatenus habere ad quod quid est. nihil enim quod est scimus, quære autem quid est, non habentes quod est, neq; quære est.

Postquam accepit ipsius quid est cognitionem, insequi cognitionem essendi rem. postea quomodo cognitionem essendi rem, sequitur sæpenumero, & ipsius quid est cognitio, sicuti & cognitio ipsius propter quid, cognitionem ipsius quod est, ostendit. Existentiā enim rei, de qua erat quæstio, an sit, quandoq; ab accidentibus, quandoq; uero aliquid ipsius rei accipientes, habemus: & quidem cognitio existentia rei ab accidentibus, nihil ad cognitionem ipsius quid est.



res confert: ab ipsis uero rei inhærentibus cognitio, essendi ipsam, causa, & uia est cognitionis ipsius quid est. & sicuti profecto nos haberemus ad cognitionem ab inhærentibus per se, & entibus aliquibus, & partibus quæsite rei, an sit cognitio, non habebimus, & ad eam, quæ est ipsius quid sit. Nam à communioribus scientes quòd est lōgius, quam scire quid est sciemus, quia, nec quòd est accurate, & proxime scimus si uero à propriis, & familiaribus ipsius essendi ipsam cognitionem habemus, haberemus porro, & ipsius quid est cognitionem, aut prope essemus.

Tex. c. 40. De quibuscūq; autem habemus aliquid, facilius est, quare quemadmodum habemus quod est, sic habemus et ad quod quid est.

Com. 49. Quorum uero habemus cognitionem essendi, habendo aliquid ipsius eorum, quæ in substantia ipsis inhærent, facilius ipsius quid est, cum quæstio, tum inuentio est.

Quorum quidem igitur habemus aliquid ipsius quid est, sit primum quidem hoc modo. Defectio, in quo. a. luna in quo. c. oppositio terræ in quo. b. Quære igitur utrum deficiat, aut non ipsum. b. quære est. Vtrum sit, aut non: hoc autem nihil differt quære, quam si est ratio ipsius,

Tex. c. 41. et si fuerit hoc, illud quoq; dicimus esse; ¶ Aut utriusnam contradictionis est ratio; utrum habendi duos rectos, aut non habendi.

Com. 50. Prædicta notiora uult in exemplis facere, & ostendere quomodo ipsius esse demonstratio disponatur, cognitio enim est. quomodo uero quod quid est in demonstratione accipiatur, & quomodo si ab accidentibus cognitio ipsius quod est, esset, nihil ipsi conferret ad ipsius quid est inuentionem & primum quidem accipit exempla, quorum cognitionem essendi, ex substantia, & ab accidentibus per se ipsi inhærentibus facimus. postmodum accipiet, & eorum, quæ non à substantia & ostendet, quando demonstratio essendi per cognitionem ipsius, quod quid est esse fiat, & quomodo scientes quod est, scimus simul, & quid est. Quomodo uero ipsum quidem quod est cognoscemus per syllogismum, neq; dum autem cognitum habebimus, quod quid est. Videtur autem mihi illam QUIDEM coniunctio, ex superfluo manere, ut sit, QVORVM IGITVR HABEMVS IPSIUS QVOD EST COGNITIONEM, PER ALIQVOD EORVM, QVÆ IN EO QVOD QVID EST SVNT, ET IN SVBSTANTIA IPSORVM, SIT PRIMVM ID QVOD OSTENDITVR, ET HABEAT ALIQVOD, Quorum enim inquit habemus aliquid in ipsius esse cognitione, continemus quod quid est. Sit exemplificatiuū id, qd apponit.

Cum autem inueniamus simul quod est, et propter quid est sciemus si per media fuerit. Si uero non quod est, propter quid autem minime. Sit. c. luna, defectio. a. plenilunium umbram non posse facere, nullo nostrum existente interea manifesto, in quo. b.

Com. 51. Illi QVANDO AVTEM INVENIAMVS SIMVL QVOD EST, ET PROPTER QVID EST, particulæ. Is quidem adiunxit, SI PER MEDIA FVERIT, significans, si per propria, & causas, non conclusionis solum, sed etiam rei. Hæc enim proprie media sunt. Nam per talia media, quæ proprie sunt media, cognitio est ipsius quod, & propter quid. uerum, & ipsius quid est, cognitio est, ut dicit. talis enim definitio est alterius extremorum. si autem per mediū, id est finem autem per causam, sed per aliquod accidens, quādo enim habemus cognitionem, quod in altero extremo alterum inest solum, quòd est sciemus, non adhuc autem propter quid est, neq; definitionem habebimus.

Si enim ipsi. c. inest. b. umbram non posse facere nullo nostrum in medio existente, huic autem. a. quod est defecisse, quod quidem deficit manifestum est, sed propter quid nondum, et quod quid est defectio sciemus. quid est autem nescimus.

Com. 52. Magis cōueniens profecto se haberet illa dictio ENIM pro igitur ubi dicit, si enim ipsi. c. inest b. huic enim consequitur, si uero non quod est, propter quid autem minime.

Cum autem manifestum est, quod. a. ipsi. c. inest. Sed propter quid inest est quære. b. quid est, utrum sit obiectio, aut conuersio, lunæ, aut extinctio luminis, hoc autem est ratio alterius extremi,

extremi, vt in his quæ sunt ipsius. a. est enim defectio obstructio à terra. Quid est tonitruum: ignis extinctio in nube, propter quid tonat: propterea quod extinguitur ignis in nube. Sit nubes. c. tonitruum. a. extinctio ignis. b. ipsi. c. igitur nube inest. b. extinguitur enim in ipsa ignis, huic autem. a. strepitus, et est ratio. b. ipsius. a. primi extremi. Si autem rursus huius aliud medium fuerit, ex reliquis erit rationibus. ¶ Quomodo igitur accipitur quod quid est, et fit notum dictum est.

Quoniam sæpenumero ipsius quidem propter quid uidetur fieri syllogismus, medium terminum eorum, quæ per se inhærent accipiendo: Non tamen indemonstrabile hoc est, quod medium terminus non sit definitio alterius extremorum nec sit propria causa cum, inquit, tale medium sumptum sit, ut etiam & hoc demonstrabile sit ex reliquis: quæ & ipsa per se inhærent ipsi, & partes quodammodo sunt ipsius, oportet medium terminum accipientes demonstrare propositionem. Nam quando quidem definitio fuerit assumptum maioris extremi, immediata, et indemonstrabilis est propositio illa: Non enim possibile est medium terminum inuenientem aliquem, demonstrare definitionem, Nam ostensum est quod definitionis non est demonstratio: quando uero fuerit quidem ex substantia medium terminus, nondum autem definitio, & reliquis erit, & omissis. Dicit autem, ut & ipsa per se insint ei, quod ostenditur. & est ipsi propiore medium terminum accipientes ostendere, donec profecto definitio fiat medium prædicati, tunc enim immediata propositio, & indemonstrabilis est.

Quare syllogismus quidem ipsius quid est non fit, neque demonstratio, manifestum tamen fit per syllogismum, et demonstrationem: quare neque sine demonstratione est cognoscere, quod quid est, cuius sit causa alia, sed neque demonstratio ipsius est.

Quia demonstratio non est ipsius quod quid est esse: fit autem notum in ipsius quod est per causam demonstratione, quæ est proprie demonstratio: propinqua enim causa, & prima, & propria, ipsius quod est ostensione, per definitionem, & quod quid est esse ostenditur. ideo, & demonstratio non est ipsius quid est, neque syllogismus, perspicuum tamen fit per demonstrationem: Demonstrantes enim quod est per quod quid est esse termini prædicati in codice græco habetur *ἀποδείξις* sed melius diceretur *δείξις* definitiones in conclusione facimus. hoc autem fit, in quibus causæ aliæ sunt à causatis, & demonstrabilibus in quibus uero eadem sunt causæ cum causatis, hæc indemonstrabiles sunt. Quapropter non amplius in his ipsius propter quid quæstio, & inuentio est, & ipsius quod quid est esse. Quia ex initio neque quærimus in his propter quid est: Est autem eadem, tum res, tum causa ipsius, in quibus definitio accipitur propositæ rei: hominis enim causa est animal gressibile bipes eadem existens cum ipso. Quapropter non amplius huius alia aliqua est, sed neque demonstratio iterum ipsius quid est.

Quomodo et in dubitationibus diximus.

Sicuti & antea in dubitationibus dictum est quorundam quod quidem esse per demonstrationem reperitur, & cognoscitur. Quibus enim existentia altera quædam est causa. Quibus uero non est causa, horum neque definitio per demonstrationem cognoscitur.

Est autem quorundam quidem altera quædam causa, quorundam autem non est. Quare manifestum est, quod et ipsorum quid est, alia quidem immediata, et principia sunt, quæ et esse, et quid est supponere oportet, aut alio modo manifesta facere, quod facit Arithmeticus, etenim quid est, unitatem supponit, et quod est. ¶ Habentium autem medium, et quorum est, quædam altera causa substantiæ, est per demonstrationem, ut diximus, ostendere, non quid est demonstrantes.

Postquam monstrauit quod in ostensione ipsius quod est propinquæ causæ, tum ipsius quid est cognitio tum inuentio fit, postea uero dixit, hoc enim est, & non est causa alia, in quibus enim demonstrabile est quod est, & causam aliquam habet. Nam in aliquibus quidem esse, & quod est, & demonstrabile est, & per mediam causam ostenditur. in nonnullis autem indemonstrabile est, prima enim quod sint, non demonstrantur. Nunc eandem, inquit, hanc fore differentiam, & ipso tum quod est, & definitionum. Nam aliæ quidem ipsarum haud in demonstratione accipiuntur



sed simpliciter aliqua eorum in quibus sunt, haud per demonstrationem esse ostendentur. Alia vero in demonstratione accipientur, quando aliqua, eorum sunt definitionem, quod sint, demonstrantur: Medii enim termini, per quos ostenduntur, erunt definitiones ipsorum.

Tex.c.44 Definitio autem quoniam dicitur ratio ipsius quid est, manifestum est, quod aliqua quidem ratio erit ipsius quid significat proprie nomen, aut ratio altera nominalis ut quid significat quod est triangulum, quod habentes quid est, quærimus propter quid, difficile autem est sic accipere, quæ non scimus, quod sunt: causa vero difficultatis prius dicta est, quoniam neq; an sit, aut non sit scimus, nisi secundum accidens.

Com. 57. Quo tripliciter dicatur definitio, & de quali ea, quæ ostensa fuerunt dicta sint, ostendit, & dicit. erat autem, in quibus proposuerat, & hoc dicere. tum quid est definitio, & quorum quoniam igitur definitio dicitur ratio ipsius quid est, multipliciter intelligendum est, non enim solum quid est, & quid significat, sed etiam substantia quædam rei est, & esse declarat. Quapropter & definitio esset eorum, quæ multipliciter dicuntur. Etenim ratio ipsius quid est, esset profecto significatiua ipsius quid significat nomen. cui æquale est & secundum propositum dictione differens sola ab ipsa, illud **AVT RATIO ALTERA NOMINALIS**, id est æque ac nomen ratio significans, & altera ab ea, quæ substantiam significat. Qua quidem habentes dicitur rationem nominalem, aut rationem significantem quid significat nomen, quærimus adhuc propter quid est. Qui enim trianguli rationem habet quod triangulum triplicem angulum significat, nominalem rationem habet, & significantem quid significat nomen, Adhuc enim quæritur in talibus rationibus propter quid est id, quod significatur. Difficile uero inquit esse accipere causam essendi, si ignoratur quod est. difficile autem & impossibile est definitionem cum causa alicuius accipere, quod ignorauit aliquis, quod sit ab initio, ignotum autem in his hoc est, propterea quod huiusmodi cognitio ipsius quod est, ab accidente fit.

Tex. 10. Ratio autem vna dupliciter est, hæc quidem coniuncte, ut Ilias, hæc vero vnum de vno ostendens non secundum accidens. Vna quidem igitur definitio definitionis est, quæ dicta est: alia vero definitio ratio est, demonstrans propter quid est. Quare prior quidem significat, minime vero ostendit. posterior autem manifestum est, quod erit ut demonstratio ipsius quid est sola positione differens a demonstratione.

Com. 58. Hæc in medio dixit, ostendens de definitione, quod rationem ipsam unam esse oportet, non coniunctione, sed unum de uno significans non secundum accidens. non enim una ratio est, unum habens subiectum, & unum prædicatum, sed accidentia ambo sunt, neq; accidens de substantia prædicans, una proprie ratio est. si igitur propositio una est, non unam significat naturam, per hæc uero particulam excipit talē definitionem, idem cum nomine significantem, coniunctione enim una esse potest.

Tex.c.46. Differt. n. dicere propter quid tonat: & quid est tonitruum: dicit enim sic quidem, propterea quod extinguitur ignis in nubibus. Quid autem est tonitruum? sonus extincti ignis in nubibus. Quare eadem ratio alio modo dicitur, & sic quidem demonstratio continua est, sic autem definitio. **Amplius definitio est tonitruum, sonus in nubibus, hoc autem est ipsius quid est demonstrationis conclusio. Immediatorum vero definitio, positio est ipsius quid est indemonstrabilis. Est ergo definitio vna quædam ratio ipsius quid est indemonstrabilis. vnus vero syllogismus ipsius quid est, casu differens a demonstratione.**

Com. 59. Is quidem, qui propter quid dicit, causam dicit conclusionis, sic autem demonstratio fit. Qui uero dicit quod est tonitruum coges, ut unam rationem, conclusionem dicit cum causa, hæc enim causa est, quod demonstratio simpliciter non sit, nam positione differt a demonstratione, eandem enim rationem aliter quidem definiētes dicimus, aliter uero demonstrantes. Demonstrates namq; tonitruum est ignis extinctio in nube, ignis extinctio in nube strepitus est in nube ergo

ergo tonitruum est strepitus in nube, uel concludentes sic tonitruum est propter extinctionem ignis in nube strepitus. Definientes autem dicimus tonitruum esse strepitum in nube propter ignis extinctionem. idem quidem dicentes per utraq; rationes, non tamen similiter. sed in definitione quidem causam, & medium posterius ponentes: in demonstratione autem medium, & causam ante conclusionem, demonstrationem autem continuam dixit. aut quia in prima figura est. ea enim quæ in hac sunt continuum ordinem, & consequentiam accipiunt, eo quod mediū non extra extrema, sed intra iaceat. aut continuam, quia haud diuisa est in propositiones, sed sub unum contracta. Ratio enim dicens propterea quod extinguitur ignis in nubibus, strepitus qui fit in ipsis tonitruum est, non habet diuisam rationem in propositiones, neq; bis medium acceptum, sed continuos dixit terminos.

Tertia uero ipsius quid est demonstrationis conclusio est.

Quomodo quidem est ipsius quid est demonstratio. Quia accipitur in demonstratione, non est autem ipsius, ita ut demonstratio ipsius sit. aut quia huius quidem, ut conclusio definitionis est, huius uero, ut demonstrationis non est: & quarūdam est, & quarūdam non est demonstratio. Nam earum quidem, quæ a causa accipiuntur, aliæ quidem positione a demonstratione differunt, & indemonstrabilium positionum, quales sunt immediatorum definitiones, haud possibile est demonstrationem esse, neq; earum, quæ secundum formam, & causam sunt. Definitio enim, ut conclusio, existentium est demonstratio. præterea uero definitio quotifariam dicitur quia quadrupliciter, & quomodo quid est ostendit, & quomodo non. Nam quatenus quidem in demonstratione accipitur, ostendit. Quatenus autem per demonstrationem ostenditur, non ostendit. & quorūnam est, quia simplicium quidem est. compositorum autem minime. Definitio enim ratio est unum de uno significans, aut quia non est quidem indemonstrabilium positionum, aliorum est. præterea uero ad demonstrationē quodammodo se habet, quia positione differt a demonstratione, & quia hæc quidem ostenditur per demonstrationē, nequaquam uero per definitionē, & uice uersa, & quia definitio cū demonstratione eadē est sola positione differēs.

Manifestum est igitur ex dictis, & quomodo est ipsius quid est demonstratio, & quomodo non est, & quorum est, & quorum non est, & quot modis definitio dicitur, & quomodo quod quid est ostendit, & quomodo non, & quorum est, & quorum non est. Amplius autem & ad demonstrationem, quomodo se habet, & quomodo contingit eiusdem esse, & quomodo non contingit. ¶ Quoniā autem scire opinamur cum causam sciamus, causæ autem quatuor sunt una quidem quod quid est, est esse, altera uero cum aliqua sint, necesse est esse, alia uero, quæ primo aliquid mouit, Quarta autem cuius gratia.

Quoniam quadrifariā causa dicitur, materialis formalis, efficiens, & finalis, potest medius terminus, ab unaquaq; harum quatuor accipi in ipsius propter quid cognitione, & demonstratione, quæ potissimum scientia est.

Omnes autem ipsæ per medium ostenduntur. Etenim hoc est, quo existente, necesse est hoc esse. una quidem propositione accepta non est, duabus autem ad minimum, hoc autem est, quando unum medium habeant. hoc igitur vno accepto, & conclusionem necesse est esse. ¶ Manifestum autē est, & sic, propter quid rectus, qui in semicirculo est angulus: aliquo existente rectus est. Sit igitur rectus in quo. a. medietas duorum rectorum in quo. b. qui est in semicirculo in quo. c. quod igitur. a. rectus insit ipsi. c. qui est in semicirculo, causa est. b. hic quidem. n. ipsi. a. æqualis est. c. uero ipsi. b. duorum enim rectorum medietas est.

Omnes causas, inquit, per medium ostendi ipsas pro medio accipiendo. Non enim causæ per medium ostenduntur, sed dum accipiuntur loco medii, & medii termini fiunt, in demonstrationibus demonstrantur. ut ostensum est in causa secundum quod quid est esse, per aliquod existēs rectum, declarauit modum causæ, quod causam, ut materiam quærit. Conclusionis uero, quod in semicirculo angulus rectus sit. causa, ut materia, medius terminus sumptus est, duorū rectorum



rum medietas. Ostensum autem hoc quoque est in tertio elementorum Euclidis. sed non quod materia essendi in semicirculo angulum rectum, medietatem duorum rectorum dicat, At quod hoc acceptum duas propositiones fecit, quæ materiae sunt syllogismi ut syllogismi igitur materia est & non ut rectus sit in semicirculo. Hoc enim magis est, ut ipsius quod quid est esse, causa sit, medietatem esse duorum rectorum, si rationem hoc quispiam recti assignauerit.

Tex. c. 50. B. igitur existente medietate duorum rectorum. a. inest ipsi. c. hoc autem erat in semicirculo re-
ctum esse. huic autem idem est quod quid est esse, eo quod hoc significet ratio: At vero ex ipsius quæ
quid est esse causa ostensa est media. ¶ Propter quid autem medorum bellum factum sit Atheni-
ensibus, Quænam causa sit præliari athenienses: Quoniam in sardos cum Eritriensibus irruerunt,
hoc enim motum est primum. Sit bellum, in quo. a. priores irruere. b. Athenienses. c. inest igitur.
b. ipsi. c. prius irruere, Atheniensibus. a. vero ipsi. b. bellum enim gerrunt his qui prius iniuste fe-
cerunt: inest ergo ipsi quidem. a. b. bellum gerri prioribus incipientibus. hoc autem est ipsi. c. Athe-
niensibus, priores. n. inceperunt. Mediū ergo, ex hoc loco causa est, in quibus causa est primū mouēs.

Com. 63. Quoniam medius terminus iste duas propositiones faciens, & idcirco in syllogismo, ut mate-
rialis causa existens, & æqualis ipsi. a. Quia æqualis alicui nomini definitio illius esse uidetur se-
cundum hoc significatum, inquit, esset profecto definitio, & quod quid est esse prædicati in con-
clusionem, significant, dicendo RECTVS non aliqua substantia ipsius est: huiusmodi enim est
quoddam definitionis significatum. Nam dicēs definitio est, duorum rectorum medietas. quod
significat, rectus, diceret utiq; non quid est medius terminus quatenus causa duarum propo-
sitionum materialem causam habet, perspicuum est, quod secundum aliud quidem, ut materialis
causa erit, secundum aliud uero ut formalis, aut efficiens, aut finalis causa. Si enim secundū om-
nes modos causæ, medius accipitur, ut ostendit, secundum quā autem sumatur medius esse, cau-
sa est duarum propositionum, esse quidem secundum quem modum causæ accipitur necessa-
rio, quatenus materialis causa fit. Non solum uero talis materia, est in syllogismo conclusionis
materia, sed etiā proprie materia eius rei quæ ostēditur, medius terminus in syllogismo accipit.

Tex. c. 51. Quorūcūq; uero causa est, cuius gratia, ut propter quod ambulat: ut sanus fiat. propter quod domus
est: ut seruentur suppellectilia. hoc quidem igitur est gratia sanandi. hoc uero gratia seruadi. pro-
pter quid autem oportet post cœnam ambulare, ex cuius gratia oportet, nihil differunt. Ambula-
tio post cœnam. c. non supernatare: cibos in quo. b. sanari in quo. a. sit igitur post cœnam ambula-
re, ipsum facere, ut non supernatent cibi iuxta os uentris. ex hoc sanatiuum est, uidetur. n. ipsi
igitur ambulare, quod est. c. inest. b. non supernatare cibos, huic autem. a. sanatiuum.

Com. 64. Cum talis sit syllogismus, postmodum ostendit, quomodo ipsum sanari, quod finis est, & cui
ius gratia, ipsi oportere post cœnam ambulare medius terminus acceptus est. uidetur enim in pro-
posito syllogismo, hoc quidem prædicari, non supernatare uero cibos iuxta os uentris. medius
terminus accipi. Ostendens igitur hoc dicit. Quæ igitur causa est, quod ipsi. c. a. inest: ipsum. b.
cuius gratia. eo quod igitur, causa, ut finis, & cuius gratia ipsi. c. post cœnam ambulare est, idcir-
co, & a. inest ipsi. b. igitur, inquit, quod est non supernatare cibos iuxta os uentris, ut ratio, & de-
finitio sanitatis acceptū est. hoc enim. b. ipsius. a. tanquam definitionem, & rationem esse ostensi-
uam, apposuit dicens, sic. n. assignabitur, nam sanari est, non habere eminentes cibos iuxta os uen-
tris. Quod ergo causæ cuius gratia medius terminus positum est monstrauit propter quid. Cū
uero dixerit, HOC AUTEM EST, SICVTI ILLIUS RATIO IPSIUS SANARI, NON
EMINERE CIBOS. non enim ista simpliciter sanitatis definitio est quia tāquam definitionem
existentem sanitatis accipit, quod per ipsam ostendens, indicauit dicens, A/ ENIM SIC ASSI-
GNABITVR. Sanari namq; sic assignabitur, qui per hoc ostendit, sanitatis gratia fieri, post cœ-
nam deambulationem. igitur si sanitatis quidem, quod est, cuius gratia ratio, & definitio est, non
supernatare cibos, ut autem non emineant cibi, eundem oportere post cœnam ambulare, per cau-
sam cuius gratia medie positæ, factus profecto syllogismus esset ipsius. post cœnam ambulare,
Nihil enim differt, aut ipsum quid, aut definitionem ipsius accipere. ut sit syllogismus ipsi post
cœnam ambulare sequitur non supernatare cibos iuxta os uentris, æquale existēs ipsi sanari. Sa-
nari uero,

nari uero, & non eminere cibos, conueniens, & opportunum est, post cœnam ergo deambulare conueniens est. nonne oportet sanari, id est non habere supernatantes cibos iuxta os uentris, hoc autem fit ambulatione post cœnam, oportet ergo post cœnam ambulare.

Quænam igitur causa est, quod ipsi. c. a. insit? ipsum cuius gratia. b. non supernatare cibos: hoc autem est, sicuti illius ratio. a. enim sic assignabitur, propter quid autem. b. ipsi. c. inest? quoniam est sanari, quod est, sic se habere. ¶ Oportet autem commutare rationes, sicq; maxime singula apparebunt.

Tex. c. 52.
Com. 65.

Cum apparentem sanitatis definitionem medium terminum acceperit, & per hanc medium terminum in demonstratione fieri ipsam cuius gratia causam ostenderet. quod nihil differat, definitionem, aut cuius gratia definitio est accipere medium, ostendit dicens. Oportet autem commutare rationes. Nam in commutatione nominum in rationes, clariora fiunt ea, quæ dicuntur. in proposito igitur, post cœnam ambulationem fieri sanitatis gratia nec notum est, eo quod conspicuum non sit, quomodo est causa sanitatis: loco autem sanitatis commutato ipso non supernatare cibos iuxta os uentris, notum est ambulationem huius gratia fieri. Quod si est ipsius sanari ratio, simul profecto fieret notum, & quod post cœnam ambulatio, sanitatis causa fit illud igitur OPORTET COMMUTARE RATIONES dixit, ostendens nobis, quod sic utiq; demonstraremus, & notum faceremus id, quod dicitur, si definitionem accipientes ipsius cuius gratia per illam ostenderemus ipsum. ipsius uero cuius gratia definitio, nihil aliud est, quam id cuius gratia est. Quare quando hoc modo fuerit mediū ipsum cuius gratia causa medium accipitur.

Generationes autem hic, ex contrario. Atq; in causis secundum motum. Nam illic quidem medium oportet fieri primum, hic autem ipsum. c. extremum, vltimum uero cuius gratia.

Quoniam generationes ex contrario se habent in finalibus causis, & in efficiētibus, Nam causa quidem efficientes, primæ fiunt res, finales uero ultimæ.

Com. 66.

Contingit autem idem, & gratia alicuius esse, & ex necessitate, ut quare progreditur per ipsam laternam lumen: Et enim ex necessitate pertransit, quod in parua est partibilis per maiores meatus, si quidem lumen fit pertransendo, & gratia alicuius, ne incidamus. ¶ Nunquid igitur si esse contingit, & fieri contingit: sicut si tonat, dum extinguitur quidem ignis necesse est stridere, & strepitum fieri: ut si (ut pythagorici dicunt) minæ causa his, qui in tartaro sunt, ut timeant.

Tex. 12.
Tex. c. 53.
Tex. c. 54.

Quia contingit idem & ex necessitate esse, & alicuius gratia, similiter fieri contingit ex necessitate, & gratia alicuius, & est hoc quidem ex necessitate secundum materiam, quod enim ex necessitate est materiale est, quod uero gratia cuius, finale. ut duas causas idem habent ipsius esse ut per laternam lumen & ipsius fieri, ut materia tonitruum. Est autem in his, quæ secundum naturam fiunt, hoc quidem, quod ex necessitate fit à materia, quod uero gratia alicuius, à forma. plurima uero sunt huiusmodi simul utraq; habentia in his, quæ natura fiunt, & constant. duplex enim natura est, hæc quidem gratia alicuius faciens, secundum formam, hæc autem ex necessitate materialis.

Com. 67.

Plurima autem talia sunt, & maxime in his, quæ natura subsistunt.

Plurima dixit, in his, quæ secundum naturam sunt, non enim solum in his, sed etiā in his, quæ secundum artem fiunt nam laterna secundum artem facta, habet illuminandi utraq; causas.

Com. 68.

Et constant, nam natura hæc quidem gratia huius facit, illa autem ex necessitate.

Quoniam duæ naturæ sunt, hæc quidem gratia huius faciens, & secundum formam, hæc autem ex necessitate, materialis: & quoniam necessitas duplex est, hæc quidem secundum naturam, hæc uero uiolenta.

Com. 69.

Necessitas autem duplex est, Nam hæc quidem secundum naturam, & affectionem, hæc autem secundum uolentiam, & præter affectionem sicuti lapis, ex necessitate fertur sursum, & deorsum sed non per eandem necessitatem.

Omne quidem necessarium secundum naturam, habet & cuius gratia causam, causa enim se

Com. 70.



cundum formam talis est nisi extra oblatio aliqua illata sit, aut aliud consequens materiale excrementum. uiolenta uero necessitas potest, & gratia cuius habere. proiciet enim profecto quispiam lapidem, & alicuius gratia. quinetiam potest, & sine causa, & frustra fieri.

Tex. c. 55. Sed in his quæ sunt à discursu, alia quidem nunquam à casu existunt, ut domus, aut statua, neque ex necessitate, sed gratia huius, alia uero à fortuna, ut sanitas, & salus.

Com. 71. Et eorum quidem, quæ natura fiunt, & ex necessitate, & casu nonnulla fiunt. casus enim est in his quæ natura fiunt, eorum uero, quæ à discursu fiunt, ex necessitate quidem nihil fit, casum. n. uidelicet id quod à fortuna est, nonnulla quidem ipsorum suscipiunt, nonnulla uero minime. & per hæc ostendit, quod gratia alicuius aliquid facere, tum in natura est, tum in discursu. alia uero à fortuna, ut sanitas, & salus. cum dixerit eorum, quæ à discursu fiunt alia quidem à fortuna fieri alia uero minime, dicit quædam sunt uniuersalia, in quibus idem possibile est & à discursu, & à fortuna fieri: eorum enim quæ secundum artem fiunt, quæcumque contingunt sic, & sic fieri, id est, & secundum uoluntatem artificis, & præter ipsam in his idem possibile est, & à discursu & à fortuna fieri. Sunt huiusmodi artes coniecturales, ipsæ autem circa talia fiunt, ut contingat aliquando, & oppositum euenire, propterea quod non sint definita, & præmanifesta, quibus utuntur. Etenim circa huiusmodi contingentia sic, & non, etiam fortuna est, quando non secundum artificis uoluntatem fiant. & quod gratia huius, aut natura, aut ars est, non tamen a fortuna.

Maxime autem in quibuscumque contingit, & sic, & aliter se habere, cum non à fortuna generatio fit. Quare finis bonus alicuius gratia fit, & aut natura, aut arte, à fortuna autem nihil gratia huius fit.

Com. 72. In contingentibus ehim & sic, & non sic non à fortuna factis, sed quæcumque contingunt fieri secundum artem, in his contingit hæc & à discursu, & secundum artem, & à fortuna fieri. Quando enim ipsi quod fit secundum artem, aliud quoddam euenierit extra id, cuius gratia fiebat in huiusmodi autem, quando non à fortuna fiat, quod factum est gratia huius, ut à discursu fit.

Tex. c. 56. Eadem autem est causa his, quæ fiunt, & facta sunt, & futura sunt, quæ & in his, quæ sunt, medium. n. causa est, sed in his quidem, quæ sunt, quæ est, in his autem, quæ fiunt, quæ fit, in factis autem facta, & in futuris futura. ut propter quid facta est defectio: propterea quod in medio facta est terra. fit autem, propterea quod fit, erit uero, propterea quod erit in medio, atque est, quia est. ¶ Ut propter quid est chrySTALLUS accipiatur, quoniam aqua congelata est. aqua in quo. c. congelata in quo. a. causa media, defectio penitus coloris in quo. b. inest igitur ipsi. c. b. huic autem congelatam esse quod est in quo. a. fit itaque chrySTALLUS, cum fiat. b. factus est cum factus sit, erit uero, cum futurus sit.

Tex. c. 57. Nam quæ his, quæ sunt est, hæc, & illis consimiliter secundum tempus consequitur. Cum uero dixerit eandem causam esse, Quonam pacto sit eadem, quod non numero, sed specie indicauit dicens. sed in his, quidem, quæ sunt, quæ est, in his autem, quæ fiunt, quæ fit, & in futuris futura. Nam contemporanea est, causa cum causato. non enim possibile est, idem numero, & esse, & fore. Merito autem coeunt secundum tempus propriæ causæ cum causatis: simul enim natura sunt, sicuti ad aliquid. Quare impossibile est existente causa, & causatum non esse, si causa acciperetur & non cuius causa. in his quæ non sunt simul, seruaretur utique, tum nihil sine causa fieri, & non omnia ex necessitate, quod posuerunt nonnulli tanquam sequens, eo quod nihil in his inferioribus sine causa fiat, & à posterioribus necessitatis consequentiam accipientibus nobis. Quam & in naturalibus quidem demonstraui dicens, in eo quod fiat ex suppositione necessarium esse, si. n. posterius est, ex necessitate est prius. & in præsentia uero idem dicit, quod ex posterioribus incipiendo seruatur factorum quidem factum, & causa est esse. futurorum autem futura nequaquam tamen si est, a. & b. est, quia non omnino existenti, a. sequitur, & causæ esse.

Com. 73. Eandem, inquit, causam esse oportet specie. hoc autem ostendit dicendo his, quæ fiunt, ipsius fieri & factis ipsius factum esse, & futuris, ipsius fore, & existentibus ipsius esse est causa. sed cum factis quidem, facta eadem est, his autem, quæ fiunt, ea quæ fit, futuris uero futura, sicut & his, quæ sunt, quæ est. illud uero, SICUT, ET HIS, QUÆ SVNT. non enim sicut proponitur Nam quæ his, quæ sunt est, hæc, & illis consimiliter secundum tempus consequitur. Cum uero dixerit eandem causam esse, Quonam pacto sit eadem, quod non numero, sed specie indicauit dicens. sed in his, quidem, quæ sunt, quæ est, in his autem, quæ fiunt, quæ fit, & in futuris futura. Nam contemporanea est, causa cum causato. non enim possibile est, idem numero, & esse, & fore. Merito autem coeunt secundum tempus propriæ causæ cum causatis: simul enim natura sunt, sicuti ad aliquid. Quare impossibile est existente causa, & causatum non esse, si causa acciperetur & non cuius causa. in his quæ non sunt simul, seruaretur utique, tum nihil sine causa fieri, & non omnia ex necessitate, quod posuerunt nonnulli tanquam sequens, eo quod nihil in his inferioribus sine causa fiat, & à posterioribus necessitatis consequentiam accipientibus nobis. Quam & in naturalibus quidem demonstraui dicens, in eo quod fiat ex suppositione necessarium esse, si. n. posterius est, ex necessitate est prius. & in præsentia uero idem dicit, quod ex posterioribus incipiendo seruatur factorum quidem factum, & causa est esse. futurorum autem futura nequaquam tamen si est, a. & b. est, quia non omnino existenti, a. sequitur, & causæ esse.

Sit quidē

Sic quidem igitur causa, & cuius causa simul fiunt, cum fiant, & sunt, cum sint, & in factū esse, & fore similiter.

Neceſſe eſt, omnes cauſas, & cauſata una ineſſe inter ſe, ſi actū eſſe cauſæ accipiantur. hæ. n. pro **Com. 74**
 priæ cauſæ ſunt, & ſimul inhærentes ex neceſſitate cauſatis ſimiliter acceptis. cauſæ namq; aliæ
 quidem potentia ſunt, aliæ autem actū, aliæ uero in fieri, ſicut autem ſe habent cauſæ ſic ſe ha-
 bent, & cauſata.

*In his autem, quæ non ſunt ſimul, nunquid ſint in continuo tempore? ſicut uidetur nobis, alias
 cauſas eſſe. Vt ipſius factum eſſe, altera, quæ facta ſit, & ipſius fore, altera futura, & ipſius fieri
 ſi aliqua antea facta eſt. ¶ Eſt autem ab eo, quod poſterius factum eſt ſyllogiſmus.* **Tex. 13.**
Tex. c. 58.
Tex. c. 59.

Quomodo ſecundum tempora conſequentia ſeruat, in quibus haud ſimul inhære uide- **Com. 75.**
 tur, neq; contemporanea cauſa cauſato, ſed hoc quidem ipſorum primum eſſe, hoc uero ſecun-
 dum? Etenim uidentur eſſe quædam huiusmodi cauſæ. hoc autem eſt, in quibus factum prius
 eſſe uidetur eo, quod poſt ipſum eſt, oſtendit autem, quod non eſt omnis, quæ prima cauſa fa-
 cta eſt, alicui eorum, quæ poſt, ipſam ſunt. Accipit autem omnia tempora, ſecundum quæ poteſt
 primum poſt ipſum, cauſa accipi. complexiones quærens, quomodo dum conſequentia accipi-
 tur poteſt uerum eſſe quod primum eorum, quæ poſt ipſum ſunt, cauſa ſit. Quoniam oportet
 omnino conſequi inter ſe, cauſa, & cauſatum, IPSIVS AVTEM FACTVM ESSE, ALTE-
 RVN FACTVM PRO HVIVS AVTEM FACTI, ALTERVM ANTE IPSVM FACTVM
 ut utraq; in factis ſint: non tamẽ, & ſimul, Quemadmodum. b. utraq; in futuris ſunt, & c. utraq;
 in his, quæ fiunt. ſimiliter enim, & ipſius fieri oportet aliquid, etiam antea fuiſſe. ſcribitur enim
 & ipſius fieri, eo quod hoc factum ſit, per hæc enim accipit quandoq; quidem in præterito tem-
 pore utraq; & cauſam & cauſatum, quandoq; uero in futuro. ſeruat, autem in his conſequen-
 tia, ſi à poſterioribus fiat, & cauſatis.

*Principium autem, & horum eſt, quæ facta ſunt. Quapropter & in his, quæ fiunt ſimiliter a.
 priori autem non eſt, ut quoniam hoc factum eſt, quod hoc poſterius factum ſit, & in futuro ſimi-
 liter, neq; enim in infinito, aut finito erit tempore. ut in hoc uerum ſit dicere factum eſſe, hoc autẽ
 uerum eſt dicere factum eſſe poſterius, in medio enim falſum erit dicere hoc, iam altero factõ.
 ¶ Eadem autem ratio eſt, & in futuro. Neq; quoniam hoc factum eſt, hoc erit. Medium enim con- **Tex. c. 60.**
 genitum oportet eſſe. eorum, quæ facta ſunt, quod factum eſt, eorum autem, quæ futura, quod
 futurum eſt, eorum uero, quæ fiunt, quod ſit, eorum quæ ſunt, quod eſt ſed factum, & futurum
 non contingit eſſe congenitum.*

Quoniam in factis, haud neceſſarium eſt à primo factõ principium conſequentiæ in id, quod **Com. 76.**
 poſt ipſum, & per ipſum factum ſit. Quemadmodum in cauſa uerum eſt factam fuiſſe, ſic, & in
 cauſato omnino uerum eſt, & ipſum factum fuiſſe. nec proſecto definitum tempus dicimus, nec
 indefinitum. contingit enim primo factõ, ut fundamento, domum nunquam factam eſſe. ſic au-
 tem non conſequitur cauſa cauſatum: ſi enim eſt, haud uerum eſt, quod ſi facta eſt cauſa factum
 ſit, & cauſatum: Nam in medio tempore in quo alterum quidem factum eſt, ut fundamentum
 alterum uero minime, ut domus, non eſt uerum dicere, quod quia fundamentum factū eſt, &
 domus facta eſt, dicere enim factum eſſe id, quod nondum factum eſt, non eſt uerum. Quapro-
 pter contemporanea erit cauſato cauſa, dum ita accipiatur conſequentia, oportet autẽ illud **IN HOC SIT VERVM DICERE** cum ſuperioribus coniungere. Amplius neq; enim in infini-
 to, aut finito erit tempore. quod ſignificauit dicendo, Quemadmodum autẽ in factis falſa eſt cõ-
 ſequentia, ſic etiam in futuris. Non enim uerum in his quæ dicuntur, ſemper erit quod ſi. a. erit
 & b. erit, neq; quoniam hoc factum eſt, hoc erit. Dicitq; huius cauſam, quæ & præteritorum eſt
 cauſa. Quod medium oportet, ideſt cauſa, quæ proprie cauſa talis eſt, cui omnino cauſatū ſimul
 inhæreat, congenitum eſſe cum cauſato, ideſt eodem tempore, & ſimul inhære, & una fieri.

Amplius neq; infinitum contingit eſſe tempus medium, neq; finitum; falſum enim erit dicere in **Tex. c. 61.**
 medio. ¶ Speculandum autem eſt, Quid eſt continuum, quare poſt id, quod factum eſt, inſit fieri **Tex. 14.**
Tex. c. 62.



in rebus? An manifestum est, quod non est continuum, cum facto esse id, quod fit, neq; enim factum est facti, fines enim sunt, & indiuidua, sicut igitur nec puncta sunt inter se continua, neq; quæ facta sunt; vtraq; enim indiuisibilia sunt, neq; igitur quod fit, cum eo, quod factum est propter idem, quod enim fit diuisibile est, quod autem factum est indiuisibile.

Com. 77. Quærit, si haud ex necessitate sequantur prioribus posteriora, neq; est primum id quod fit, & causa alicuius futuri, propter qualem causam post prima fiunt aliqua? & est continuitas ipsorū. Quare post factam, ut ita dicam æstatem fiat autumnus, & nō prætereat, siquidem non est æstas causa autumnus? hoc igitur in libris physicae auscultationis quærens, naturalem ipsius causam assignauit, quod Socratis æterna circumferentia, causa est continuandi generationem. ibi autem quæcūq; solum ad dubii solutionem ualent, dicit, Inquit enim quod neq; ab initio cōtinua sunt ea, quæ fiunt cum factis. Non enim ualeat si tempus continuum est sibi ipsi, ergo & horum tempus, in quo hæc continuum est. Quare si hoc non esset, nec profecto causa, ipso autem existente, inquirebatur. Quod igitur non sint contigua, & continua facta cum his, quæ fiunt, ostendit, prius ostendens, quod neq; facta inter se sunt continua, siquidem, a. fuerit factum. b. uero post ipsum, quod facta non sint continua inter se demonstrat per omne factum, Quia primum factū, non in tempore, sed in fine temporis factum est. Nam omne quidem, quod fit, in tempore fit, factum uero in fine temporis. hoc autem est ipsum nunc, quod est indiuisibile. Ostensa autem hæc fuere in physica auscultatione. quod eorum, quæ sunt in tempore continua quidem hæc sunt, quorum tempus continuum est, hæc uero, in quibus, facta, facta fuerunt, neq; tempus est, fines enim temporum, & non tempora sunt, neq; continua. Nullum enim continuum ex indiuisibilibus est, non ergo facta continua inter se sunt. sicut enim ex punctis haud possibile est continuū fieri, sic neq; ex his, in quibus ipsa facta sunt. Cum autem ostenderit quod impossibile est facta esse continua inter se, Deinceps ostendit, quod neq; factum aliquod, neq; quod fit continua esse possunt. Nam factum quidem in indiuisibili factum est, in ipso enim nunc, id uero, quod fit in indiuisibili, in tempore enim. Impossibile uero est continuum esse diuisibile, cum indiuisibili, cōtinua enim hæc sunt, quorum est terminus communis, sed indiuisibile nullum habetis commune habebit ad aliquid.

Sicut igitur linea ad punctum se habet, sic id, quod fit ad quod factum est, sunt enim infinita facta in eo quod fit, magis autem manifeste in uniuersalibus de motu oportet differere de his.

Com. 78. In ultimis quatuor libris physicae auscultationis. Dictum enim est in illis, quædam esse continua, quædam contigua quædam consequenter, quædam diuisim, quædam simul. uerum & causam in illis assignauit continuandi generationem.

Tex. c. 63. De eo igitur quomodo consequenter cum fiat generatio se habeat media causa, intantum acceptum sit. Neesse est enim, & in his medium, & primum immediata esse ut, a. factum est, quoniam c. factum est, posterius autem. c. factum est, a. uero prius. principium autem. c. est propterea quod propius est ipsi nunc esse quod est principium temporis, c. autem factum est si. d. factū est, cū igitur d. sit, neesse est, & a. factum esse, c. autem facto, neesse est, a. prius fuisse factum.

Com. 79. Nō dixit quomodo cum continua fiat generatio, sed consequenter, ostendit enim quod non est continua. Quomodo igitur medium se habeat, quod & causa sit coniunctionis extremorum in his, quæ consequenter fiunt, dixit, id est, quomodo dum accipitur, medium, & causa tum rei, tum conclusionis sit. Quia à posterioribus accipientibus ipsorum consequentiam, id est, necessarium est & in his, si ita accipiatur consequentia, prius accepto causato, medium posterioris causam esse propinqua autem causa, & cuius causa immediata sunt, hoc autem est, quia simul hærent inter se, & causa, & causatum. Quod autem primum sit dicere id, quod posterius factum est, consequentiæ enim primum fit, indicauit dicens, principium autem est. c. Nam cum hoc esse posterius factum supposuerit, principium ipsum dixit, propterea quod propius sit ipsi nunc.

Sic autem accipienti medium stabit alicubi in immediatum, aut semper intercidet propter infinitum; non enim est continuum factum facti, quemadmodum dictum est; sed incipere tamen necesse est, a medio, & ab ipso nunc primo.

Sic inquit, consequentia à posteriori accipienti, & medium, & causam primogenitam ponenti. ut rursus ipsorum. d. c. si medium aliquod aliud accipiamus, erit conclusio. c. d. quod erat prius priori, itaq; semper eorum, quæ accipiuntur prius in consequentia, medium aliquod interea factum, ipsorum accipientibus nobis, aut stabit alicubi medii sumptio in immediatam consequentiam, aut semper in infinitum erit, iterum factorum medium aliquod factum accipiendo. Quatenus igitur in tempore sunt, semper erit medium aliquod, omnium duorum factorum, nam eo quod omne factum in ipso nunc factum sit, omnium autem ipsorum nunc intercidetium, tempus in infinitum sit diuisibile, omnium erit factorum medium possibile accipere. Quoniam uero non est necesse in omni tempore factum esse aliquid, aut fieri, non enim continua sunt ea, quæ fiunt, ut ostendit, erit aliqua, & immediata facta accipere, quorum in medio quidē facti tempus erit, non tamen & factum aliquod, ut sint ipsa consequenter inter se, nullo inter ipsa facto. Neq; possibile erit immediata facta accipere. Principia autem demonstrationis secundum consequentiam prædictam erunt: & erit principium ab extremo nunc facto. ipsum autem circa quædam immediata accipietur post ultimum factum. primum uero accipit non confirmans, quia tamen erit primum accipietur, aut ita medium erit, eo quod nihil, nondum factum sit post ipsum: quod ante hoc accepit, hoc omnino fore dicens. quod enim ipsi nunc præsentem prope est, post quod in his factum est, primum est, & principium, & immediatum.

Similiter autem, & in ipso erit, si enim verum est dicere, quod erit. d. necesse est prius verum dicere quod erit. a. huius autem causa est. c. si quidem enim. d. erit, prius. c. erit si autē. c. erit, prius a. erit similiter. infinita autem sectio est, & in his. non enim sunt futura continua inter se principium uero, & in his immediatam accipiendum est. Sic autem se habet, & in operibus. Si facta est domus, necesse est, & decisos fuisse lapides, & factos fuisse. hoc autem propter quid: quoniam necesse est fundamentum factum esse, si quidem, & domum factam fuisse. si autem fundamentum, prius lapides factos esse necesse est, iterum si erit domus. similiter prius erunt parietes, ostenditur autem & per medium similiter, erit. n. fundamentum prius.

Quemadmodum in factis se habuit, ut non sint continua inter se facta, sed sit inter omnia facta tempus, ut in infinitum sit diuisibile, sic & in futuris istud continuum est. neq; enim futura continua inter se sunt. Etenim futurum in indiuiduo est, sicut & factum, Nam factum quidem est in tempore. Quiescit autem à facto esse, & factū esse in indiuiduo, erit igitur, & inter hæc tempus in infinitum diuisibile. Opere præteritum est autem in futuris, & in illis syllogismi principium accipere immediatas propositiones. Non enim si omnium futurorum tempus medium est, iam & futurorum, futurum erit aliquod, sicut neq; factorum factum. Aur immediatum principium dixit, pro extremo aliquo definiente futurum, à quo ascensus in superiora futura, principium immediatum est. Accipienda ipsius propositio aliqua est, extra medium, quæ est principium syllogismi. Ostendit uero dictam consequentiam ita se habere, & in operibus, & rebus, tum iam factis, tum futuris.

Quoniam autem videmus in his, quæ fiunt circulo quandam generationem esse; contingit hoc esse si quidem consequantur se se inuicem medium, & extrema: in his. n. circulo est conuerti. ostensam est autem hoc in prioribus, quod conuertuntur conclusiones, hoc autē inquit circulo est. in operibus autem videtur hoc modo. Depluta terra necesse est vaporem fieri, hoc autem factō nubem; hac uero facta aquam, hac quoq; facta, necesse est terram deplutam esse. sed hoc erat in principio, Quare circulo circuitum est.

Cum dixerit quem quidem ordinem habent causa, in propriis causis, quas & congenitas dixit, quem uero in his, quæ consequenter fiunt, & ostenderit etiam testimoniū in operibus. Quoniam in operibus, & his, quæ fiunt est, & conuertitur, ut non soli posteriori, sequatur prius ge-

Com. 80.

Tex. c. 64

Tex. c. 65.

Com. 81.

Tex. 15.
Tex. c. 66.

Com. 82.



nus sed etiam a quod est post ipsum, circulo enim generatio est, quorundam dicit de his aliqua possunt conuerti, ut mutuo causæ fiant. & in quibus circulo generatio est. Quæ autem horum causa sit, ut æqualiter eadem sint, & conuertantur, ostendit, dicendo enim siquidem cõsequantur sese inuicem medium, & extrema, quod æqualiter ipsa sint, & conuertantur indicat. Nam in domo quidem, & lapidibus non conuertuntur, non enim si sequitur generationi domus lapidum paratio, est generatio domus, sed neq; in simul genitis, ut dicebat, causis, non enim si sit terræ interpositio defectiois, iam & defectio causa est interpositionis terræ. Inquit autem fieri circulo ostensionem, & conuersionem causarum, in quibus consequuntur sese ipsi tres syllogismi termini, æquales existentes, dum & aliud alterius medium, & causa ponitur.

Tex. 16. Vno enim horum quouis existente, alterum est, & illo aliud; & hoc, quod primum est. **Com. 67.** autem nonnulla, quæ fiunt vniuersaliter, Semper enim & in omni, aut sic se habent, aut fiunt, alia vero semper quidem minime, sed magna ex parte, ut non omnis homo masculus barbâ emittit, sed **Tex. c. 68.** ut plurimum. **Com. 68.** Talium igitur necesse est, & medium, ut plurimum esse. sic enim, a. de. b. uniuersaliter prædicatur, & hoc de. c. vniuersaliter necesse est, & a. de. c. semper, & in omni prædicari uniuersaliter. hoc enim est uniuersaliter in omni, & semper, sed suppositum fuit, sicut frequenter esse, necesse est ergo, & medium, sicut frequenter esse, quod est in quo. b. erunt igitur, & eorum, quæ prout frequenter sunt, principia immediata, quæcunq; prout frequenter sic sunt, aut fiunt.

Com. 83. Postquam ostendit in his, quæ fiunt: in quibus neq; consequentiam recte ex posterioribus incipientem: in quibus uero, & à prioribus, ut in diuersis consequentiis circulo fieri causam, uideatur per hæc dicere. Quoniam enim alia quidem eorum, quæ fiunt, uniuersaliter fiunt: quod exponens dixit, semper enim & in omni sic, aut se habent, aut fiunt, tale enim uniuersale est, alia uero semper quidem sic, sed magna ex parte. Nam plurima huiusmodi eorum, quæ fiunt secundum naturam, in his, quidem, quæ necessario fiunt, sequitur. a. id, quod post ipsum est, nequaquam uero in contingentibus, sed in his, ex posterioribus recta consequentia est, sicuti, & in omnibus, quæ secundum artem fiunt. Contingentium igitur conclusionum in demonstrationibus, necesse est, & medium contingens esse. Si enim ambo essent uniuersales propositiones, idest necessaria, omnino esset, & conclusio necessaria, suppositum autem fuit contingentem esse. Quomodo uero in aliis immediata quædam sunt principia, syllogistica propositiones, non enim possibile est, in infinitum quorundam media accipi. sic & in contingentibus, & in his, quæ magna ex parte, erunt aliquæ immediatæ propositiones, principium habentes, magna ex parte aut esse, aut fieri.

Quomodo igitur quod quid est in terminos assignatur.

Com. 84. Idest in terminis accipitur, ex quibus syllogismus est. Dixit enim quod medius terminus iste in demonstrationibus accipitur, aut pro, in definitiones, positione enim differunt definitiones à demonstratione, & quod quid est rei, idest esse rem accipiunt, causam existentiae ipsius accipiendo.

Et quomodo demonstratio, aut definitio est ipsius aut non est dictum est prius.

Com. 85. Quomodo quod quid est esse ostendatur, & ipse dixit, prius. Nam demonstratio quidem simpliciter ostensum est, quod non est ipsius quid est, sed quod in demonstratione accipitur, & per demonstrationem cognoscitur, sed & definitio ipsius est inquiring quidem, ratio significans, quid significat nomen, non est aliorum significatorum. Maxime igitur propria est definitio definitionis ratio, positione à demonstratione differens. Nam propterea quod accipiat causam existentiae rei, & esse rem, ostendit quodammodo, iam uero, & ut principium demonstrationis, & ut conclusionis, Etenim hæc definitiones quodammodo sit ipsius quod quid est esse.

Tex. 17. **Tex. c. 69.** Quomodo autem oporteat uenari ea, quæ in eo quod quid est prædicantur, nunc dicamus. Eorum igitur quæ insunt semper unicuique, nonnulla se extendunt in plus, non tamen extra genus. dico autem in plus inesse, quæcunq; insunt quidem unicuique, uniuersaliter, uerum enim uero, & alii ut est aliquid quod omni trinitati inest, sed & non trinitati: sicut ens inest trinitati, sed et non nunc

meros sed et impar inest omni trinitati, et in plus existit. Etenim ipsi quinario inest, sed non extra genus, nam quinarium quidem numerus est, nihil uero extra numerum impar est.

Methodum nobis tradit, per quam uenari, & inuenire poterimus uniuscuiusque quæditorum definitionem. Quoniam haud possibile est, per demonstrationem ipsam ostendere, & quoniã de finitio constituitur ex his, quæ in eo quod quid est prædicantur, idest ex substantialibus, Quo modo poterimus accipere utilia ad definitiones uniuscuiusque, dicit. Eorum igitur, quæ inhæret aliquibus, alia quidem solis inhærent, ut unitati, principium, & finis: & puncto magnitudo. alia uero cum his, tum aliis, & in plus extenduntur. & eorum, quæ in plus extenduntur, alia quidem non excedunt genus illius, cuius uolumus in eo quod quid est prædicata accipere, alia uero, & in dissimilia genera extenduntur. non enim similiter insunt, aut homini aliquando animal, & alium aut sane uniuersaliter prædicatum, quæcumque in plus dicuntur proposito haud in plus genere ipsius extenduntur. hæc accipientes, quodammodo substantiæ sunt ipsius, & quod quid est esse significatiua. quorundam. n. in plus prædicatum, sic, non tamen excedentium genus, in quo sunt, non in plus prædicatum sumptum est, si hæc accepta sint, quorum unumquodque in plus quidem definito est. Omnia autem simul soli, & omni inhærent definito illi, & substantiã ipsius ostendit. & erit profecto definitio, quæ ex uniuersalibus, & comunibus proprium quippiã pficit.

Com. 86.

Talia igitur accipienda sunt eo usque, tot accipiatur primum: quorum unumquodque in plus sit, omnia autem non in plus. hanc enim necesse est esse substantiam rei, ut trinitati inest omni numerus impar, primus utroque modo. et quod non mensuratur numero, et quod non componitur ex numeris: hoc igitur iam est trinitas, numerus impar primus, et sic primus. Horum enim unumquodque alia quidem imparibus omnibus insunt, postremo uero, et dualitati, omnia uero nulli. Quoniã autem ostensum est a nobis in superioribus, quod necessaria quidem sunt ea, quæ in eo quod quid est prædicantur, uniuersalia uero necessaria sunt. trinitati autem, et in quodlibet alio ita accipiuntur ea, quæ in eo quod quid est accipiuntur, sic ex necessitate profecto essent trinitas hæc.

Tex. c. 70

Tex. c. 71

Primum quidem ostendit, quod ex prædicatis in eo, quod quid est composita ratio, necessaria inhæret subiecto postea uero, quod & definitio est ipsius. Oportet autem loco illius VNIVERSALIA AUTEM NECESSARIA SVNT hæc scribi VNIVERSALIA ENIM NECESSARIA SVNT. Nam ut ea, quæ in eo quod quid est prædicantur necessaria sint causam appositum. quod uniuersalia sunt necessaria. Quod enim in eo quod quid est prædicata uniuersaliter prædicantur, ostensum est clare in primo libro. quod & ipse dixit. ubi dicit, quoniam autem ostensum est a nobis in superioribus. quod & ipse ita dixit. Ostensum utique est, quod prima causa, ob quam prædicata in eo quod quid est necessaria sunt, est quia uniuersalia sunt. dictum quidem est, & idem in primo libro, & in hoc pauloante ita dixit, hoc enim uniuersale est, quod in omni, & semper est. Concluderetur autem profecto in prima figura, quod in eo quod quid est prædicata, necessaria sint per medium uniuersale.

Com. 87.

Quod autem substantia sit, manifestum est ex his. necesse enim est, si hoc non sit trinitati esse, ut genus aliquod esse hoc, aut nominatum, aut innominatum. Erit igitur in plusquam trinitati existens. supponatur enim huiusmodi esse genus, ut secundum potentiam insit in plus.

Quoniam nondum satis fuit ad probandum definitionem esse in eo quod quid est, & ex necessitate prædicari. In præsentia hoc ostendit, quod & substantia, & definitio dicta ratio est. si enim non est definitio, prædicatur autem in eo quod quid est, erit certe genus. proprium enim non in eo quod quid est, si quidem accidens ratione est si quidem aliquod nomen impositum sit, hercule erit nominatum. genus si autem per nomen significetur, innominatum. Nonnulla enim genera innominata sunt, & per orationem significantur, ut animal gressibile, aut animal uolatile. Nã hæc quidem genera sunt, sed innominata, uniuersaliter enim quando genus una cum differentiis de aliquo prædicatur, & non sit definitio ipsius genus ipsius fit prædicta ratio, & in pluribus prædicatis speciebus, & non trinitate solum. genera enim in plus sunt. quam propria. Si autem, & si non actu semper, potentia uero semper tamen nulli inhærent alii prædicta, quam indiuiduis trinitatibus. Substantia ergo prædicta trinitatis sunt, non enim de nulla alio prædicantur, quã



de indiuiduis, quæ sunt sub specie, & de omnibus ipsis, sic quatenus in eo quod quid est prædicantur, collecta ex his, quæ in plus sunt, & de specie in eo quod quid est prædicantur, sub qua in diuidua sunt hæc speciei definitio sunt, illa autem dictione *SVPPONATUR* quod, ponatur, & confessum sit, usus est, non enim dubitat de hoc.

Si igitur nulli alii inest, quam indiuiduis trinitatibus, hoc profecto esset trinitatis esse, supponatur enim ex hoc substantia vniuscuiusq; esse, quæ indiuiduis vltimis talis prædicatio est. Quare similiter, ex alteri cuiilibet demonstratorum, idem erit esse.

Com. 88.

Postquam descripsit methodum definitiuam indiuiduarum specierum, & ostendit definitionem esse omnis speciei indiuiduorum rationem, quatenus colligitur ex talibus, quæ in eo quod quid est prædicantur de solis indiuiduis quæ sub specie sunt, atq; confirmauit esse propositi definitionem dictam rationem, nunc ostendit quod & definitio generum à speciebus, quæ sub genere sunt, in quibus est esse generi, inuenitur. Quoniam enim definitiones non solum indiuiduarum sunt specierum, sed etiam generum. Qui poterimus & generum definitiones, quorū sunt generum definitiones, inuenire? ipsas uero species, & indiuiduas, & primas obiter dixit.

Tex. 18.

Tex. c. 71.

Oportet autem cum totum quoddam negotietur aliquis, diuidere genus in indiuidua specie prima, ut numerum in trinitatem, ex dualitatem, postea sic illorum definitiones tētare accipere, ut recte lineæ ex circuli, ex recti anguli. Deinde vero hæc accipientem, Quid est genus, ut vtrū quantitatum aut qualitatum, proprias passiones speculari per communia prima, compositis enim ex indiuiduis accidentia ex definitionibus erunt manifesta, propterea quod principium omnium sit definitio, ex simplex, ex simplicibus per se insunt accidentia solis, alius autem per illa.

Com. 89.

Quoniam per definitiones eorum, quæ primo sub genere sunt, & indiuiduarum specierū inuenimus generis definitionem, primum quidem ipsius generis accipientes, habet enim genus, si definitum est, postmodum quæcunq; communiter insunt in definitionibus specierum indiuiduarum ipsius. Quæ enim communia omnium, quæ sub genere sunt, indiuiduarum specierū nulli alii inhærent hæc perficiunt generis ipsorum definitionem. Nam sicuti quod solum est eorum, quæ in eo quod quid est, de indiuiduis, quæ sub specie sunt, prædicantur hoc definitio est speciei: Sic & quæ solum omnibus indiuiduis speciebus quæ sub genere insunt, hæc in eo quod quid est de ipsis prædicantia substantiam generis ipsorum perficiunt.

Tex. 19.

Tex. c. 73.

Diuisiones autem secundum differentias, vtilis sunt ad sic procedendum quemadmodum tamen ostendunt dictum est in prioribus, vtilis autem profecto essent hoc modo solum ad syllogizandū quod quid est. Atqui videretur utiq; nihil, sed statim accipere omnia, quasi si ex initio accipiat aliquid sine diuisione, ¶ Differt autem aliquid prius, ex posterius prædicatorum prædicari, ut dicitur

Tex. c. 74

do animal mansuetum bipes, ex bipes animal mansuetum.

Com. 90.

Postquam dixit quid est definitio, & quomodo possibile est definire. Deinceps dicit, & de diuisua methodo, & ostendit ipsius utilitatem ad definitionis inuentionem. Nam ad accipiendū uniuersalia, & per se prædicantia in plus, ex quibus collectis, & compositis, propria substantia propositi declaratur, ex diuisione enim secundum differentias generis, cuius speciem aliquam definire quærimus, ea quæ in eo quod quid est de proposita specie prædicantur accipiemus vtilis autem sunt diuisiones, quamuis in his ostendant syllogistica, ad colligendum ex ipsis quod quid est, & definitionem, hoc enim significat illud *SYLLOGIZANDVM*. Vtilis uero sunt & ad ordinem eorum, quæ in definitionibus accipiuntur, & ad nihil relinquendum.

Si enim totum ex duobus est, ex unum quiddam animal mansuetum, Rursumq; ex hoc, ex differentia homo.

Com. 91.

Id est, si secundum diuisionem, omne, quod ex diuisione accipitur, & componitur, ipsi diuisioni unum quiddam fit, & genus eius, quod post ipsum est, & ex hoc quod fit ex compositione diuisionis fit, manifestum est quod semper secunda diuisio in pauciora erit, & non est prius id, quod in minus

minus est, eo, quod in plus est in compositione sumptorum. Quoniam autem differentia per se accepta non uidetur in eo quod quid est prædicari, idcirco compositam ipsam cum eo, quod diuiditur, unum quiddam dixit fieri, sicq; in eo quod quid est prædicari, cū in hoc fiat genus post ipsum, & rursus diuidatur. Quapropter utilis diuisio est ordinem hunc ostendens. semper enim id, quod diuiditur, eo, quod ex diuisione fit prius accipietur.

Aut quo quomodo est id, quod unum fit, necessarium est diuidentem petere. ¶ Amplius ad nihil relinquendum in eo quod quid est, sic solummodo contingit. Tex. c. 75

Pro necesse est, primum diuidentem petere, & accipere ex diuisione id, quod in eo quod quid est de proposito prædicatur. nam non accipere per demonstrationem petere dicit. Com. 92.

Quando enim primum accipiatur genus, si quidem inferiorum aliquam diuisionem accipiat, non incidet omne in hoc. ut non omne animal, aut totipennum, aut fissipennum. sed uolatile animal omne: huius enim differentia ipsa est. prima autē differentia est animalis, in quam oē aīal incidit. Com. 93.

Postquam ostendit quod ad ordinem eorumq; in definitione uniuscuiusq; accipiuntur utilis est diuisio. Nunc & ad nihil prætermittendum eorum, quæ in definitione accipi debent, & poni, utilem esse diuisionem dicit. Nam per proprias, & propinquas unicuiq; generi differentias diuidendo nihil relinquetur, propriae autem, & propinquæ generi, quod diuiditur differentia sunt, in quas omne subdiuisum genus incidit. Si enim haud propinquæ ipsi acciperentur differentia, multa profecto relinqueretur. ostendit autem, quænam sint, propriae, & propinquæ differentia, & quænam impropriae. ob quas, & prætermittuntur quædam per exemplum.

Similiter autem, et in unoquoq; aliorum, et eorum, quæ extra, et eorum, quæ sub ipso sunt, ut in aue in quam omnis auis; et in pisce in quam omnis piscis. sic igitur procedenti est scire, quod nihil relictum est.

Extra genera aut superiora, & communiora ipsius animalis, cuius mentionē fecit aut extra, alia & separata ab animali, & substantia. quorum essent profecto alia sub aliis prædicamentis. *AVT EORVM, QUÆ EXTRA, ET EORVM, QUÆ SVB IPSO* pro eo, qd est, & nō sub alternatim existentium, sed separatorum, & non subalternorum, huiusmodi autē sunt auis, & piscis. Com. 94.

Aliter autem et relinquere necessarium est, et nescire.

Siue prætermittum fuerit, siue nō, uel nō definiri potest, neq; habere per definitiones cognitionē. Com. 95.

Nihil autem oportet definientem, et diuidentem omnia scire entia. Atqui impossibile dicunt esse quidam differentias scire, quæ pertinent ad unūquodq; nescientem unūquodq; sine autem differentis non esse unumquodq; scire: a quo enim non differt cum hoc idem esse. a quo autem differt alterum esse ab hoc. Tex. 10.
Tex. c. 76

Pleusippi hanc opinionem Eudemus esse dicit, quod impossibile est definire aliquod entium non omnia entia cognoscentem, Quoniam autem uidetur, credulitatem quandam ponit ipsam; Est enim ratio, quæ putatur hoc ostendere, talis oportet definientem aliquid, scire differentiam ad omnia ab ipso differentia. Nam a quo quidem non differt aliquid, cum hoc idem est, a quo autem differt diuersum est. definientē autē aliquid, quatenus differt ab aliis, oportet scire ipsius differentias, quibus ab aliis differt. quispiam enim nesciens hoc, & idem alterum, & alterum idem arbitrabitur. sic uero neq; assignabit propriam alicuius substantiam. Si enim ita contigerit, nihil prohibet assignatam rationem, communem esse, & aliorum aliquorum. At uero impossibile est alicuius differentia ad aliqua scire ignorantem & illa a quibus propositum differt. Oportet ergo definientem aliquid omnia scire. Etenim hoc modo definit definiens. Qui enim ipsum definirer, & alia omnia, a quibus tanquam diuersum existens ipsum definit. Quod autem minime recta hæc ratio sit, neq; necesse sit definientem aliquid omnia entia scire, ostendit. Com. 96.

Primum quidem igitur hoc falsum est, non enim secundum differentiam alterum est. Multa enim differentia sunt, in eisdem specie, non tamen secundum substantiam, neq; per se. Tex. c. 77

Minime, si aliqd ab aliquo differt, diuersum statim hoc ab illo est. diuersum enim ab aliquo, haud secūdu omnem differentiam diuersum est. Multa enim existentia inter se eiusdem speciei, differunt inuicem. & non rectum est simpliciter, differentia inter se diuersa esse, sed oportet adde

Eustra. in post. anal.

R



re SECUNDVM SVBSTANTIAM Differentia enim secundū substantiā, & specificā differentiā, diuersa sunt nō s̄m quamlibet. Quoniā secundū accidentia infinitae differentiae in his, quae eiusdem speciei sunt, reperiuntur, sed non iccirco diuersa inter se sunt, nec rationes ipsorum, nec substantia.

Postea cum accipiat opposita, & differentiā, & quod omne incidit hic, aut hic, & accipiat in altero id, quod quaeritur esse, & hoc cognoscat; nihil differt scire, & nescire, de quibuscunq; aliis praedicantur differentiae. nam manifestum est, quod si sic progrediens deueniet in haec, quorum non est amplius differentia, habebit rationem substantiae.

Com. 98.

Quoniam non omnia necessarium est scire definientem aliquid, & diuidentem, utentem diuisiua. Quando enim accipiat in diuisione opposita secundum differentias, accipiat autē sic opposita, ut omnia, quae sub genere, quod diuiditur sunt, incidant in alterum eorum quae contradiuidentur. Notum uero erit, & quaesitum in utroq; horum accipietur. quāuis nō cognoscat quor, & quānam sint ea, quae sub contradiuisis differentiis sunt. non enim ex eo quod sciamus quor, & quānam irrationalia sint, notum fit, quod hoc rationale est, sed ex eo quod sciamus in quonā est esse rationale, eodem modo est, & in aliis differentiis. si enim ita progrediens secundum diuisionem, quae in opposita fit deueniat in haec, quorum non amplius est differentia. huiusmodi autem sunt indiuiduae species, perspicuum est, quod definitio ex compositione differentiarum, in quibus accepit esse, id, quod quaeritur habebit, ignorans quānam, & quot sint, quae sub oppositis differentis sunt.

Com. 99.

Omne autem incidere in diuisionem, si sint opposita, quorum nō est medium, non est petitio. Non enim quia sciamus omnia animalium genera, notum fit omne animal esse, aut rationale, aut irrationale, sed quia sciamus, quod nullum est horum medium.

com. 100

Nam necesse est omne in altero ipsorum esse, si quidem illius differentia est. Hoc haud temere adiunxit, potest enim immediata quidem diuisio facta esse, impropria autē proposito generi: Nam totipennum, & fissipennum, & si immediata sunt in animali uolatilium: sed tamen non etiam cum animali composita omnia aialia cōtinebūt, eo quod aialia impropria sunt.

Tex. 216
Tex. c. 78.

Ad parandum autem definitiones per diuisiones, tria oportet considerare, ut accipiantur praedicata in eo quod quid est. Et haec ordinare, quid primum est, aut secundū, & quod haec omnia sint. Est autem horum vnum primum, per quod possumus, quemadmodum ad accidens syllogizare, quā inest, & per genus probare. Ordinare autem sicut oportet, erit si primum accipiatur, hoc autem erit, si acceptum sit, id, quod omnibus consequitur, illi autem non omnia, necesse est enim aliquid eē huiusmodi accepto autem hoc, iam idem modus in inferioribus est. Secundum enim aliorum, primū erit, & tertium consequentium. remoto enim superiori, consequens aliorum primum erit, similiter autem, & in aliis.

Com. 101

Postquam dixit, quod utilis est diuisiua methodus ad definitionum assignationem, & si non ad syllogismum: nunc dicit quānam oportet seruare, & accipere uolentem quod diuisionem parare definitionem. parare autem definitionem, non demonstrare dixit, non enim est demonstrare definitionem neq; omnino si aliquid probatur, hoc etiam demonstratur. parare igitur, & probare, inuenire, & componere, & assignare dixit. illud autē PER DIUISIONES, addit: assignant enim aliqua definitiones non ex diuisione, sicuti haec, quae primorū generum sunt. Non enim possibile est horum rationes ex diuisione assignare, si quidem & ipsae definitiones sunt. Tria autem inquit oportet cōsiderare, per diuisiones probantes, & assignantes definitiones, simul accipere praedicata in eo quod quid haec uero sunt genus, & differentiae horum duorum ordine quid primū quid secundum, & tertium. Quia omnia haec simul copulata, definitio sunt subiecti, & neq; quicquam deest, neq; superfluum est.

Tex. c. 97.

Quod autem omnia haec sint, manifestum est, & ex eo quod accepimus primum secundum diuisionē, quoniā omne aut hoc, aut illud est animal. est autem hoc, & rursus huius toti differentiam.

Com. 102

Quia omnia haec, quae in eo quod quid est praedicantur, sic accepta, itaq; ordinata, ut priora sequantur posteriora definitio sunt, subiecti.

Vltimi autem non amplius esse differentiam, vel etiam post vltimam differentiam, a toto non differre

differre specie amplius. Manifestum enim est, quod neq; plus apponitur, omnia namq; in eo quod quid est accepta sunt, neq; quicquam deest.

Primum quidem dictum conuenit in solis indiuiduis speciebus, hæ enim non amplius differentiis diuiduntur, indifferentes enim secundum speciem sunt, secundum uero dictum communius est. Nam non modo id indiuiduis conuenit speciebus, sed etiam in definibilibus generibus, quamuis enim aliqua fuerit acceptorum, & compositorum primo generi differentia diuisiua; tamen si erit id, quod uolumus definire, & assignata non eadem specie, non amplius diuidemus.

Aut enim genus, aut differentia esset, genus quidem igitur, quod primum est, et vna cum differentis hoc acceptum est, differentia autem omnes habentur, non enim amplius sunt posteriores. Specie enim profecto differret vltimum: sed hoc dictum est non differre.

Quoniam neutrum horum deest, omnia secundum continuitatem diuisionis generum, accepta sunt, etenim primum genus erat, & hoc cum differentiis acceptum, usq; ad ultimam faciebat genera. Oportet enim id quod diuiditur, ut genus diuidi. Quocirca genus quidem non deest, At uero neq; ulla differentia: omnes enim secundum ordinem fuerunt acceptæ, ut nullâ nos simus transgressi. At uero neq; posterior, que debeat addi prætermissa est. Non enim mehercule adhuc esset idem secundum speciem definitum, & definitio, si etiam deficiat aliqua differentia, sed esset profecto assignata ratio alicuius generis definiti, Non huius ipsius, quod definimus, genus autem a propria specie alterum est, & differens specie, à quibus enim differunt definitiones, hæc specie diuersa sunt. positum autem à nobis est, nihil specie assignata ratio ab eo differre, quod definimus.

Quære autem oportet intuentem in similia, et indifferentia, primum quid omnia idem habeat, postea iterum in alteris, quæ in eodem quidem genere sunt cum illis, sunt autem cum ipsis quidem eadem specie, ab illis autem diuersa, cum autem in his acceptum fuerit aliquid omnino idem, et in aliis similiter, in acceptis rursus considerandum est, si idem est, quousq; in vnam ventum sit rationem: ista enim erit rei definitio. si autem in vnam deuenit, sed in duas, aut plures, manifestum est, quod non profecto vnum quiddam esset, id quod quæritur, sed plura. ¶ Ut dico si quid est magnanimitas quæramus, considerandum est in quibusdam magnanimis, quos scimus, quid habeant omnes, quatenus tales sunt, ut si Alcibiades magnanimus, aut Achilles, et Ajax, Quid unum oēs præferant, non tolerare iniuriati, hic, n. bellum gessit, ille autem succensuit, hic vero seipsum interjecit. Iterum in alteris, ut in Lysandro, et Socrate specie indifferentes esse fortunati, et infortunati, cum hæc duo acceperim, considero, quidnam idem habeant, tum impassibilitas circa fortunas, tum non tolerantia cum iniuria afficiuntur.

Postquam ostendit per medium de diuisiua methodo, & dixit utilitatem ex ipsa ad definitiones descendit in ea, quæ prius dicta fuerunt, erat autem quod ex definitione indiuiduarum specierum, oportet generis definitionem accipere. Nam dixit, compositis enim ex indiuiduis accidentia, ex definitionibus erunt manifesta, hæc enim cum illis coniungit, & ostendit quonam pacto prædicto modo utentes, ad communium definitiones, & generum quidem apparentiã habentia, non existentia tamen genera cognoscere poterimus. Sunt enim nonnulla, quæ per commune aliquod nomen accidisse uidentur eiusdem generis esse, cum sint æquiuoca, ut commune quidem nomen sit, non amplius autem res. Similiter est, & bonum, nō opus est igitur ut genus horum aliquod definiendum accipere. Quomodo igitur hoc poterimus obseruare, per hæc docet, & quonam pacto inueniemus generum definitiones à speciebus, quod & in superioribus dixit, inferius enim incipiens inuentio definitionum, subscribitur.

Si autem nihil sit, duæ utiq; erunt species magnanimitatis.

Hoc dixit, non ut species generis accipiens, sic enim profecto magnanimitas genus esset species habens duas, sed quia æquiuoca est magnanimitas.

Semper autem omnis definitio vniuersalis est, non enim in aliquo oculo dicit ipsum sanari medicus, sed aut omni, aut specie determinans.



- Com. 107** Postquam determinauit quæcunq; consequuntur definitionibus, & quæ oportet considerare definiens dicit.
- Com. 108** Et facilius est singulare definire, quam vniuersale, vnde oportet à singularibus in vniuersalia ascendere.
- Com. 109** Singulare dicit, non aliquid, & sic indiuiduū, pugnantia. n. utiq; diceret prædictis, sed indiuiduā spēm hęc. n. in definibilibus singularis est, ut. n. definibiles, & singularis nō simplr est qđ & ipse indicauit dicendo QVAM IN INDIFFERENTIBVS, ea enim quæ non amplius in species diuidunt, indifferentia secundum proprie dictas differentias sunt. facilius autem est definire indiuiduam speciem, quia ea, de quibus hęc prædicatur, manifestiora hęc sunt speciebus, de quibus genus prædicatur à communitate uero subiectorum ostensa est aggregata definitio prædicatorū, iā notiores specierū definitiōes sunt, quā generū quapropter a speciebus oportet ascendere i generū dñitionē, s̄m dictū modū, nō à superioribus diuidētes, sed ab inferioribus cōponētes.
- Etenim æquiuationes latent magis in vniuersalibus, quam in indifferentibus.
- Com. 109** Nam quia manifestiora sunt indiuiduis speciebus subiecta, facilius est in his cognosci æquiuiatio. Si igitur oportet definiens obseruare æquiuationes, magis autem obseruantur, & ab his in speciebus cauemus, & iccirco ergo à speciebus oportet principium definitionum facere.
- Tex. c. 83.** Sicut autē in demonstrationibus oportet syllogizare inesse, sic et in definitionibus, qđ manifestum est. hoc autē erit si per ea, quæ secundū vnūquodq; dicuntur, sit in unoquoq; genere definire se paratim vt simile non omne sed quod in coloribus, aut figuris est, et acutū quod est in voce.
- Com. 110** Quoniam quemadmodum in demonstrationibus præcedit ipsum syllogizare, non enim possibile est demonstratiōē in syllogizatiōē esse, sic & in definitionibus oportet esse id, qđ manifestū ē. nā definitio haud est imanifesta ratio, siqđ indicat definitio, notū facere quæriti quid est.
- Tex. c. 84.** Itaq; in ipsum commune procedere, cautum ne in æquiuocum incidat. ¶ Si autem non oportet disputare metaphoris, perspicuum est, quod neq; definire, nec metaphoris, nec quæcunq; dicuntur metaphoris, disputare enim necesse erit metaphoris.
- Com. 111.** Quod nō oporteat tētare æquoci alicuius definitionē assignare, i his dicit, ad claritatē cōferre, & p ppria noia definitiōes assignare, & nō uti metaphoris, neq; allegoricis nominibus. obscuritatis enī causæ huiusmodi sunt, cū pluribus possint cōgruere. disputare autē dicit, dialectice loqui.
- Tex. c. 85.** Vt possimus autē problemata habere: eligere oportet, et decisiones, et diuisiones: itaq; discernere subiectum genus omnium, vt si animalia cōsiderentur, qualia omni animali insunt, acceptis autem aliis, Rursus reliquorum primo, qualia omni sequunt vt si hoc est auis, qualia omni sequuntur auis, et ita semper quod illi proximum est. Manifestum, n. est, qđ habebimus iam dicere, propter quid insunt sequētia his, quæ sub cōmuni sunt, vt propter qđ homini, aut equo insunt, Sit igit aīal in quo. a. b. aut sequentia omni aīali; in qbus vero. c. d. e. quædā animalia, manifestū igitur est ppter qđ. b. inest ipsi. d. nā ppter. a. similiter aut et in aliis. ¶ Et semp in inferioribus eadē rō est.
- Tex. c. 86.** Methodū nobis p hęc tradit p quā facultatē habebimus ad dicēdū pblemata, dicere aut pblemata ē, ipsa cōponere posse, & pferre, & pprias ipsorū cās assignare. i quo, & nūc ipse eligere usus est, dicēdo pprias cās q̄sitorū. ut & p̄grediens declarabit. dicit. n. pblemata, in qbus quærit pp qđ uel p quē tradit modū, aut qđ simul utraq; ostēdunt. & inuētiō problematū, causę est inuētiō, cōposuit aut ipse multos libros taliū pblematū, quō igit poterimus cām eorū, q̄ i mediū afferunt assignare subscibit. nō. n. de definitionibus hęc sunt, q̄ in p̄tia dicit, ut existimauerūt nōnulli.
- Tex. 136** Nūc qđ igit secūdū tradita cōia noia dicimus. ¶ Oportet aut nō solū in his cōsiderare, sed et si aliqd aliud uideat esse cōmune accipientē postea qbus nā hoc sequit, et qualia huic sequuntur. ut cornua habentibus habere omason, nō utraq; parte oris esse dentatū, rursus cornua habere qbus nā sequant. p̄spicuū. n. est ppter qđ inest illis, qđ dictū est. nā ppterea qđ cornua habēt inest. ¶ Amplius aut alius est modus secūdū proportionale efferre, unū. n. accipe nō est idē, qđ oportet uocare sepium, et spinam, et os: erit igitur sequens his, quasi una quadam natura tali existente.
- Tex. c. 87.** Inquit nō mō in cōmunibus, & unū aliquod habētibus nomē prædicatū, utile esse prædictā electionem,

electione, ad assignatione causae in problematibus, sed et in quibus non est quod est unum, & idem esse, secundum proportionem aut identitatem habet. Differentia. n. & unum existentia differunt, quando eadem habeat proportionem, oia, in quibus sunt coia, quodammodo et eadem sunt, non simpliciter, sed secundum proportionem. Nihil. n. esse habetibus sepium, & os, & spinam, quemadmodum in cornua habetibus, inest ipsum cornu gerum, sed proportionem unum in ipsis accipit, quia. n. rationem habet os in animalibus pedes habetibus, eadem quod est in piscibus habet spiritus in sepiis uero, sepium. singulum. n. ipsorum est in unoquoque eorum, in quibus est coiectio quod est.

Eadem autem problemata sunt, haec quidem, eo quod idem medium habeant, ut quoniam oia reciprocatio sunt, hoc uero autem nonnulla genere eadem sunt, quaecumque habent differentias, eo, quod aliorum, aut aliter sint ut propter quod resonant: aut propter quod representatur: et propter quod iris, omnia. n. haec idem problema genere sunt, namque oia repulsio sunt, sed specie diuersa. Alia autem problematum, eo quod medium sub altero medio sit, differunt. ¶ Ut propter quod nilus deficiente mense magis fluit: propea quod hybernior est mensis deficiat; et propter quod hybernior est: propea quod luna deficit, haec. n. ita se habent inuicem.

Qualia eadem problemae sunt, tradit. quod aut quorum eadem causa, & medium est, & hoc, aut genere solo idem est, aut & genere, & specie idem est: aut quorum causa, sub altera causa est, id est alterius causa sub alterius causa est. Ponit uero deinceps, & ea, quae secundum proportionem sunt & per haec docet nos, quomodo cognoscemus quaecumque haec esse inter se problemata non uideant, propterea quod in diuersa materia interrogamus, ut possimus ad unum ipsorum abundantes causas, habere, & de aliis similiter dicere. Theophrastus autem, et negotiatus est circa congregationem similium problemae. Arist. uero nunc docet quonam pacto iudicabimus eadem inter se, problemae esse. Dicit igitur dupliciter eadem esse problemae inter se aut idem medium habendo, ut quia oia reciprocatio sunt. Est autem in huiusmodi problemae coe medium, calidi retrocessio. Ut propter quod hyeme magis digerimus: propterea quod sopiti deorsum respiramus propter quod fontes hyeme calidiores sunt: omnium. n. huiusmodi causa eadem est calidi reciprocatio, quae & medium terminus est. Atque horum rursus propterea quod idem habeant medium, eorundem existentium, subdiuisionem facit quadam, in praesentia modum dicendo, secundum quem eadem inter se problemae sunt. eandem. n. causam, & medium habentium, alia quidem genere eadem sunt, nequaquam uero, & speciem alia uero tum genere, tum specie eadem sunt.

De causa autem, et cuius causa dubitaret utique, aliquis, nunquid cum causatum est, et causa existat: ut si folio fluit, aut deficit luna, et causa folio fluendi, et deficiendi sit, et si hoc est lata folia habere, deficiendi autem terram in medio esse. Si. n. non sit alia quaedam erit causa ipsorum, siue causa sit simul, et causatum. ut si est in medio terra, deficit, aut si latifolium, folio fluit. ¶ Si autem sic est simul profecto essent, et ostenderentur per inuicem. sit. n. folio fluere in quo. a. latifolium autem in quo. b. vitis uero in quo. c. si igitur ipsi. b. inest. a. Omne. n. latifolium folio fluit ipsi uero. c. inest. b. omnis. n. vitis latifolia est, et. a. inest ipsi. c. omnis. n. vitis folio fluit. Causa autem est. b. medium uerum et quod latifolia sit vitis, est per ipsum folio fluere demonstrare. sit. n. ipsum quidem. d. latifolium. e. aut folio fluere. vitis uero in quo. f. ipsi igitur. f. inest. e. nam folio fluit omnis vitis ipsi uero. e. d. omne enim folio fluere latifolium est, omnis ergo vitis latifolia est. causa autem est folio fluere.

Iam quod de simul inesse causas causatis locutus est, demonstrat. n. eorum, quae sunt, eas quae sunt causas esse factorum aut factas, futurorum uero, futuras, nec non eorum, quae sunt, eas, quae sunt, nunc autem dubitationem quandam mouet tale, quae ab ipso ponit, & ostendit, quod causa medium terminus est in demonstratione. At uero, & hoc confitetur, quod existente medio oino necesse, & conclusionem esse. Quare existente causa, & causatum est. Quod est conclusio. Quo posito quaerit si conuertitur, ut & causato existente, quod erat conclusio, ex necessitate, & causa sit, quod erat medium. Est autem dubitatio quod si quidem haud simul inheret causato existentis, & posita ipsius, & accepta causa, alia profecto ab ipso & non illi causa esset. Oportet enim existente causato, & causam esse. quapropter hoc est, si autem simul inheret circum ostensio erit, & erit idem quandoque; quidem causa, quandoque uero causatum.

Si autem non contingat causas esse inuicem, causa. n. prius est eo, cuius est causa: et deficiendi quidem causas est in medio terram esse, in medio autem essendi terram, non est causa deficere.

Quoniam si non contingat causas esse inuicem, causa enim prior est eo, cuius est causa, quamuis non tempore, tamen opinione: & ipsius quidem deficiendi lunam causa confitetur, in medio terram esse, in medio uero essendi terram non est causa, deficere.



Et si qdē p cām demonstratio est, ipsius ppter qd, q̄ aut nō est p cām ipsius q̄ manifestū est, q̄ altera ostensio cām cōcludens, nō p cām fit. Nā q̄ quidē in medio terra sit nouit p defectionem, propter quid autem minime. Quare haud per inui. em ostenderētur demonstratio. n. p causam est.

Com. 117

Postquā hoc dixit, & soluit apparētē subseq dubitationē, posito qd simul inhæreat cāto cā, mō strauit alacriter, & prompte accepisse, & accipere seq qdē causatū causæ. Si aut minime, & causa/ to sequat, & simul inhæreat causa, aliā fore ab ipso causam, & minime positū causatū, & cōclusio nē, seq alicui medio, & causæ oī esse. Quod poterat inferre ostēsiōne illa, hoc subinfert, & conatur dicere, Aut cōtingit unius plures cās esse. Si. n. cōtingeret hoc, ex necessitate cōuerteret cū causatū to cā, cui posito seqret. Nā omnino qdē cū aliqua causa cōuertit causatū, non tamē omnino hoc p quod ostensum est, si possibile est, eiisdē plures esse causas. Nā unicuiq; quidē causatū mediū acceptæ, ex necessitate consequet cōclusio, & causatū est ex necessitate iam & hoc, & causa erit eo quod possit, & aliā esse causam ipsius, siquidē eiisdē plures causæ sunt. cū aut dubitasset nunq̄ ergo cōtingit eiisdē plures causas esse, Deinceps ponit, quomō possibile ē, idē secūdū diuersas cās existere. complura p hoc ostendit, & demonstrat, qd eiisdē plures causas esse, possibile est dicere.

Quod quidem in medio sit nouit, propter quid autem minime qd̄ aut ipsum deficere nō sit, cā in medio essendi, sed hoc deficiendi, manifestum est; in ratione enim deficiendi inest ipsum in medio esse, Quare manifestum est, quod per hoc illud cognoscitur sed non hoc per illud.

Com. 118

Siquidem per aliquod esse, & substantia cognoscitur, causa est, si uero minime ita se habet, nō est causa, harum autem altera quidem per alteram cognoscitur, nequaquam uero, ex econtrario non profecto, ut causæ inter se conuertibiles sint.

Tex. c. 93.

Aut cōtingit unius plures esse causas; etenim si est idē de pluribus primo prædicari. sit. a. ipsi. b. primo inhæres, et ipsi. c. alii primo, atq; hæc insint ipsi. d. e. inerit ergo. a. ipsi. d. e. Causa aut ipsi quidem. d. est. b. ipsi uero. e. est. c. Quare existente quidem causa, necesse est, et rem existere; re autem existente, non necesse est omne esse, quod profecto sit causa sed causam quidē non tamen

Tex. c. 94.

oem. ¶ Aut si semper uniuersale pblema. est, et cā totū quoddā est et cuius causa, uniuersale est.

Com. 119.

Cū dubitauerit nūquid cōtingat eiisdē plures cās esse, Manifestū fm eundē modū causæ ponit, quomō potest idē fm plures causas inhærere pluribus p hoc ostēdēs, & cōstituēs, qd̄ eiisdē plures causas esse dicere possibile est. Si. n. hoc idē pluribus inest, plures causæ sunt, & eiisdē plures causas esse possibile est, qd̄ nō eidē idē p plures causas insit, impossibile ostēdit. accipit autē in destructionē ipsius, qd̄ semper problema uniuersale est. Non n huic inhærere aliquid, causa in problematibus quærit, sed his uniuersaliter inhærere, & possibile inhærere. Causam. n. quæres cur aīal, quatenus aīal est, insit aliquibus cōem quādā cām quærit, fm quā oībus inest, inest autē causa, & cuius causa, idest causatū, uniuersaliter utraq; insunt alicui, cui inhærent, & cui possunt inhærere. Atq; iccirco primū qdē, & p se inest cōi, & generi, si genus aliqd fuerit similiter utriusq; ipsorū, postea p eandē cām, & speciebus omnibus ipsius, in qbus causatū, & causa, & mediū conuertunt. Ostendens aut in qbus ē, in his oībus, & causam profecto accepit, ut possit eiisdē plures causas esse, secūdū dictū modū. Si. n. alia qdē fuerit, causa, qd̄ ipsi. a. d. insit. ut. b. sicuti accepit, alia aut rursus qd̄ ipsi. e. a. insit ut. c. haud de quibus. a. prædicat, qd̄ est causatū, de his uniuersaliter, & causa prædicabitur. itaq; causa erit assignata, eius, quod in problemate quæritur.

Tex. c. 95.

Vtrū aut contingat non eandem causam esse eiusdem omnibus, sed alteram an non.

Com. 120

Postquā ostendit, qd̄ eidē, eadē haud possibile est p plura inesse cā, uniuersale enim ē, cui primo inest, neq; huic p hoc, & unicuiq; eorū, q̄ sub hoc sunt qd̄ positū fuit exēplū ad ostendēdū qd̄ idē pluribus qbuscūq; inest diuersarū causarū, quærit quomō se habet, & si possibile est hoc, ut si aīal p aliud qdē mediū hoī, p aliud uero aqlæ ostēdat inesse aliqd. Quod. n. aīal insit his, qbus inest, uidebit plures esse causas. Nā his qdē, uolatile, his aut gressibile his uero aquatile. Soluēs igitur hoc, & duplicē cām ostēdēs: nō. n. oīno cōclusionis causa, et rei est causa, hoc in quā ostēdēs, dicit, qd̄ si quidē p se demonstratū sit, idest p causam, quæ rei est causa, dū profecto ostensio fieret, eadē causa necesse est in omnibus accipi, qbus ostēdit hæc inhærere, cuius cām apposuit, quā mōstrauit iā. Definitio. n. extremi est prædicari, & pluribus inhærētis cā, p quā ostēdit & ipsæ medius terminus. Nā huiuscemōi causa secūdū cōmune quoddā, & idē pluribus inest. Sinaut fuerit demonstratio per

ratio p causam, sed per signū, aut p accidēs mediū acceptū, cōtingit aliud p aliud idē inhæres oñdi.

Aut si quidem per se demonstratum est, et non per signum, aut accidens, non est possibile. Ratio. n. extremi medium est, si autem non sic contingit. ¶ Est autem cuius causa, et cui causa considerare secundum accidens, non tamen videntur problemata esse. Tex. c. 96.

Signum semper rem consequitur, accidens autem potest & extrinsecus aduenire. Com. 121.

Si autem non similiter se habebit mediū, si qdē æquocū sunt, æquocū ē mediū: si vero ut in gñe, similiter se habebit. Vt ppter qd, et cōmutabiliter proportionabiles alia. n. causa ē in lineis, et numeris et eadē, quatenus qdē lineæ, alia est, quatenus autē habet argumētū tale eadē, ita in oibus, simile autē esse colorē colori, et figurā figure, aliud alio est. æquocū. n. simile est in his. Nā hic qui dē ē fortasse pportioabiliter se habere latera, et æquales angulos: coloribus autē vnū sensum eē, aut aliqd aliud huiusmōi, q̄ aut scdm pportionē, sunt eadē, et mediū habebūt secundū pportionē.

Si uero haud p se fuerit id, qd̄ d̄mōstrat, aut neq̄ p ea, q̄ p se inhæret, sifr se hēbit mediū ut nepe se hēat, id, cuius cā q̄rit. hoc aut addidit, postquā oñdit, qd̄ & cā pōt, haud p se, sed p accidēs, uel si gnū accipi, & cuius cā, & quorū. Cū aut dixerit qd̄ nō uident talia pblemata eē adiūxit, SI AUTEM NON id est, si uero ēt hæc q̄rerent ut pblemata, sifr se habebit mediū. & si ut æquiuocū unū causatū est, huiusmōi erit & cā, si uero ut in genere, & causa talis est, sifr, & si fm pportionē. Com. 122.

Habent autem sic propter consequentiam inter se causa, et cuius causa, et cui causa. Tex. c. 97.

Illud qdē HABENT SIC PROPTER CONSEVENTIAM dixit, p eo, qd̄, est habēt aut se sic circa cōsequentiā, cōseq̄ at p cōuerti usus. illd̄ uero INTER SE tale ē, hēnt se sic iter se cōseq̄ cā, & id, cuius cā est, & cui cā sed est qdē id, cui cā ē subiectū. Cuius uero cā id, qd̄ huic inest. dicit hæc de causis in demōnibus. Cū uero dixerit i primo libro, qd̄ rei, & nō cōclusiōis ē, sed ut cā, & cuius cā cōsequant̄ inter se, eē cām definitionē cāti, Etenī assequit hoc, qd̄ in superioribus dictū ē. & nūc̄t dicit. hoc. n. utif ad oñsionē, qd̄ nō possit idē pluribus p cās diuersas inhæres oñdi d̄mōstratiōe. usus uero uniuersali quodā de quo cā, & cātū p̄dicat. Nūc̄t dicit qd̄ quādo de hoc cātū, et tā p se p̄dicant̄ cōuertit̄ cū illis, & causa, & cāto. termini. n. cōuertuntur in qbus circulo oñsio fit. Com. 123.

Vnumquodq; quidem accipienti, cuius causa in plus est, ut quatuor æquales bi, qui sunt extra, in plus est, quā triangulum, aut quadrangulum: omnibus autem æqualiter quæcunq; enim quatuor rectis æquales habent angulos, qui sunt extra, et medium similiter.

Quia se cōsequunt̄ & cōuertunt̄ cā, & cuius cā, & cui cā, q̄ est subiectus terminus nō sp, sed si qdē singularē spēm accipiamus subiectū terminū, cuius cām, qd̄ in sit aliqd̄ ipsi q̄rimus, i plus erit eo, cuius existētīe cām q̄rimus. i. p̄dicatū terminus i plemate. Si uero oīa sifr accepta sint, qbus inest p̄dicatū, æq̄liter erit & subiectus terminus, & p̄dicatus, & mediū, & cā sifr se habebunt, sicut enim se habet p̄dicatū ad subiectū, sic et causa definitio nāq̄ cā oñdit, p̄dicati. primū uero mediū dicit p̄pinq̄ cām p̄dicato cuius nō āplius aliqd̄ mediū ē quā & ipsum primū extremū dixit. Com. 124.

Est autem medium ratio primi extremi, quapropter omnes scientiæ per definitionem fiunt.

Idcirco & oēs sciæ p definitionē fiūt oēs. n. demōnt. demōntes aut p cām fiūt. cā uero ratio, & definitio est primi extremi, primorū. n. definitiōibus, utunt̄ ad eorū, q̄ post hæc sunt demōntes. Com. 125.

Vt folio fluere simul consequitur viti, et excellit, et ficui, et excellit. sed non omnia, sed æquale est. Si igitur accipias primum medium, ratio folio fluendi est, erit. n. primū quidē in altera parte; quoniā huiusmodi sunt omnia. deinde huius medium est quia succus concrescit, aut aliquid aliud tale, quid autem est ipsum folio fluere: concrescere in coniunctione seminis succum.

Docet quō primū mediū primi extremi definitio est, & q̄ de cā medio addidit illd̄ PRIMVM, Nā folio fluētibus oibus, ipsum folio fluere p duo media inhæres oñdit, tū p latifoliū, tū p concrescere succū & ē propinquū, ipsi qdē subiecto mediū, latifoliū, qd̄ in altero primū mediū dixit, p̄dicatū aut folio fluere, cōcrectio humidī, qd̄ est definitio p̄dicati, & primū mediū, q̄tenus p̄pius est p̄dicatiōe, & cā, & definitio ipsius est. Inferius uero icipiēti à subiecto primū mediū est cōe in oibus huiusmōi. hoc at ē latifoliū, hoc. n. significat illd̄ QVALIA SVNT FOLIOFLVENTIA hoc at rursus ipsius cōis foliofluere, mediū ē cōcrescere humidū, q̄ cā, & definitio folio fluēdi. Com. 126.



Tex.c. 98. In figuris aut sic assignabit q̄rētibus cōsecutionē cāæ, et eius, cuius est cā sit. a. ipsi. b. inhærens oī. b. vero unicuiq; ipsorū. d. in plus aut est ipsum qdē igit. b. vniuersale p̄fecto eēt ipsis. d. c. a. hoc n. dico vniuersale q̄ nō cōuertit. primū aut ipsum vniuersale est, cū quo vnūquodq; nō conuertit.

Com. 127 Diximus de terminorū consequentia ī demonstratiōibus, & de terminis vniuersalibus in quibus ante rē causa accipitur, quæ & definitio est prædicati in problemate, & nōnulla quidem subiecta conuertuntur cū causa, & causato, nōnulla uero minime. hoc idem ostendit in terminis, & syllogismis expositione terminorum notius, & magis fide dignū faciens id, qd̄ ostensum est.

Omnia autem conuertuntur, et extenduntur.

Com. 128 Hoc, qd̄ nūc dicit, est vniuersale, vniuersalis. n. prædicati, hoc qdē æqualiter est, qd̄ & cōuertit. Quod dixit, primū aut vniuersale est, cui unūquodq; qdē nō cōuertit, oīa at̄ cōuertunt idest qd̄ nō p̄ mediū aliqd̄; sed primo prædicant, hoc at̄ nō æqualiter, p̄ se qdē, nō tñ primo, sed p̄ mediū.

Ipsis igitur. d. causa ipsius. a. est. b. Oportet ergo, a. in plus, quam. b. extendi. Si vero non, quid magis causa erit hoc illo?

Com. 129 Idest, si autem in plus. a. quam. b. prædicatur, non amplius p̄fecto esset hoc causa ipsius, nā quid magis hoc, quam aliud quippiam, per quod, & de ipso. d. prædicatur, & aliis quibusdam, de quibus. b. prædicatur, & quomodo se habeat hoc, deinceps ostendit.

Si at̄ oībus. e. inest. a. erūt illa q̄ppia vnū oīa. aliā ab ipso. b. si. n. nō quō erit dicere, qd̄ cui ipsum e. inest, ei omni ipsum. a. cui aut. a. ei nō oī. e. Quamobrē. n. nō erit aliqua causa, ut. a. inest ipsi. e.

Com. 130 Quod dicit, tale est. Si. a. nō solū oībus. d. inest, qbus inhære oīsum est p̄. b. sed et̄ & ipsis. e. erūt oīa. e. alia ab ipso. b. scilicet nō sub. b. ipsum enī. a. de solis. d. p̄dicat. Nā si non extra cadāt a. b. ipsa. e. nō amplius p̄fecto in plus eēt. a. sumptū, quā ipsa. e. & d. si fuerint eadē. e. cū ipsis. d. existentia oīa sub. b. quod ostendit dicēs, Si. n. nō quomō erit dicere, qd̄ cui ipsum. e. inest, ei oī. a. cui aut. a. ei nō nō omni. e. sic. n. fit in plus a. ipso. e. si cui qdē. e. a. oī, nō amplius uero et̄ cōuertit. hoc aut̄ est si pluribus ipsum inhæreat, quā. b. si enī solū, d̄ qbus. e. prædicat æqualiter est, erit. a. his de qbus p̄dicat existētibus sub. b. Quare & ipsi. a. e. oī similiter est. sicut & in. d. postquā uero hoc dixit, & ostendit, qd̄ haud sub. b. erit. e. infert. Quāobrē. n. nō erit aliqua cā, ut. a. inest ipsi. e. qd̄ æpollēs est cū hoc. Quāobrē. n. nō erit aliqua cā, ob quā, & a. ipsis. e. inest aliqua cā. Quēadmodū & his. d. inhærebat ipsa cā, erat enī. b. hoc aut̄ dicit exponēs, qd̄ dixit, & causam assignās illius, **SI AUTEM NON, QUID MAGIS CAUSA ERIT HOC ILLO?** Si. n. & ipsis. e. a. inest aliis existentibus ab ipsis. d. et̄ his p̄ aliquā cām inerit. Nā illud **VT / A / IPSI / EI** dixit, qd̄ quale. & quādo. a. ipsis. d. inest ostēsū est, inesse. n. ostendebat p̄ mediū. b. Quapp̄ intulit, simul ergo, & ipsa. e. erūt unum q̄ppia. sicut igit̄ erūt q̄ppia unū. Idest sub unū q̄ppia, & unū de omnibus ipsis p̄dicatum erit. sicut erāt ipsa. d. sub. b. sic sunt ipsa. e. sub unū hoc si cōsiderabimus, & recte p̄p̄demus, iueniemus, qd̄ quādo est, erit illi rursus cā, qd̄ a. ipsis. e. inest sit. c. hoc, qd̄ omnibus ipsis. e. inest. ipsi aut̄ omni. a.

Tex.c. 99. Sed nunquid et̄ ipsa. e. erant quippiam vnā. **¶** Considerare igitur oportet hoc, et̄ sit. c. contingit igitur eiusdem plures causas esse, sed non eiusdem specie; vt longæua esse.

Com. 131. Postquā ostendit, qd̄ cū in plus dicat̄ prædicatū, quod nō est impossibile in syllogismo p̄ plures causas, & media, cōcludi idē diuersis secundū specie inhæres: infert qd̄ cōtingit eiusdē causas plures esse, sed nō eiusdē specie, p̄ aliā enim cām, substantia aīali, & p̄ aliā lapidi. hoc aut̄ in causis cōclusionis in syllogismo, in qbus nūc facit sermonē possibile est. Dixit enim si per accidentia, & signa syllogismus fiat. In demonstratiōibus aut̄, & p̄ causam syllogismis, haud possibile esse ostensum est. Est. n. talis causa definitio p̄dicati, quæ & specie differētibus eadē causa est, quod genus ipsis inest. Etenim homini, & equo animal per sensitiuum demonstratiue concluditur.

Quadrupeda qdē eo qd̄ nō habeant bilē, volatilia autem, eo qd̄ sicca sint, aut alterū quiddam.

Com. 132. Erīt igit̄ lōgæuū multis modis dictū, quorū. n. existētia plures causæ sunt, hæc multipliciter dicunt. si qdē causa definitio est causati. cuius. n. plures causæ sunt, huius & rōnes plures sunt, nō ut huius declaratiua. Cuius uero plures rationes sic sunt. hoc eorū est, q̄ multipliciter dicunt.

Si aut̄ in indiuiduū nō statim veniūt, et̄ nō solū vnū mediū est, sed plura, et̄ causæ plures sunt.

Nā quēadmodū se habēt mediæ cāæ in syllogismo; sic et̄ plures erūt syllogismi, & habebunt eundem

eundem ordinem media inter se, quem habebant, quando per unum ostendebatur mediū, conclusio medium ad prædicatum. superiora. n. mediorum, & causarum prædicantiū ordinē habet, & in plus possunt dici, ut substantia, animatum, sensibile, gressibile, rationale, homo.

Vtrū autē cā mediorū, q̄ est ad vniuersale primū sit, aut q̄ est ad singulare singularibus: Manifestū est, qdē, qd̄ q̄ pxime vnicuiq; sunt, cui cā sunt, qd̄. n. prima sub vniuersali sit, hæc cā est. vt ipsi. d. qd̄. e. insit causa est. b. ipsi qdē igitur. d. c. causa est ipsius. a. ipsi vero. c. b. huic autē ipsum.

Quarū cōclusionū plura sunt media, cā, q̄ unicuiq; est pxima hæc vtr ipsi inhæret. Postquā. n. dixit i qbus plura media sunt, qd̄ & cāe plures, qnā media sunt qrit deinceps, quarū cōclusionū plura sunt media, utrū ipforū est magis causa ea, q̄ ad vniuersale est primū, idest primū p̄dicatū terminū, de quo acceptū primū p̄dicatū, primā vlem p̄positionē facit: aut primū extremū, & subiectū, qd̄ indiuiduū dixit, videlicet q̄tenus re vera existit indiuiduū, aut indiuiduā specie singularibus uero diceret, qd̄ eo, qd̄ est primū vlem inest singularibus. Dicit autē, q̄ pxima unicuiq; cā ē, hæc vtr ipsi inest, & addit cām. huius. n. primū dicēs primū est, qd̄ dixit indiuiduū, & extremū subiectū, hoc igit ē, qd̄ sub extremo, & vliēē, p̄pinqua ipsi media cā est. Nā ipsi. d. c. cā ē, qd̄. b. ipsi inhæreat idcirco & d. ipsi inest. Quapropter qd̄ qdē ipsi. d. a. inhæreat. c. causa est, hoc. n. ipsi propinquū est. qd̄ uero rursus ipsi. c. a. inhæreat. b. causa est. Iterū n. ipsi. c. b. propinquū est ipsi aut. b. a. non amplius per aliud mediū, quia immediatum est. hoc. n. dixit p̄ hoc huic uero idem. Etenim si est definitio ipsius, non amplius mehercule per aliud medium ipsi inhærebit.

Com. 131.

De syllogismo quidem, et demonstratione, et quid vtrunq; sit, et quomodo fiat, manifestū est, simul autem et de scientia demonstratiua idem. n. est.

Tex. 26.
Tex. c. 100

Demonstratiuū, sciā addidit. Qm̄ cōius sciā est & de aliis p̄dicat. nequaquā aut de definitiuo negotio, de quo, & ipso i hoc libro p̄monē fecit, mētionē faciēs sepatim. qm̄ & ipsum & demōstrōnū ḡnonē, & cōstitutionē cōfert. Nā de definitiōibus potissimū in septimo metaphysi. dicit. Demōstrōnē uel maxie p̄pria ea ē, q̄ p̄ ipsum p̄pter qd̄ ostendit, dū per definitionē fit prædicati extremi.

Com. 134
Ex hoc colligitur
q̄ sit oppositio
inōmīnati
qd̄nā itēderit
Aristo. in hoc
libro.

De principiis autē, et quomō fiant cognita, et q̄ sit cognoscens habitus, hinc manifestum est; dubitationibus primū. Quod qdē igit nō contingat scire p̄ demōstrationē nō cognoscētī prima principia imediata dictū est prius. imediatorū aut cognitionē, et vtrū eadē sit, aut nō eadē, dubitar et vtiq; aliq; et vtrū sciā vtriusq; sit, aut nō: aut huius qdē sciā, illius aut alterū aliq̄ genus sit: et vtrū cū nō isint habitus fiant: aut cū insint lateāt. Si qdē igit habemus ipsos incōueniēs est, accidit. n. certiores habētes cognitiōes demōstratione latere. Si aut accipiamus nō habētes prius, quomō p̄fecto cognoscere, et disceremus ex nō p̄p̄existētī cognitiōe, sicuti in demōstrationē diximus. Manifestū igit est, qd̄ neq; habere possibile est, neq; ignorātib; et nullū habitū habentibus fieri.

Tex. 27.
Tex. c. 101

Postmodū qrit de p̄cipiis demōstratiuis, ipsa. n. sunt, imediatae primæ p̄positiōes, quō fiūt nota qm̄ haud p̄ demōstrationē, & syllogismū, & qnā est habitus, aut potētia aiā, quæ ipsa cognoscat.

Tex. c. 102

Neesse est ergo habere quidē quādā potētia, nō talē aut habere, quæ sit honorabilior secundū certitudinē. Videt aut hoc oibus inesse aiālib; hnt. n. innatā potētia iudicatiuā, quā vocāt sensum. Cum aut insit sensus, his quidē animaliu, mansio sit sensati, his autē nō fit. Quibuscunq; igit non fit, aut omnino, aut circa quæ nō fit, non est his cognitio extra ipsum sentire.

Com. 135.

Tex. c. 103

Soluēs dubitationē, eo qd̄ nō ex ḡnatiōe nos habeamus cognitionē principiorū, tāquā p̄ incōueniētī habeat, quō posterius ipsam accipiamus conat dicere. & qm̄ ipossibile est nō p̄p̄existēte ulla cognitiōe, disciplinā aliquā fieri absurdū uero est, & qd̄ p̄cipiorū semp aliqua principia sint magis nota his, q̄ post ipsa sunt. Quō, & cū in nobis sit quādā cognitio, principiorū posterius fiat cognitio, & haud in infinitū hoc p̄cedet dicēs, infert, Neesse est. n. habere qdē quādā potētia, nos prius existētē, quā p̄cipiorū cognitio, à qua horū cognitio fiat. ipossibile. n. secus est. nō talē autē esse hanc, quæ sit his honorabilior, eo qd̄ certior sit. Quēadmodū est principiorū sciētia, cognitio honorabilior his, q̄ sunt post ipsam, & p̄ illa cognitio fit. Nā talē qdē principiu, p̄ qd̄ aliq̄ oñdit magis proprium est ad cognitionē, & certū eo, qd̄ per, illud fit notū. Cum uero ita sit principium, ut potentia quædam suspecta, & materiæ rationem contineat ad ea, quæ ex ipsa constituuntur, & in ipsa fiunt. non est certius, quā id, qd̄ in ipso fit, & constituitur; neq; hanc ob rem honorabi-

Com. 136.



lius non. n. certius est imperfectum perfecto, quia neq; materia forma.

Nonnullis autem inest sentientibus habere vnum quiddam in anima, multis aut huiusmodi factis, iam differentia quaedam fit, vt in his quidem fiat ratio ex taliu memoria, his autem minime.

Tex. c. 104 ¶ Ex sensu igitur fit memoria, sicuti diximus. ex memoria autem multoties de eodem facta. experimentum, multae. n. memoriae numero, experimentum vnum sunt.

Com. 137 Quia aliquibus potetia est, seruadi sensatu, & memoriae madadi, nec non habedi unu qddā in aia sentiētibus post sensum. Sūt aut ea, q, & ut unū qddā i aia seruēt, possunt ex multis & similibus fm sensum māsiōne sensati retinere, & hāc rōnalia sunt. In qbus plures, ex cognitiōe fm sensum passiōes sūt, alia qdē ex memoria, & mansiōe pluriū sensatorū, fm rōne regulant, alia vero minime, Nā fm differētiā aīae suscipiētis sensatū, pprius qdā apparatus fit, ex indiuiduis sensibilibus memoriis. Nāq; ex sensato qdē & māsiōe sensati fm actū, memoria, & imaginatio fit. est. n. imaginatio motio quēdā aīae ab eo, qd & sensus manet, ut. n. sensato in tāto hoc interstitio, qd & imaginabile uocat, cohāres aīa imaginatiua, alterat quodāmō, sicut sensus sensibili existēti extra. in qd quādo qdē, ut prius uisum, & similiter ingruit, similiter recordat. habitus uero, & susceptio est, quatenus imaginis ipsius, & similitudinis memoria fit. Si aut nō ut talē, neq; secū fert esse ipsam imaginē, & similitudinē, haud prius, sensit imaginatio talē, nequaquā uero, & memoria est.

Tex. c. 105 Ex experimento autem quiescente uniuersali in anima, vno prater multa, qd pfecto in omnibus illis idem vnum fit, artis principium, qd scientiae est. si quidem circa generationem artis est, si vero circa ens scientiae. ¶ Neq; igitur insunt determinati habitus, neq; ab aliis habitibus sūt magis cognoscitiuis, sed a sensu, ut in pugna euerfione facta, uno stāte alter stetit, deinde alter, quousq; in principium ventum est.

Com. 138. QUIESCENTE VNIVERSALI, pro eo, qd est, fm eadē, & eodē mō, ipso manēte, & intellecto, & nō ut in plura trāsitū habēte, sed ut uno manēte in aia, qd autē uniuersale sit exponemus. Quod. n. est in oibus singularibus, & multis fm similitudinē, & idētitatē, in ipsa aīa cōceptā, hoc est uniuersale, Quod uniuersale artis principiu, & scientiae fit. Nā experiētia qdē deductio est. uniuersale uero ē ueluti euerfio cōstabilita & in eodē manēs, & ex similitudine, ueniētū sub sensum & memoriā, atq; expimēto in his, cōprāhēsiōne similē faciēs, necnō ex similibus qdē his, nō tamē pgrēdiētibus in sensum. ut in ipso, & his oibus se habētibus fm trāsitū a simili ad simile. CIRCA GENERATIONEM QUIDEM EXISTENS idest circa generabile, & factibile existēs. factibile aut nō simpliciter, sed nobis factibile est artis principiu. Si aut circa ens sanē circa ingenerabile, & aeternū, & nō in generatione dicit esse scientiā. Ostensum. n. ē quod scientiae, & demonstrationes circa gterna sunt. Aut potius ENS dicit, cuius, ut entis cōprāhēsiō fiat. nō qtenus in nobis fit. Nā ab huiusmōi uniuersali ex memoria, & expiētia māsiō scīae pncipiū est. Etenī scīa est nālis. atq; circa mouētia existēs, & circa gnationē, simplr fit. Nā ars qdē circa illa, q a nobis sūt uersat, q pp & pncipiū essendi ipsa in nobis ē. scītia uero circa ea, q haud a nobis sūt sed semp eadē sunt.

Anima uero talis existit, qualis possit hoc pati.

Com. 139. Itaq; aīae accidit rōnali potētiā, hēre huiusmōi statōis in ipsa, cū enī ex sensibilibus prater fluitantibus, & interdū aliis sentibus, memoria fiat, & expimētū ex memoria, in eadē statio uniuersalis in eadē experiētia est, deinde aliis similis. Itaq; in uniuersale, & pncipiū, ab huiusmōi pmanētis & cōprāhēsiōibus pgressus ē. Illd uero QVOVSQVE IN PRINCIPIVM VENTVM EST uidelicet i his, q i aīa cōcipiunt, & colligunt dixit. Nā i sensibilibus ulis cōpositio, & statio est, & in pms ulis acceptio pncipii, & pmi cōis lūptio. Aut pncipiū, & i exercitu dicit nūerū, & stationē & ordinē toti exercitū. Dic at aptitudinē, & potētiā aīam hēre, ut possit ēuari a sēlibilib' passiōes.

Tex. c. 106 Quod uero dictum quidem fuit prius, obscure tamen dictum, rursus dicamus. ¶ Cum enim steterit indifferentium unum, primum, in anima uniuersale est.

com. 140 Quando dixit, ex experientia autem quiescente uniuersali in anima.

Etenim sentire quidem singularis est. Sensus autem ipsius uniuersalis, ut hominis, sed nō callie hominis. Rursus in his stat.

Com. 141 Dicit sensum, & sentire in quibusnam reperiant. in singularibus. n. & indiuiduis sensus ē, sep

fitia uero cōprehēfio uniuersalis fit. Quod uolens ostendere, quomō dictum est, exēplo ufus est, homine, & callia; nō ut hominis, quatenus alicuius hominis, aut Calliæ, quatenus Calliæ exiētis sensibilis, sed quod dicit p̄ hęc notū facit. Nā quēadmodū homo conceptionē habens non ut calliæ hominis, aut alicuius singulariū, sed huius, q̄ de oībus singularibus hominibus prædicatur. cōiter in omnibus ipsis est, sic uifus albū in niue sentiēs, nō ut niuem albā sentit, sed albū. Quod albū commune est niui ad alba omnia. Etenim uideo in ipsa album, sed nō quatenus nix.

Quousq; profecto impartibilia steterint, et uniuersalia, ut tale animal, quousq; animal, et in hoc cōsimiliter. planū itaq; est, quod nobis prima inductione cognoscere necessariū est; etenim sensus sic uniuersale facit. ¶ Quoniā uero habitū, q̄ circa discursum sunt, quibus uerificamur, alii **Tex. c. 107** quidē semp̄ ueri sunt alii aut̄ suscipiunt falsitatē, ut opinio, et ratiocinatio. ueri uero sunt semper scientia, et intellectus, et nullū scientia certius aliud est genus, quā intellectus. Sed principia demonstrationū notiora sunt; scientia aut̄ oīs cū ratione est, principiorū scientia profecto nō esset. Quoniā aut̄ nihil uerius sciētia cōtingit esse, quā intellectus, intellectus certe esset principiorū, et ex his cōsiderātibus, et quia demonstrationis principiū nō est demōstratio, Quare neq; scīa scīa. Si igit̄ nullū aliud præter sciētia, genus uerū habemus, intellectus profecto erit sciētia principiū.

In habitibus uero, q̄ circa discursum sunt, q̄ haud cognitiōe p̄ demōstratiōē, ipsa est principiorū cognitio, & q̄ intellectus est principia cognoscēs sciētia. Quoniā cū duplex in nobis sit intellectus is qdē speculatiuus is uero actiuus. & actiuus fit circa cōtingētia & q̄ possunt aliter se h̄re, speculatiuus uero circa eterna, & semp̄ sibi se habētia. Ipsiū qdē actiui potētia est, opinatiua, & rōnalis, speculatiui uero intellectiua, & scientifica. Quarū hęc qdē actiui, nō semp̄ uerificant, hęc uero speculatiui semp̄. sensus. n. aliter ueri sunt, non em̄ ullā cōpositionē; hoc. n. p̄priū est rōnalis animę.

Et principium quidem principii utiq; erit. omne uero similiter se habet ad omnem rem.

Postquā dixit principiū sciētia intellectū esse, habēs et̄ principia scibiliū imediatas propositiōnes. Dicit, quod principiū qdē sciētia, esset principii cognitio, omnis aut̄ sciētia omnis scibilis. Si cut. n. principiū ad principiū se habet, Sic oē, cuius principiū est, ad oēm rem. haud principii est, scientia principiū cognoscitiuus, & speculatiuus, Quia opinio est susceptio sine demōstratione, Quapropter et̄ instabilis est. & ratiocinatio uero decipit sæpenumero, eo qd̄ nō habeat materiā circa quā. atq; est suscipere incertā cognitiōē, Nā circa contingentia uersat, de qbus et̄ uelle est.

INNOMINATI EXPOSITIONVM IN SECVNDVM
POSTERIORVM ANALYTICORVM
ARISTOTELIS. FINIS.

SERIES CHARTARVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQR

Terni omnes

A Vero et O duerni.

Venetijs Apud Hieronymum Scotum.

